θύς. Οὕτω γὰρ αὐτῶν διαμέμνηται καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, λέγων πρὸς τοὺς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσαντας· « Εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πολλῷ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ. » Οὐκοῦν καλλιέλαιος μὲν ἡ Συναγωγή, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, ἀγριέλαιος δὲ ἡ τῶν ἐθνῶν ἀγέλη. Οἱ μὲν γάρ, τὴν διὰ νόμου παίδευσιν ἔχοντες, οὐκ ἄκαρποι διετέλουν· οἱ δὲ ἦσαν σφηκῶν ἀγρίων ἐνδιαιτήματα, πλήρη δαιμονίων ἔχοντες τὸν νοῦν, καὶ ἄκαρποι παντελῶς. Πλὴν οὔτε πᾶσα ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ τὴν εἰς Υἱὸν παρεδέξατο πίστιν, οὔτε μὴν ὅλη τῶν ἐθνῶν ἡ πληθύς· ἐξεσπασμένοι δὲ ὥσπερ ἐφ' ἑκάστης ἠλέηνται πολλοί, καὶ κέκληνται διὰ τῆς πίστεως εἰς τὸν διὰ τοῦ Πνεύματος φωτισμόν. Κλάδοι δὴ οὖν ἐλαιῶν οἱ ἀπεσπασμένοι νοοῖντ' ἂν εἰκότως, οἳ καὶ ἠλέηνται διὰ τῆς χάριτος, καὶ ὡς ἐν φωτὶ γεγόνασι τοῦ λαμπαδίου, τουτέστι, Χριστοῦ, καὶ τῶν ἑπτὰ συναναλαμπόντων λύχνων, τουτέστι, τῆς τῶν ἁγίων πληθύος. Ἄθρει δὲ ὅπως ὁ θεσπέσιος ἄγγελος εἰς εἰκόνα καὶ ὑποτύπωσιν τοῦ Ἐμμανουὴλ παραδέχεται τὸ λαμπάδιον. Τεθειμένων γὰρ τῶν κλάδων ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ ἐξ εὐωνύμων (οὓς καὶ υἱοὺς τῆς πιότητος ὠνόμασε δύο), παρεστάναι φησὶν αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς, τῆς παραστάσεως ἐν τύποις κατασημαινούσης εὖ μάλα τὴν οἰκειότητα τὴν πνευματικήν, καὶ τὸ ἕτοιμον τῆς γνώμης εἴς γε τὸ δεῖν ὑποκεῖσθαί τε καὶ ὑπηρετεῖν αὐτῷ. Ὧδε γὰρ ἂν νοοῖτο Χριστὸς παραστήσας ἑαυτῷ τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν ἐκ δύο λαῶν συναγηγερμένην. Κατὰ τοῦτον, οἶμαι, τὸν τρόπον τῷ τῆς παραστάσεως ὀνόματι καὶ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς κατεκαλλύνετο, Θεοῦ πρὸς αὐτὸν εἰρηκότος· Σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ. Οὐ γὰρ ἀπόβλητος ἡ διὰ νόμου παίδευσις παρά γε τῷ πάντα εἰδότι Θεῷ. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Παιδαγωγεῖ γὰρ εἰς Χριστὸν καὶ ὡς ἐν τύποις καὶ σκιαῖς αὐτὴν ἡμῖν ὠδίνει τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοῦτο ἡμᾶς πιστώσεται λέγων αὐτὸς ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας Ἰουδαίους· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε. »

turali oleastro excisus es, et contra naturam insertus es in bonam olivam, quanto magis ii, qui secundum naturam suæ olivæ inserentur [57]? » Est ergo bona oliva Synagoga, ut jam dixi, agrestis autem grex gentium. Illi enim per legem eruditi, semper erant frugiferi: at isti vesparum atrocium diversoria, mentem habentes plenam dæmonibus, et infructuosi ac steriles omnino. Veruntamen nec tota Judæorum Synagoga fidem in Filium suscepit, nec gentium universitas, sed quasi utrinque extracti, misericordiam adepti sunt multi, et per fidem ad illuminationem per Spiritum vocati sunt. Rami ergo olivarum qui extracti sunt, convenienter intelligi queant, qui et misericordiam per gratiam invenerunt, et velut in lumen lampadis, hoc est, Christi, et septem collucentium lucernarum, hoc est, sanctorum multitudinis evaserunt. **694** Animadverte insuper quomodo sacer angelus ad imaginem et descriptionem Emmanuelis lampadem assumat. Positis enim ramis a dextris ejus et sinistris (quos et duos filios pinguedinis nominat), astare illos dicit Domino universæ terræ, assistentia hoc loco familiaritatem et promptam voluntatem ad ei obtemperandum ministrandumque significante. Sic enim potest intelligi Christus fecisse sibi astare Ecclesiam ex duobus populis congregatam. Hoc modo, opinor, nomine assistentiæ etiam divinus Moses ornatus est, cum Deus ad eum loqueretur: « Tu vero sta illic mecum [58]. » Non enim legalem institutionem Deus omnia sciens abjicit. Quam ob causam? Quia est pædagogus ad Christum [59], et tanquam in typis et umbris ipsam nobis veritatem parturit. Testis Christus ipse, sic affando Judæos incredulos, « Si crederetis Mosi, utique crederetis et mihi; de me enim ille scripsit [60]. »

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Καὶ ἐπέστρεψα, καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ δρέπανον πετόμενον. Καὶ εἶπε πρός με· Τί σὺ βλέπεις; Καὶ εἶπα· Ἐγὼ ὁρῶ δρέπανον πετόμενον μήκους πήχεων εἴκοσι, καὶ πλάτους πήχεων δέκα. Καὶ εἶπε πρός με· Αὕτη ἡ ἀρὰ ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. Διότι πᾶς ὁ κλέπτης ἐκ τούτου ἕως θανάτου ἐκδικηθήσεται, καὶ πᾶς ὁ ἐπίορκος ἐκ τούτου ἕως θανάτου ἐκδικηθήσεται. Καὶ ἐξοίσω αὐτό, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος τῷ ὀνόματί μου ἐπὶ ψεύδει, καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου αὐτοῦ, καὶ συντελέσει αὐτόν, καὶ τὰ ξύλα αὐτοῦ, καὶ τοὺς λίθους αὐτοῦ.

ΚΘ'. Τὸ, *ἐπέστρεψα*, πάλιν ἐν τούτοις, οὐκ ἄν, οἶμαι, τις ἐκλάβοιτο ἐπὶ τόπου· ἀλλ' ὡς ἐν ἀμείψει πάλιν τῇ καθ' ἑτέραν ὅρασιν. Ἐκκοπτομένης γὰρ

CAP. V.

VERS. 1-4. *Et conversus sum, et levavi oculos meos, et vidi, et ecce falx volans. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ego video falcem volantem, longitudinis cubitorum viginti, et latitudinis cubitorum decem. Et dixit ad me: Hæc maledictio quæ egreditur super faciem universæ terræ. Quia omnis fur ex hoc usque ad mortem punietur: et omnis perjurus ex hoc usque ad mortem cruciabitur. Et educam illud, dicit Dominus omnipotens, et ingredietur in domum furis, et in domum jurantis in nomine meo in mendacio, et requiescet in medio domus ejus, et consumet eam, et ligna ejus, et lapides ejus.*

XXIX. Iterum in his verbum *conversus sum*, nemo, ut existimo, de loco interpretabitur, sed de mutatione secundum alteram visionem. Priore enim

[57] Rom. XI, 24. [58] Deut. V, 31. [59] Galat. III, 24. [60] Joan. V, 46.

veluti præcisa, visioneque ad aliam contemplationem transeunte, nomine conversionis id quod evenit tacite indicat. Mentis igitur oculos in altum tollit, deinde falcem avis instar in sublime elatam, et quasi in totum orbem desilientem videt. **695** Ea erat perquam lata et longa. Nam viceni cubiti longitudo ejus, cujus dimidium latitudo continebat. Quærente rursum angelo quid esset, et propheta respondente, se nescire : « Hæc, inquit ille, est maledictio egrediens super faciem universæ terræ, » et pœnis respondentibus induens perjurum, et cum eo furem. Et quod quidem ad manifestiorem hujus ostenti declarationem attinet, nulla est difficultas. Maledictio enim divina fures et cum his pejerare solitos plane occupabit, et propemodum falce protervos demetens, fenum tectorum reddet [61], et igni alimentum dabit, et in domum viri ingressa, talem rursus ipsum conficiet, et agitabit strenue. Censeo porro causas proficiendi studio curiosius perscrutandas, ob quas præsens quam in manibus habemus visio cæteris adjungi debuit. Quare (inquiet aliquis æquitatis studiosorum) cum plurima peccata committerentur in vita, et tum filii Israel diversis se criminibus commaculassent, solis furibus et perjuris supplicium falcis ingruisse dicit, sive egredi maledictionem, detondentem quos deprehenderit, et consumentem penitus ? Ad hæc respondemus, Deum singulis temporibus conducentia locutum esse per prophetas sanctos audientibus semper consulentem. Illo igitur tempore viventibus hanc visionem maxime notam esse oportebat. Causas subjiciemus, et opportunissimam fuisse demonstrabimus. Etenim simul atque Chaldæa relicta, et a jugo servitutis vindicati Israelitæ in Judæam reverterunt, Hierosolymamque receperunt, cum eos veteribus illis delictis modum ponere, et regressus ad salutaria, anteacta emendare, et liberatorem, voluntati ejus serviendo recreare conveniret, nihilominus in scelere perseverabant, præscripta legum libere violantes. Nam cum vetuisset Moses conjugia cum alienigenis mulieribus [62], illi hujus mandati securi, cum filiabus vicinarum gentium corpora copulabant, alienorumque liberorum patres efficiebantur, et insuper sanctam civitatem impio semine replebant. Erant porro quidam inter illos honoratiores ab hujuscemodi piaculo haud immunes, quod Esdras deflebat ; quin et accedens ad divinam domum pro impiis fundebat preces. **696** Quid postmodum evenerit, ex scriptis ejus cognoscemus, ubi ita legimus : « Et postquam orans Esdras quod erat exposuit flens et humi cadens coram templo, collecti sunt ad eum ab Hierosolymis turbæ multæ nimis, viri et mulieres et adolescentes : magnus enim erat fletus in populo. Et respondens Jechonias filius Jeeli de filiis Israel, dixit Esdræ : Nos prævaricati sumus in Dominum Deum, et duximus nobis uxores alienas de populis terræ, et cohabitat illis om-

A ὥσπερ τῆς πρώτης, καὶ μεταφοιτώσης τῆς ὄψεως ἐπὶ θεωρίαν ἑτέραν, τῷ τῆς ἐπιστροφῆς ὀνόματι τὸ συμβὰν ὑποφαίνει. Αἴρει τοίνυν εἰς ὕψος τῆς διανοίας τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἶτα δρέπανον ὁρᾷ, πτηνοῦ δίκην, ὑψοῦ τε ἠρμένον, καὶ οἷον εἰς πᾶσαν διᾷττον τὴν γῆν. Ἦν δὲ δὴ λίαν εὐρύ τε καὶ εὔμηκες. Εἰκοσάπηχυ μὲν γὰρ τὸ μῆκος αὐτῷ, ἐν ἡμίσει δὲ τούτου τὸ πλάτος. Ἐρομένου δὲ τοῦ ἀγγέλου, τί ἂν εἴη πάλιν, καὶ μὴ εἰδέναι φάσκοντος τοῦ προφήτου, « Αὕτη, φησὶν, ἡ ἀρὰ ἡ ἐκπορευομένη ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, » καὶ ταῖς αὐτῇ πρεπούσαις ἐνιεῖσα ποιναῖς τὸν ἐπίορκον, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν κλέπτην. Καὶ ὅσον μὲν ἥκει εἰς ἐμφανεστέραν δήλωσιν τὴν ἐπί γε τῷ δεδειγμένῳ, δυσχερὲς οὐδέν. Ἀρὰ γὰρ θεία πάντη τε καὶ πάντως κατανεμηθήσεται τοὺς κλέπτας, καὶ B προσέτι σὺν τούτοις τοὺς ψευδορκεῖν εἰωθότας καὶ μονονουχὶ δρεπάνῳ τοὺς ὑβριστὰς ἀποκείρουσα, χόρτον ἀποφανεῖ δωμάτων, καὶ πυρὶ δώσει τροφὴν, καὶ εἰς οἶκον ἀνδρὸς εἰσελῶσα, τοιοῦτον συντελέσει τε πάλιν αὐτὸν, καὶ καταδονήσει γεννικῶς. Χρῆναι δὲ οἶμαι φιλομαθῶς πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας, ἐφ' αἷς ἡ παροῦσα, καὶ ἐν χερσὶν ἡμῖν ὅρασις, ὡς ἀναγκαία ταῖς ἄλλαις συνεισκεχόμισται. Ἀνθ' ὅτου δὲ, φαίη τις ἂν τῶν ἐπιεικεστέρων, πλείστων τε ὅσων πλημμελημάτων ὄντων κατὰ τὸν βίον, καὶ μὴν ἐν διαφόροις ὄντων αἰτιαμάτων τὸ τηνικάδε τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, κατὰ μόνων κλεπτῶν τε καὶ ψευδομοτῶν τὴν διὰ τοῦ δρεπάνου ποινὴν ἐπηρτῆσθαί φησιν, ἤγουν ἐκπορεύεσθαι τὴν ἀρὰν, ἀποκείρουσαν τοὺς ἁλισκομένους, καὶ συντελοῦσαν εἰς ἅπαν; Πρὸς δὴ τὰ τοιαῦτά φαμεν, ὅτι τὰ ἑκάστῳ C χρήσιμα καιρῷ διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν ἐλάλει Θεὸς, ἀεί πως ὠφελῶν τοὺς ἀκούοντας. Ἦν οὖν ἀναγκαῖον τοῖς τὸ τηνικάδε μάλιστα ταύτην σαφῆ γενέσθαι τὴν ὅρασιν. Ἐποίσομεν δὲ τὰς αἰτίας, ἐπικαιροτάτην οὖσαν δεικνύντες. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν τῶν Χαλδαίων ἀφέντες μόλις οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν τῆς δουλείας ἀπολυσάμενοι ζυγὸν, ἀπενόστησαν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἦσαν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, δέον ἀπέχεσθαι τῶν ἀρχαίων ἐκείνων πλημμελημάτων, καὶ ταῖς εἰς τὸ ἄμεινον ἀναδρομαῖς ἐπανορθοῦν τε τὰ φθάσαντα, καὶ κατευφραίνειν τὸν λυτρωτὴν, τὰ αὐτῷ δοκοῦντα πληροῦν ᾑρημένους, οὐδὲν ἧττον ἦσαν ὁποῖοι καί ποτε, παραλύοντες ἀφυλάκτως τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν. Ἀποφάσκοντος γὰρ τοῦ Μωσέως D τὸ δεῖν αὐτοὺς ἀλλοφύλοις ἐπιμίγνυσθαι γυναιξὶν, αὐτοὶ τῶν τεθεσπισμένων ὀλίγα πεφροντικότες, ταῖς τῶν ὁμόρων ἐθνῶν συνεπλέκοντο θυγατράσι, καὶ τέκνων ἦσαν ἀλλοτρίων πατέρες, καὶ ἀνοσίου σπέρματος πλήρη πάλιν ἀποφαίνοντες τὴν ἁγίαν πόλιν. Ἦσαν δέ τινες καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἐπιφανεστέρων τοῖς τοιούτοις ἐνισχημένοι πταίσμασιν, οὗ δὴ γεγονότος κατεθρήνει μὲν ὁ Ἔσδρας, καὶ δὴ καὶ τὸν θεῖον οἶκον καταλαβὼν, τὰς ὑπέρ γε τῶν ἠσεβηκότων ἐποιεῖτο λιτάς. Εἶτα τί γενέσθαι συμβέβηκεν, ἐξ αὐτῶν εἰσόμεθα τῶν αὐτῷ γεγραμμένων· ἔχει δὲ οὕτω· « Καὶ ὅτε προσευχόμενος Ἔσδρας ἀνθωμολογεῖτο, κλαίων, χαμαιπετὴς ἔμπροσθεν τοῦ ἱεροῦ, ἐπισυνήχθησαν

[61] Psal. CXXVIII, 6. [62] Exod. XXXIV, 16 ; Deut. VII, 3 seqq.

πρὸς αὐτὸν ἀπὸ Ἱεροσολύμων ὄχλοι πολλοὶ σφόδρα, ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, καὶ νεανίαι· κλαυθμὸς γὰρ ἦν μέγας ἐν τῷ πλήθει. Καὶ φωνήσας Ἰεχονίας Ἰεήλου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ εἶπεν Ἔσδρᾳ· « Ἡμεῖς ἡμάρτομεν εἰς Κύριον τὸν Θεὸν, καὶ συνῳκίσαμεν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀλλογενεῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς, καὶ σύνεστιν αὐταῖς πᾶς Ἰσραήλ. Ἐν τούτῳ γενέσθω ἡμῖν ὁρκωμοσία πρὸς τὸν Κύριον, ἐκβαλεῖν πάσας τὰς γυναῖκας ἡμῶν, τὰς ἐκ τῶν ἀλλογενῶν, σὺν τοῖς τέκνοις αὐτῶν, ὡς ἐκρίθη σοὶ καὶ ὅσοι πειθαρχοῦσι τῷ νόμῳ. Ἀνάστα, ἐπιτέλει· πρὸς σὲ γὰρ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡμεῖς μετὰ σοῦ ἰσχὺν ποιεῖν. Καὶ ἀναστὰς Ἔσδρας, ὥρκισε τοὺς φυλάρχους τῶν ἱερέων, καὶ Λευϊτῶν παντὸς Ἰσραὴλ ποιῆσαι κατὰ ταῦτα, καὶ ὤμοσαν. » Ὀμωμοκόσι δὴ οὖν τῷ νόμῳ δοκοῦντα πληροῦν, ἦν πως ἀναγκαῖον ἐπαρτῆσαι τὴν ἀρὰν, τὴν τοῖς ψευδορκεῖν εἰωθόσιν ἀπηνῶς ἐπιθρώσκουσαν, ἵνα καὶ γένοιντο φύλακες τῶν ὀμωμοσμένων. Ἐπειδὴ δὲ οἰκοδομουμένου τοῦ θείου ναοῦ πολλὴ χρημάτων ἄθροισις ἦν, τοῦτο μὲν Δαρείου νέμοντος, τοῦτο δὲ τοῦ λαοῦ προσκεκομικότος, εἰτά τινας ἦν εἰκὸς τῶν τὰ τοιάδε διοικεῖν ἐπιτεταγμένων ἀπονοσφίζεσθαί τινα τῶν εἰς δόξαν Θεοῦ προσκεκομισμένων. Ταύτῃ τοι καὶ κατὰ κλεπτῶν ἰέναι τὴν ἀρὰν μάλα φησὶν, ἵνα καὶ αὐτοὶ λημμάτων αἰσχρῶν γεγονότες ἀμείνους, μὴ τῶν ἱερῶν ἅπτοιντο χρημάτων, εἰς ἰδίας αὐτὰ δαπανῶντες χρείας. Αὕτη μὲν οὖν ἡ τῆς ὁράσεως πρόφασις. Χρὴ δὲ δεδιέναι τὴν ἀρὰν, καὶ τὴν τοῦ δρεπάνου τομὴν τούς τε κλέπτειν ἢ ψευδορκεῖν εἰωθότας, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως εἰς πέρας οἴσει Θεὸς τὰ διωρισμένα, καὶ οὔτε κλεπτῶν, οὔτε μὴν τῶν ἑτέρων φείσεται. Ποιεῖται γάρ πως ἀεὶ κατεστυγμένους, τοὺς τῆς θείας αὐτοῦ καταφρονοῦντας δόξης, καὶ τοὺς ἀπλήστῳ γνώμῃ τῶν οὐδὲν αὐτοῖς προσηκόντων ἐφιεμένους.

nis Israel. In hoc percutiamus fœdus cum Domino ad ejiciendum omnes mulieres nostras ex alienigenis, cum liberis ipsarum, ut judicatum est a te, et omnibus qui huic legi obtemperant. Surge, fac, ad te enim negotium pertinet, et nos tecum ad confortandum. Et surrexit Esdras, et adjuravit principes sacerdotum et Levitarum totius Israel ut facerent secundum hæc; et juraverunt [63]. » Cum jurassent igitur de legum decretis exsequendis, necessarium erat maledictionem supra caput esse, quæ pejerare solitos inclementer invadit, ut juratis starent. Postquam autem templo divino exædificando grandis pecunia exacta est, partim Dario donante, partim populo offerente, verisimile erat, quosdam ad eam dispensandam constitutos quædam ad Dei gloriam oblata avertere [64]. Quare et maledictionem furibus superventuram rectissime dicit, ut et ipsi a turpi quæstu invicti, pecuniam sacram ne attingerent, ad privatos usus eam conferentes. Atque hæc visionis est occasio. Formidanda autem est maledictio et falcis sectio furto et perjurio assuetis, quoniam Deus ad exitum omnino perducet quæ decrevit, et neque furibus, neque aliis parcet. Odit enim semper divinam suam gloriam contemnentes, et animo inexplebili nihil ad se pertinentia concupiscentes.

Καὶ ἐξῆλθεν ὁ ἄγγελος, ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπε πρός με· Ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε τὸ ἐκπορευόμενον τοῦτο. Καὶ εἶπα· Τί ἐστι; Καὶ εἶπε· Τοῦτο τὸ μέτρον τὸ ἐκπορευόμενον. Καὶ εἶπεν· Αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Καὶ ἰδοὺ τάλαντον μολίβδου ἐξαιρόμενον, καὶ ἰδοὺ γυνὴ μία ἐκάθητο ἐν μέσῳ τοῦ μέτρου. Καὶ εἶπεν· Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀνομία. Καὶ ἔῤῥιψεν αὐτὴν εἰς μέσον τοῦ μέτρου, καὶ ἔῤῥιψε τὸν λίθον τοῦ μολίβδου εἰς τὸ στόμα αὐτῆς.

VERS. 5-8. *Et egressus est angelus qui loquebatur in me, et dixit ad me: Suspice oculis tuis, et vide quid est hoc quod egreditur. Et dixi: Quid est? Et dixit: Hæc est mensura quæ egreditur. Et dixit: Hæc est iniquitas eorum in omni terra. Et ecce talentum plumbi elevatum, et ecce mulier una sedebat in medio mensuræ. Et dixit: Hæc est iniquitas. Et projecit eam in medium mensuræ, et projecit lapidem plumbi in os ejus.*

Λ'. Φθάσας ἔφην, τῆς εἰς τὸν προφήτην σαφηνείας ἀρχόμενος, ὅτι μετὰ τὴν ἐκ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον, ἅπερ ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας τέθεινται, ταῦτα τοῖς λελυτρωμένοις ἀφηγεῖται χρησίμως. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὺς ἐθεᾶτο καταῤῥαθυμοῦντας ἄγαν τοῦ χρῆναι πληροῦν τὰ νενομισμένα, καὶ ἀποκλίναντας μὲν ἀκαθέκτως εἴς γε τὸ σφίσιν αὐτοῖς ἡδύ τε καὶ φίλον, ὀλίγα δὲ παντελῶς τῶν διὰ Μωσέως πεφροντικότας νόμων (συνεπλέκοντο γὰρ καὶ ἀλλοφύλοις γυναιξὶ, καὶ ἤδη τινὲς ὁλοτρόπως ἔξω βαίνοντες τοῦ εἰκότος, ἐτελέσθησαν εἰδώλοις, καί τινα πρὸς τούτοις ἔδρων ἃ μηδὲ θέμις εἰπεῖν)· ἀναγκαίαν ὁ προφήτης τῶν δραμάτων ποιεῖται τὴν ἀφήγησιν, ἵν' εἰδεῖεν οἱ λελυτρωμένοι μόλις, ὁποίαις ἀνθρώπων καὶ ἁγίων ἀγγέλων λιταῖς τὸ χρῆμα κερδαίνοντες αὐτοὶ, κατὰ σφῶν παραθήγουσι πάλιν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ταῖς τῶν ἀρ-

697 XXX. Initio declarationum mearum in hunc prophetam docui, eum post reditum e Babylone, quæ tempore captivitatis acciderint, libertate potitis fructuose narrare. Quoniam enim eos ad sancita legum præstanda vehementer segnes perspiciebat, et ad voluptates suas explendas toto impetu declinasse, et leges Mosi in postremis ducere cœpisse (implicuerant enim sese peregrinis mulieribus, et jam nonnulli metas æquitatis penitus egressi, idolis initiati erant, et insuper faciebant quæ proferre pudor vetat), necessario propheta quæ acta sunt commemorat, ut cognoscant liberati tandem, quibus hominum sanctorumque angelorum precibus libertatem adepti, contra semetipsos denuo universorum Deum concitent, a pristinis delictis tanquam morbis correpti. Ait ergo:

[63] I Esdr. x, 1, 9. [64] I Esdr. vi, 1 seqq.

« Egressus est angelus qui loquebatur in me. » Quo egressus? aut ubi tandem erat? Ab ostensione falcis ad propositam visionem, de mensura scilicet, facta est egressio. Tollit ergo propheta in altum oculos, quibus ad sublimia percurrenda exercitatis fas sit cum divina virtute mysterium contemplari. Quærit igitur quid sit, quod ostenditur. Tum angelus: « Hæc est, inquit, mensura quæ egreditur. Hæc est iniquitas eorum in omni terra. » Jam quid mensura sit, videndum est. Dicimus itaque natura bonum et hominum amantem esse universorum Dominum. Peccantes enim tolerat, et inique agentes sustinet, uniuscujusque pœnitentiam exspectans. Quod si quis etiam diu peccando processerit, supremamque Dei patientiam expertus fuerit, tum denique pœnis subjicietur, et tam diuturnæ socordiæ prætexere nihil poterit: nec illum quisquam a pœnis, commissis ejus paribus eripiet. Quapropter Christus populo Judæorum, impotenti vesania ad quidvis nefarium ruenti, inquit: « Et vos implestis mensuram patrum vestrorum [65]. » Mensura igitur quæ apparebat, peccatorum populi in ipsum cumulatam multitudinem ostendebat. In mensura porro mulier sedebat, iniquitatis modum consummans, et velut per se capacitatem implens: fortassis etiam supereffusa, et qua exstabat, prospiciens. « Et ecce, inquit, talentum plumbi **698** elevatum, et projecit illud in os ejus. » Describit autem nobis iniquitatem visio in habitu muliercula: typus enim voluptatis atque etiam infirmitatis est mulier: et omnis iniquitas non aliter committitur, nisi voluptate aliqua ad malum inescante, et infirmitate mentis ad hoc consentiente. Nam si mens in se firma et virilis fuerit, nunquam se ad vitium deflecti patietur. Si autem emollita et incantata ad voluptatem, molestiam sentiet. Pingitur ergo, et congruenter valde, specie mulieris iniquitas. Plumbi autem talentum elevatum et obturans os ejus, nihil aliud, opinor, potest intelligi, præter Dominum nostrum Jesum Christum, qui per crucem pretiosam exaltatus, et iniquitates nostras sustulit in corpus suum super lignum [66], et chirographum contra nos triumphavit [67], ut, sicut ait divinus cantor: « Omnis iniquitas oppilet os suum [68]. » Plumbo autem et ipse comparatur: assumitur enim, ut dixi, plumbum ab argentariis artificibus ad purgationem eorum quæ conflantur. Talis quodammodo virtus Christi in nobis. Si enim in mentem et cor venerit, omnes sordes prorsus abstergit. Censent quidam, projectum esse plumbum in os iniquitatis, velut Deo illud obturante, et immodice ultra peccatores accusare non permittente. Idcirco et quasi fune circumscribitur, omnium miseratore Deo uniuscujusque pœnam sceleribus proportione respondentem definiente.

A χαίων αἰτιαμάτων ἐμπλεκόμενοι λαβαῖς. Ἔφη τοίνυν, ὅτι « Ἐξῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί. » Ἐξῆλθε δὲ ὅποι; ποῦ γὰρ ἦν ὅλως; Οὐκοῦν ἐκ τῆς τοῦ δρεπάνου δείξεως ἐπὶ τὴν προκειμένην ὅρασιν, τὴν ἐπί γε, φημὶ, τῷ μέτρῳ, τὸ τῆς ἐξόδου γέγονε χρῆμα. Αἴρει γε μὴν ὁ προφήτης εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς, οἷς διάττειν ὑψοῦ μεμελετηκόσι, πρέποι ἂν εἰκότως τὸ καὶ θείᾳ δυνάμει καταθρεῖν μυστήριον. Ἤρετο δὴ οὖν τί ἄρα ἐστὶ τὸ δεικνύμενον. Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· « Τοῦτο, φησὶ, τὸ μέτρον τὸ ἐκπορευόμενον. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἀδικία αὐτῶν ἐν πάσῃ τῇ γῇ. » Καὶ τί δὴ τὸ μέτρον, ἀναλογίζεσθαι χρή. Καὶ δὴ καί φαμεν, ὅτι φύσει χρηστὸς, καὶ φιλάνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης. Πλημμελοῦσι γὰρ ἀνεξικακεῖ, καὶ παρανομούντων ἀνέχεται, περιμένων τὴν ἑκάστου μετάγνωσιν. B Εἰ δὲ δή τις ἴοι καὶ μέχρι πολλοῦ πρὸς τὸ πλημμελὲς, καὶ εἰς πέρας ἥκοι λοιπὸν τῆς αὐτῷ νεμηθείσης ἀνεξικακίας, τὸ τηνικάδε λοιπὸν ποιναῖς ὑποκείσεται, καὶ λόγος αὐτῷ τῆς οὕτω μακρᾶς ῥαθυμίας οὐδεὶς, οὐδ' ἂν ἐξέλοιτο τοῦ χρῆναι λαβεῖν ἰσομέτρους αὐτῶν, ὧν ἂν φαίνοιτο δεδρακὼς τὰς δίκας. Καὶ γοῦν ἔφη που Χριστὸς πρὸς τοὺς τῶν Ἰουδαίων δήμους ἀχαλίνοις ἀπονοίαις πρὸς πᾶν τῶν ἐκτόπων διάττοντας· « Καὶ ὑμεῖς ἀνεπληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. » Οὐκοῦν μέτρον ἦν τὸ ὁρώμενον, τῆς τῶν λαῶν πλημμελείας ἐφ' ἑαυτῷ δεικνύον τὴν ἀναπλήρωσιν. Ἐνίδρυτο δὲ τῷ μέτρῳ γυνὴ, τῆς ἀνομίας πληροῦσα τὸν τόπον, καὶ οἷον ἀναπιμπλᾶσα δι' ἑαυτῆς τὸ κεχωρηκὸς, τάχα που καὶ ὑπερχεομένη, καὶ τῷ περιττῷ διακύπτουσα. C « Ἀλλ' ἰδοὺ, φησὶ, τάλαντον μολίβδου ἐξαιρόμενον, καὶ ἔρριψεν αὐτὸ εἰς τὸ στόμα αὐτῆς. » Γράφει δὲ ἡμῖν τὴν ἀνομίαν ἡ ὅρασις εἰς τὸ τοῦ γυναίου σχῆμα· τύπος γὰρ ἡδονῆς ἡ γυνὴ, καὶ μέντοι καὶ ἀσθενείας· ἀνομία δὲ πᾶσα δρῷτο ἂν οὐχ ἑτέρως, πλὴν ὅτι διά τινος ἡδονῆς δελεαζούσης ἐπὶ τὸ φαῦλον, συμβαινούσης πρὸς τούτῳ καὶ τῆς εἰς νοῦν ἀσθενείας. Εἰ μὲν γὰρ εἴη βεβηκὼς ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ ἀνδρεῖος ὁ νοῦς, οὐκ ἂν ἕλοιτο παθεῖν τὴν εἰς τὸ φαῦλον ῥοπήν. Εἰ δὲ δὴ μαλακισθείη τε καὶ γοητευθείη πρὸς ἡδονὴν, πείσεται τὸ λυποῦν. Γράφεται δὴ οὖν, καὶ μάλα ὀρθῶς, εἰς ἀνομίαν ἡ γυνή. Μολίβδου δὲ τάλαντον τὸ ἐξαιρόμενον, καὶ μὴν καὶ ἐμφράττον τὸ στόμα αὐτῆς, νοηθείη ἂν οὐχ ἕτερον, οἶμαι, παρὰ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, D ὃς ὑψώθη διὰ τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, τεθριάμβευκέ τε τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον. Ἵνα, καθά φησιν ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς, « Πᾶσα ἀνομία ἐμφράξῃ τὸ στόμα αὐτῆς. » Μολίβδῳ δὲ καὶ αὐτὸς παρεικάζεται· παραλαμβάνεται δὲ, ὥς ἔφην, ὁ μόλιβδος παρὰ τῶν ἀργυροχοεῖν εἰωθότων, εἰς ἀποκάθαρσιν τῶν χωνευομένων. Τοιαύτη δέ πως τοῦ Χριστοῦ ἡ δύναμις ἐν ἡμῖν. Εἰ γὰρ εἰς νοῦν γένοιτο καὶ καρδίαν, πάντα δὴ πάντως ἐκτήκει ῥύπον. Δοκεῖ δέ τισιν ἐρρίφθαι τὸν μόλιβδον εἰς τὸ τῆς ἀνομίας στόμα, οἷον ἐμφράττοντος αὐτὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ πέρα μέτρου καταβοᾷν τῶν ἡμαρτηκότων οὐκ ἐφιέντος ἔτι. Ταύτῃ γὰρ δή τοι καὶ μέτρῳ περισχοινίζεται, συναναμετροῦντος, οἶμαί που, τοῦ πάντας οἰκτείροντος Θεοῦ τοῖς τῶν πταισμάτων ἐγκλήμασι τὰς ἐφ' ἑκάστῳ δίκας.

[65] Matth. xxiii, 32. [66] I Petr. ii, 24. [67] Coloss. ii, 14. [68] Psal. cvi, 42.

Καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ δύο γυναῖκες ἐκπορευόμεναι, καὶ πνεῦμα ἐν ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν, καὶ αὗται εἶχον πτέρυγας ἔποπος, καὶ ἀνέλαβον τὸ μέτρον ἀναμέσον τῆς γῆς, καὶ ἀναμέσον τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον, τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί· Ποῦ αὗται ἀποφέρουσι τὸ μέτρον; Καὶ εἶπε πρός με· Οἰκοδομῆσαι αὐτῷ οἰκίαν ἐν γῇ Βαβυλῶνος, καὶ ἑτοιμάσαι, καὶ θήσουσιν αὐτὸ ἐκεῖ ἐπὶ τὴν ἑτοιμασίαν αὐτοῦ. A

ΛΑ'. Τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν τῶν γυναικῶν ἡ ξυνωρὶς, ἢ τίνος ἂν εἶεν εἰς τύπον, ἀναγκαῖον οἶμαί που καὶ πρό γε τῶν ἄλλων εἰπεῖν. Ἔφη τοίνυν ὁ Θεὸς τῷ προφήτῃ Ἰεζεχιήλ· « Υἱὲ ἀνθρώπου, δύο γυναῖκες ἦσαν, θυγατέρες μητρὸς μιᾶς, καὶ ἐξεπόρνευσαν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν ἐπόρνευσαν, B ἐκεῖ ἔπεσον οἱ μαστοὶ αὐτῶν. » Προσετίθει δὲ τούτοις, σαφέστερον καθιστὰς τὸ διηγγελμένον, « καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν, Σαμάρεια ἡ Ὀολὰ, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἡ Ὀολιβά. » Μία μὲν γὰρ ἦν [ἐν] ἀρχαῖς ἡ τῶν Ἰουδαίων συναγωγή. Κατὰ δέ γε τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Ῥοβοὰμ βασιλείας, ἀποῤῥαγεῖσαι τῶν ἄλλων αἱ δέκα φυλαὶ, κατῳκήκασι Σαμάρειαν, καὶ πεπορνεύκασιν ἐπὶ ταῖς δαμάλεσι ταῖς χρυσαῖς, ἃς κατεσκεύασεν Ἱεροβοὰμ υἱὸς Ναβάτ. Πλὴν οὐκ ἔξω τῆς αἰτίας γέγονε . . . . τουτέστιν, Ἱερουσαλήμ· ἐκπεπόρνευκε γὰρ καὶ αὕτη κατὰ πολλοὺς τρόπους, τοῦτο μὲν εἰδώλοις προσκεχυνηκότων τινῶν, καὶ θυόντων τῇ Βαὰλ, τῇ Ἀστάρτῃ, τοῖς βουνοῖς, ἡλίῳ, σελήνῃ καὶ ἄστροις ἑτέροις· τοῦτο δὲ πρὸς C πᾶσαν ἑτοίμως ἰόντων ἀκαθαρσίαν, καὶ παρ' οὐδὲν τὰ διὰ τοῦ πανσόφου Μωσέως τεθεσπισμένων τιθέντων. Τὰς δύο δὴ οὖν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ συναγωγὰς δυσὶ γυναιξὶν ἀφομοιοῖ πάλιν ἡ ὅρασις, ἃς καὶ πτέρυγας ἔποπος ἐσχηκέναι φησὶν, ἵνα τὴν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀκάθαρτον γνώμην καὶ τὸ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων εὐπετὲς εὖ μάλα κατασημήνειεν. Ὁ μὲν γὰρ ἔποψ στρουθίον ἐστὶν οὐκ ἄσημον, φιλοβόρβορον δὲ καὶ κοπροβόρον, καὶ ταῖς σκωλήκων ἀγέλαις ἀγρίως ἐπιμαινόμενον, καὶ τροφὴν ἀεὶ ποιεῖσθαι κατειθισμένον τὴν ἐσχάτην ἀκαθαρσίαν. Τοιοῦτος δέ πως καὶ τοῖς εἰδωλολατροῦσιν ὕπεστι νοῦς. Οὐκ ἔρχεται κατευθὺ τοῦ πρέποντος· ἀλλ' ἔξω φέρεται τοῦ εἰκότος, τὸν θεῖον οὐκ οἶδε νόμον. Ἔστι δὲ ἁπάσης ἀκαθαρσίας ἔμπλεως, καὶ πᾶν εἶδος φαυλότητος ἡγεῖται D τροφήν. Ταύτητοι καὶ πτέρυγας ἔποπος ἐνηρμόσθαι τοῖς γυναίοις ὁ τῆς ὁράσεως ἔφη λόγος, τὴν ἴσην ἐκείνων γνώμην καὶ αὐτοῖς ἐνεῖναι διδάσκων. Ἀναλαμβάνουσι δὲ τὸ μέτρον τῇ ἀνομίᾳ μεμεστωμένον. Δεῖ γὰρ ἑκάστην ψυχὴν τῷ ἰδίῳ καταφορτίζεσθαι βάρει, τῷ τῆς ἁμαρτίας, φημί. Ἐπειδὴ δὲ ἴσα τε ἀμφοῖν καὶ ἀδελφὰ τὰ ἐγκλήματα, τῆς τε Σαμαρείας, φημὶ, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ταύτητοι καὶ ἐν ἴσῳ τρόπῳ κατηχθεσμέναι τῷ μέτρῳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ, πνεύματος ἐμπίπτοντος ταῖς πτέρυξιν αὐτῶν, ὀξεῖ καὶ ἀπαραποδίστῳ φέρονται δρόμῳ πρὸς τὴν τῶν ἀλλοφύλων χώραν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν τῶν Βαβυλωνίων.

VERS. 9, 10. *Et levavi oculos meos, et vidi, et ecce duæ mulieres egredientes, et spiritus in alis ipsarum, et ipsæ habebant alas upupæ, et elevaverunt mensuram inter terram et cœlum. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quo istæ deferunt mensuram? Et dixit ad me: Ut ædificent ei domum in terra Babylonis, et præparent, et ponant illam ibi super præparationem suam.*

XXXI. Quid par mulierum indicet, et cujus rei typum gerat, ante omnia exponendum censeo. Ait itaque Deus prophetæ Ezechieli: « Fili hominis, duæ mulieres erant, filiæ matris unius, et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt, illic ceciderunt ubera earum [69]. « Addit his, illustrans **699** quod nuntiabat, « et nomina earum, Samaria, sive Oola, et Jerusalem, sive Ooliba [70]. » Principio enim una fuit Judæorum synagoga. Regnante autem Roboam, abruptæ ab aliis decem tribus, habitarunt Samariam, et fornicatæ sunt in vitulis aureis, quos fecit Jeroboam filius Nabat [71]. Cæterum non sine causa factum est. . . . . hoc est, Jerusalem: ipsa enim quoque multis modis fornicata est, quibusdam tum idola adorantibus, et sacrificantibus Baal, Astartæ, collibus, Soli, Lunæ, sideribus reliquis: tum ad omnem immunditiam cupide abeuntibus, et divina mandata sapientissimi Mosis nec nihili facientibus. Duas itaque Synagogas Israelis duabus mulieribus iterum hac visione comparat: quas et alas upupæ habuisse affirmat, ut impuram earum, mentem et ad quæcunque nefaria facilitatem appositissime declaret. Upupa enim notum est genus passeris, amans cœni, et stercorivorum, et in greges crabronum ferocius insaniens, et immundissima quæque pro alimento usurpare solitum. Talis quodammodo mens etiam idololatris inest. Non recto itinere ad honestum contendit, sed extra id, quod consentaneum est fertur. Dei legem non novit, plena omni immunditia, et omne genus improbitatis cibum suum ducens. Idcirco et alas upupæ mulierculis aptatas sermo visionis narrat, similem quoque mentem et judicium illis inesse docens. Capessunt autem mensuram iniquitate repletam. Oportet enim quamlibet animam suo onere onerari, peccati inquam. Quia vero paria sunt ambarum et cognata peccata, Samariæ nimirum et Jerusalem, ideo eodem quoque modo oneratæ mensura et iniquitate, spiritu alis earum incidente, celeri ac non impedito cursu ad alienigenarum regionem Babyloniorum utique feruntur. Immundo enim spiritu ad peccandum eas impellente, et iniquitate prægravante, in captivitatem abstractæ, et sub pedes inimicorum redactæ sunt. Postquam autem dixit beatus angelus, eos deferre mensuram ad ædificandam ipsi domum in terra Babylonis, accipiamus hoc licet pro signo,

[69] Ezech. XXIII, 1, 3. [70] ibid. 4. [71] III Reg. XII, 28 seqq.

filios Israel diu apud hostes victuros, quod et domus iniquitati ædificatur, **700** et veluti sedes ac statio ipsi apud hostes paratur. Id quod eventus monstravit. Vix enim septuagesimo anno finito, vinculis servitutis levati sunt.

A Τοῦ γὰρ ἀκαθάρτου πνεύματος συνωθοῦντος αὐτὰς εἰς τὸ πλημμελὲς, καὶ τῇ ἀνομίᾳ καταφορτίζοντος, ἀπεκομίσθησαν εἰς αἰχμαλωσίαν, καὶ ὑπὸ πόδας πεπτώκασι τῶν ἐχθρῶν. Ἐπειδὴ δέ φησιν ὁ μακάριος ἄγγελος, ὡς ἀποφέρουσι τὸ μέτρον οἰκοδομῆσαι αὐτῷ οἰκίαν ἐν γῇ Βαβυλῶνος, ἀναγκαῖον ἡμᾶς ἐκεῖνο νοεῖν, ὡς ἔστι σημεῖον τοῦ μακρὸν παρ' ἐχθροῖς διατελέσαι χρόνον τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, τὸ καὶ οἶκον οἰκοδομεῖσθαι τῇ ἀνομίᾳ, καὶ οἷον ἵδρυσίν τινα καὶ στάσιν αὐτῇ γίνεσθαι παρ' ἐχθροῖς. Ὃ δὴ καὶ τετέλεσται. Μόλις γὰρ αὐτοῖς ἑβδομηκοστοῦ πληρωθέντος ἔτους, τῶν τῆς δουλείας ἀνεῖ[ν]ται δεσμῶν.

CAP. VI.

VERS. 1-8. *Et conversus sum, et levavi oculos meos, et vidi, et ecce quatuor currus egredientes de medio duorum montium, et montes erant montes ærei. In curru primo equi rufi, et in curru secundo equi nigri, et in curru tertio equi albi, et in curru quarto equi varii et multicolores. Et respondi, et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc, domine? Et respondit angelus qui loquebatur in me, et dixit: Hæc sunt quatuor venti cæli, qui egrediuntur ut assistant Domino omnis terræ. In quo erant equi nigri, egrediebantur super terram aquilonis, et albi egrediebantur post eos. Et varii exibant super terram austri, et multicolores egrediebantur, et inspiciebant ut irent et circumirent terram. Et dixit: Ite, et circuite terram. Et circuierunt terram. Et clamavit, et locutus est ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur super terram aquilonis, et requiescere fecerunt furorem meum super terram aquilonis.*

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Καὶ ἐπέστρεψα, καὶ ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ ἴδον, καὶ ἰδοὺ τέσσαρα ἅρματα ἐκπορευόμενα ἐκ μέσου δύο ὀρέων, καὶ τὰ ὄρη ἦν ὄρη χαλκᾶ. Ἐν τῷ ἅρματι τῷ πρώτῳ ἵπποι πυῤῥοὶ, καὶ ἐν τῷ ἅρματι τῷ δευτέρῳ ἵπποι μέλανες, καὶ ἐν τῷ ἅρματι τῷ τρίτῳ ἵπποι λευκοὶ, καὶ ἐν τῷ ἅρματι B *τῷ τετάρτῳ ἵπποι ποικίλοι, καὶ ψαροί. Καὶ ἀπεκρίθην, καὶ εἶπα πρὸς τὸν ἄγγελον, τὸν λαλοῦντα ἐν ἐμοί· Τί ἐστι ταῦτα, κύριε; Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπε· Ταῦτά ἐστιν οἱ τέσσαρες ἄνεμοι τοῦ οὐρανοῦ, οἳ ἐκπορεύονται παραστῆναι τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. Ἐν ᾧ ἦσαν ἵπποι οἱ μέλανες, ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, καὶ οἱ λευκοὶ ἐξεπορεύοντο κατόπισθεν αὐτῶν. Καὶ οἱ ποικίλοι ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν νότου, καὶ οἱ ψαροὶ ἐξεπορεύοντο, καὶ ἐπέβλεπον τοῦ πορεύεσθαι, τοῦ περιοδεῦσαι τὴν γῆν. Καὶ εἶπε· Πορεύεσθε, καὶ περιοδεύσατε τὴν γῆν. Καὶ περιώδευσαν τὴν γῆν. Καὶ ἀνεβόησε, καὶ ἐλάλησε πρός με, λέγων· Ἰδοὺ οἱ ἐκπορευόμενοι ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, καὶ ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου ἐν γῇ βοῤῥᾶ.*

XXXII. Docuit ante, suis ipsorum laqueis captos, et catenis peccatorum suorum constrictos, sicut scriptum est [71], in ignotam regionem discessisse, habitasseque apud hostes, insuetum servitutis jugum perpetientes. Cæterum et tempora liberationis redigere in memoriam oportebat; quare insertis aliis eorum meminit. Doctus est enim propheta compendio omnia genti olim eventura. Ergo quatuor currus in medio montium æreorum dicimus esse regna illustrissima, quæ in totidem mundi climatis, sive ad quatuor ventos suis ætatibus claruerunt. Montes æreos dici conjicio duas mundi partes. **701** Quidam enim orbem totum in Europam et Asiam dividunt, cujus partes æreæ propter firmitatem undequaque, et immobilitatem, et quia lædi non possunt. Psallit enim alicubi divinus David universitatis Opifici: « Fundasti terram, et permanet ordinatione tua [72]. » Hæc igitur ut a quatuor ventis regna cæteris, ut diximus, potentiora multamque sortita gloriam egressa sunt assistere Dominatori omnis terræ. Assistentia inserviendi modum ostendit: servierunt enim nutibus ejus, fueruntque robusta et inclyta per ipsum, quod illis emolumento fuit. Nam si quid præclare gesserunt, regionesque et urbes expugnarunt, eo annuente tantum valuerunt. Etenim si verum dicit propheta: « Non est malum in civitate, quod non fecit Dominus [73], » (no-

C ΛΒ'. Προϋπέδειξεν ὅτι τοῖς σφῶν αὐτῶν ἐναλόντες βρόχοις, καὶ σειραῖς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων κατεσφιγμένοι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, εἰς ἀλλοδαπὴν ἀπῴχοντο, καὶ κατῳκήκασι παρ' ἐχθροῖς, τὸν ἀήθη τῆς δουλείας ἀνατλάντες ζυγόν. Ἀλλ' ἦν ἀναγκαῖον καὶ τῶν τῆς λυτρώσεως διαμεμνῆσθαι καιρῶν, καὶ δὴ ποιεῖται τὴν δήλωσιν, προεμπεπλεγμένων ἑτέρων. Ἐδιδάσκετο γὰρ ὁ προφήτης συλλήβδην ἅπαντα, τὰ τῷ ἔθνει συμβησόμενα κατὰ καιρούς. Τὰ τέσσαρα τοίνυν ἅρματα, τὰ ἐν μέσῳ τῶν ὀρέων τῶν χαλκῶν, φαμὲν εἶναι πάλιν τὰς τῶν ἄλλων βασιλειῶν ἐπισημοτέρας, τὰς ἐν τοῖς τέσσαρσι κλίμασιν, ἤγουν ἀνέμοις, τοῖς ὑπ' οὐρανὸν κατὰ καιροὺς ἀναδεδειγμένας. Ὄρη δὲ οἶμαι λέγεσθαι τὰ χαλκᾶ τὰ δύο τῆς οἰκουμένης τμήματα. Τέμνουσι γάρ τινες εἰς Εὐρώπην τε D καὶ Ἀσίαν τὴν σύμπασαν γῆν· χαλκᾶ δὲ αὐτοῖς τὰ μέρη, διά τε τὸ ἐρηρεῖσθαι διαπαντὸς, καὶ ἀκλονήτως ἔχειν, καὶ μηδεμιᾶς ἀνέχεσθαι βλάβης. Ψάλλει γάρ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Δημιουργόν· « Ἐθεμελίωσας τὴν γῆν, καὶ διαμένει τῇ διατάξει σου. » Αὗται δὴ οὖν αἱ ὡς ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων βασιλεῖαι, τῶν ἄλλων, ὡς ἔφημεν, ἀλκιμώτεραι, καὶ πολὺ λαχοῦσαι τὸ εὐκλεὲς, ἐξῆλθον παραστῆναι τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς. Ἡ δέ γε παράστασις, τὸν τῆς δουλείας ἡμῖν ὑποφαίνει τρόπον· δεδουλεύκασι γὰρ τοῖς αὐτοῦ νεύμασι, καὶ γεγόνασιν ἰσχυραί τε καὶ διαβόητοι δι' αὐτοῦ, καὶ τοῦτο κε-

[71] Prov. v, 22. [72] Psal. cxviii, 90. [73] Amos iii, 6.

κερδάκασιν. Εἰ γάρ τι καὶ δεδράκασι, καὶ κατηνδρίσαντο χωρῶν ἢ πόλεων, αὐτοῦ κατανεύοντος, εἰς τοῦτο δὴ πάλιν προῆλθον ἰσχύος. Εἰ γάρ ἐστιν ἀληθὴς ὁ προφήτης λέγων· « Οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησε· » κακίαν δέ φαμεν ἐν τούτοις τὴν κάκωσιν· πῶς ἂν ἐκεῖναι κατίσχυσαν ἐθνῶν καὶ χωρῶν, μὴ οὐχὶ δὴ πάλιν, αὐτοῦ τὸ κατισχύσαι νέμοντος οἰκονομικῶς; Τίνες δὲ δὴ καὶ αἱ βασιλεῖαι, καιρὸς ἤδη λέγειν. Οὐκοῦν ἐν μὲν τῷ ἅρματι τῷ πρώτῳ, φησὶν, ἵπποι πυῤῥοὶ, τῆς Χαλδαίων βασιλείας ἀνατυποῦντες ἐφ' ἑαυτοῖς τὴν ὠμότητα. Πυῤῥότης γὰρ ἡμῖν τὴν αἵματος χύσιν ὑπαινίττοιτο ἂν, κατά γε τὸ εἰκός· φιλαίματοι γὰρ λίαν οἱ Βαβυλώνιοι· εἷλον γὰρ αὐτοὶ τὴν Ἰουδαίαν, καὶ τὰς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ πόλεις, φειδοῦς ἁπάσης ἐξῃρημένης. Ἐν δὲ τῷ ἅρματι τῷ δευτέρῳ ἵπποι μέλανες. Ἔοικε δὲ τὴν Περσῶν τε καὶ Μήδων τὴν ὑπό γε Κύρῳ, φημὶ, βασιλείαν ὑποδηλοῦν. Μέλαν δὲ καὶ τούτοις περιτέθεικε χρῶμα, διὰ τὸ, οἶμαι, πλεῖστόν τε ὅσον καὶ ἀμέτρητον τοῖς Χαλδαίων ἔθνεσιν ἐπιῤῥίψαι θάνατον, καὶ ὅλην αὐτοῖς τὴν χώραν ἐν πένθει γενέσθαι παρασκευάσαι. Πένθους δὲ καὶ θανάτου τὸ φαιὸν ἂν εἴη σύμβολον. Λευκοὺς δὲ εἶναί φησι τοὺς ἐν ἅρματι τῷ τρίτῳ, τὴν Ἑλλήνων που τάχα καὶ Μακεδόνων ὑποφαίνων ἀρχὴν, εἴτ' οὖν τὴν Ἀλεξάνδρου βασιλείαν. Λευκοὶ δὲ, ὅτι καὶ ἁβροδίαιτοι, καὶ ἐν λευκαῖς ὡς ἐπίπαν στολαῖς τὰ Ἑλλήνων ἔθνη· καὶ ὅτι τὴν γλῶτταν σαφεῖς, τῆς βαρβάρου φωνῆς τὸ οἱονεὶ σκοτεινὸν οὐκ ἔχοντες. Ἐν δὲ τῷ τετάρτῳ, φησὶν, ἅρματι ἵπποι τινὲς ἦσαν ποικίλοι καὶ ψαροί· ἰστέον δὲ, ὅτι ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις, καὶ ἕτεροι δέ τινες τῶν ἄλλων ἑρμηνευτῶν, ἀντὶ τοῦ, *ψαροὶ*, τεθείκασι τὸ, *ἰσχυροί*. Πλὴν καὶ ταύτην εἶναί φαμεν τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν, ἀεί πως ἔχουσαν ἐν τοῖς κατὰ καιροὺς βεβασιλευκόσι τὸ ποικίλον εἰς τὸ εὐμαθὲς, καὶ βαθύ πως εἰς φρένας. Συνετώτατοι γὰρ καὶ πρός γε τούτῳ καὶ ἀλκιμώτατοι γεγόνασί τε καὶ εἰσὶν, οἱ τὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς διέποντες κράτη. Τέθεινται δὲ καὶ τελευταῖοι μετὰ τοὺς πρώτους κατά γε τοὺς χρόνους. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν ἑκάστου τῶν ἁρμάτων, ἤγουν βασιλείας, ἔξοδον, ὅπου τε διανένευκε, καὶ ἐπὶ τίσιν ἔρχεται. Σαφεστάτη γὰρ οὕτω γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἡ τῆς θεωρίας ἀπόδοσις. Τέσσαρα μὲν γὰρ ὁ προφήτης εἶναί φησι, διαμέμνηται δὲ τριῶν, καὶ σεσίγηκε τοῦ πρώτου τὴν ἔξοδον. Ἀναμνήσω δὲ διὰ βραχέων, ὡς ἔφην. Ἐν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ φησὶ πυῤῥοὺς εἶναι τοὺς ἵππους. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ τοῦ δευτέρου, καί φησιν· « Ἐν ᾧ ἦσαν οἱ ἵπποι οἱ μέλανες, ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, καὶ οἱ λευκοὶ ἐξεπορεύοντο κατόπισθεν αὐτῶν. Καὶ οἱ ποικίλοι ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν νότου. » Εἰ δὲ δὴ προσεπάγει τοὺς *ψαροὺς*, οὐ τεσσάρων ἁρμάτων διαμεμνήσεται· τοὺς γὰρ αὐτοὺς εἶναι δεδώκαμεν τοῖς ποικίλοις. « Ἐν γὰρ τῷ ἅρματι τῷ τετάρτῳ, φησὶν, ἦσαν ἵπποι ποικίλοι καὶ ψαροί. » Οὐκοῦν τριῶν διαμέμνηται, σιωπήσας τὸ πρῶτον Τίς οὖν ἄρα ἐστὶ τῆς ὅλης οἰκονομίας ὁ λόγος, φέρε τοῖς εὐμαθεστέροις, ὡς ἔνι, λέγωμεν. Τοὺς πυῤῥοὺς εἶναι διεβεβαιούμεθα τὴν φιλαίματον τῶν Χαλδαίων ἀρχὴν, ἣ καὶ πᾶσαν ἐκποδὼν ᾕρηκε τὴν Ἰουδαίων, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ κατεμπιπρῶσα πόλεις, ἀπεκόμισεν εἰς αἰ-

mine mali hoc loco afflictionem accipimus) quomodo regna illa gentes et regiones domuissent, si ipse ut domare possent administratorie illis non donavisset? Quæ autem regna ista fuerint, sequitur ut dicamus. In curru igitur primo, inquit, equi rufi, Chaldæorum monarchiæ crudelitatem repræsentantes. Rufus enim color sanguinis profusionem nobis apte insinuat; sanguinarii enim vehementer Babylonii : ipsi enim Judæam et urbes Samariæ citra omnem misericordiam vastaverunt. In curru secundo equi nigri. Quo Persarum et Medorum sub Cyro monarchiam, inquam, videtur significare. Niger color his tribuitur, quod longe plurimas et immensas in Chaldæa gente strages ediderunt, totumque regnum in luctum conjecerunt. Luctus autem et mortis symbolum niger color est. In tertio ait esse albos, Græcorum fortasse et Macedonum imperium, sive Alexandri regnum subindicans. Albi autem, quia delicate viventes, et albis vestibus pene omnes gaudentes Græciæ populi : et quia in loquendo perspicui citra linguæ barbaræ velut tenebras. In quarto curru, inquit, equi erant varii et multicolores ; scias licet, Hebræam editionem, et quosdam interpretes pro ψαροὶ, *multicolores*, posuisse ἰσχυροί, *validi*, seu robusti. Verumtamen hanc Romanorum monarchiam esse dicimus, quæ semper inter diversis temporibus regnantes varietate docilitatis **702** et alta intelligentia valuit. Prudentissimi enim et insuper fortissimi fuerunt, et sunt, Romani principatus imperium administrantes. Ponuntur autem loco postremo a primis, secundum tempora. Consideremus jam uniuscujusque currus, seu monarchiæ egressum, quo inclinet, et quo tendat. Sic enim quam planissime quod consideramus explanabimus. Quatuor quidem inquit esse propheta, sed trium egressus meminit, primi tacet. Repetam paucis quod dixi. In primo ait rufos esse equos. Incipit autem a secundo, et ait : « In quo erant equi nigri, egrediebantur ad terram aquilonis, et albi sequebantur eos. Et varii egrediebantur ad terram australem. » Sed quamvis addat *multicolores*, non ideo quatuor currus memorabit : nam eosdem esse cum variis ponimus. Ait enim : « In curru quarto erant equi varii et multicolores. » Trium meminit, primo præterito. Quæ sit ergo totius œconomiæ ratio, age docilioribus pro virili nostra aperiamus. Equos rufos asseruimus esse cruentum Chaldæorum imperium, quod funditus totam Judæam evertit, et incensis ejus urbibus Israelem captivum abduxit ; nomine nigrorum, Persarum Medorumque monarchiam accepimus. In albis porro Alexandri et Macedonum imperium describebatur, quæ ambo Chaldæis arma intulerunt, eamque bello acerrimo occuparunt, primum quidem Cyrus, postea Alexander, qui et ipsum Darium cepit juxta Issum, ut vocatur, urbem Ciliciæ, infinitis Persarum millibus interemptis. Fama est, magnum ossium acervum excitatum de iis, qui ibidem occubuerunt ; incisum est quoque epitaphium in hæc verba :

χμαλωσίαν τὸν Ἰσραήλ· τοὺς δέ γε μέλανας τὴν Περσῶν τε καὶ Κύρου βασιλείαν εἶναι παρεδεξάμεθα. Ἐγράφετο δὲ καὶ ἐν τοῖς λευκοῖς ἡ Ἀλεξάνδρου τε καὶ Μακεδόνων. Ἄμφω δὲ αὗται κατεστράτευσαν τῆς Χαλδαίων γῆς, εἷλόν τε αὐτὴν κατὰ κράτος· πρῶτον μὲν γὰρ Κῦρος, εἶτα μετ' ἐκεῖνον Ἀλέξανδρος, ὃς καὶ αὐτὸν ᾕρηκε τὸν Δαρεῖον περὶ τὴν καλουμένην Ἰσσὸν (Κιλίκων δὲ αὕτη πόλις), ἀναριθμήτους Περσῶν μυριάδας ἀπεκτονώς. Φασὶ γοῦν, ὅτι σωρὸς μὲν ὀστῶν συνεγήγερται μέγας τῶν ἐκεῖσε πεπτωκότων· ἐγκεκόλαπται δὲ καὶ γραφὴ, τοιοῦτον ἔχουσα·

Ad Issi mœnia juxta fluctum maris Cilicis
Turbulentum, Persarum jacemus myriades,
Opus Alexandri Macedonis, qui olim regem
Darium ultima via sequebamur.

A *Ἰσσοῦ ἐπὶ προβολῆσιν, ἁλὸς παρὰ κῦμα Κιλίσσης*
Ἄγριον, αἱ Περσῶν κείμεθα μυριάδες,
Ἔργον Ἀλεξάνδροιο Μακηδόνος, αἵ ποτ' ἄνακτι
Δαρείῳ πυμάτην οἶμον ἐφειπόμεθα.

Quoniam enim verisimile erat, non mediocriter doliturum Israel audientem de monarchia Chaldæorum, a quibus erat vastatus, ideo, ne ad tristitiam provocare videretur, idque intempestive, propheta eorum mentione utiliter supersedet. **703** Quod autem eos summe exhilarat, id enarrat luculenter, de monarchia Cyri, inquam, et Alexandri, qui tantum non ad vindicandam crudelitatem in Israelem a superbis Chaldæis exprompta missi sunt. Hinc apposuit, ut ex persona Dei: « Ecce egredientes super terram aquilonis requiescere fecerunt furorem meum in terra aquilonis: » fuit enim aquiloni propior Chaldæorum regio, et iratus est Babyloniis universorum Deus. Quod patet ex verbis ejus manifesto: « Zelavi Jerusalem et Sion zelo magno, et ira magna ego irascor super gentes quæ superimpositæ sunt. Quia ego quidem iratus sum modice, ipsi vero superpositi sunt in mala. » Postquam autem pœnas Chaldæa perpendit, Cyro totam cum Persis et Medis vastante, et post eum Alexandro, idcirco inquit: « Egredientes super terram aquilonis requiescere fecerunt furorem meum in terra aquilonis [78]. » Cæterum tacita prudenter Chaldæorum impressione (præterivit enim, ut dixi, equos rufos), etiam Romanorum imperium non tacuit. Ait enim: « Varii egrediebantur super terram austri. » Perpende vero, quam scite et quasi per transennam verba sua explicet. Post crucem enim Salvatoris, Vespasianus et hujus filius Titus Judæam populationibus incursarunt, et ipsam sanctam civitatem incenderunt. Verum dextre propheta, « Egrediebantur, inquit, super terram austri: » maxime enim ad austrum vergit Judæorum regio. Adhæc ipsi varii et multicolores jussi sunt circumire terram, et circuierunt etiam. Domuerunt enim totum sub sole mundum, imperaveruntque orbi terrarum universo, Deo bene adjuvante indeque illustri gloria decorante principes Romanorum, cum tanquam Deus præsciret futuræ pietatis ipsorum magnitudinem.

Ἐπειδὴ γὰρ ἦν εἰκὸς, οὐ μετρίως ἀλγῆσαι τὸν Ἰσραὴλ τὰ περὶ τῆς τῶν Χαλδαίων ἀκούοντα βασιλείας, ὑφ' ἧς καὶ πεπόρθηται, ταύτητοι χρησίμως, ὡς ἂν μὴ δοκοίη κατερεθίζειν εἰς λύπας, καὶ τοῦτο οὐκ ἐν καιρῷ, παρατρέχει μὲν ὁ προφήτης τὸν ἐπ' αὐτοῖς λόγον. Τὸ δὲ δὴ μάλιστα κατευφραῖνον αὐτοὺς ἐξηγεῖται λαμπρῶς, τὰ περὶ τῆς Κύρου, φημὶ, βασιλείας, καὶ μέντοι τῆς Ἀλεξάνδρου, οἳ μονονουχὶ καὶ ἐστάλησαν, τῆς εἰς τὸν Ἰσραὴλ ὠμότητος ἐξαιτοῦντες λόγον τὴν Χαλδαίων ἀλαζονείαν. Διὰ τοῦτο προσέθηκεν B ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· « Ἰδοὺ οἱ ἐκπορευόμενοι ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου ἐν γῇ βοῤῥᾶ· » βορειοτέρα γάρ πως τῶν Χαλδαίων ἡ χώρα· ἐπεμήνισε δὲ τοῖς Βαβυλωνίοις ὁ τῶν ὅλων Θεός. Σαφὲς δ' ἂν γένοιτο καὶ τοῦτο πάλιν, αὐτοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Ἐζήλωκα τὴν Ἱερουσαλὴμ καὶ τὴν Σιὼν ζῆλον μέγαν, καὶ ὀργὴν μεγάλην ἐγὼ ὀργίζομαι ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ συνεπιτιθέμενα. Ἀνθ' ὧν ἐγὼ μὲν ὠργίσθην ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθεντο εἰς κακά. » Ἐπειδὴ δὲ ποινὰς ἐξέτισε τῶν Χαλδαίων ἡ γῆ, Κύρου μὲν πᾶσαν Πέρσαις τε ὁμοῦ καὶ Μήδοις καταδῃοῦντος, τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου μετ' ἐκεῖνον, ταύτητοί φησιν, ὅτι « Οἱ ἐκπορευόμενοι ἐπὶ γῆν βοῤῥᾶ, ἀνέπαυσαν τὸν θυμόν μου, ἐν γῇ βοῤῥᾶ. » Πλὴν σιωπήσας οἰκονομικῶς ὁ προφήτης τῶν Χαλδαίων τὴν C ἔφοδον (παραδεδράμηκε γὰρ, ὡς ἔφην, τοὺς ἵππους τοὺς πυῤῥοὺς), οὐκέτι σεσίγηκε τὰ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. « Οἱ γὰρ ποικίλοι, φησὶν, ἐξεπορεύοντο ἐπὶ γῆν νότου. » Ἄθρει δὲ ὅπως εὐτέχνως καὶ οἷον ἐν παραδρομῇ ποιεῖται τοῦ λόγου τὴν ἀπόδοσιν. Μετὰ γάρ τοι τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, Οὐεσπασιανὸς καὶ ὁ τούτου παῖς Τίτος κατέδραμον τὴν Ἰουδαίων γῆν, καταψιλοῦντες ἅπασαν, καὶ τὴν ἁγίαν αὐτὴν κατεμπιπρῶντες πόλιν. Ἀλλ' εὐφυῶς ὁ προφήτης τὸ, « Ἐξεπορεύοντο, φησὶν, ἐπὶ γῆν νότου· » νοτιωτάτη γὰρ τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα. Αὐτοὶ δὴ πάλιν οἱ ποικίλοι καὶ ψαροὶ προσετάττοντο περιοδεῦσαι τὴν γῆν, καὶ δὴ καὶ περιωδεύκασι· κεκρατήκασι γὰρ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ κεκυριεύκασιν ἁπάσης τῆς γῆς, Θεοῦ συννεύοντος, καὶ τὴν ἐπὶ τῷδε λαμπρὰν ἀνάπτοντος δόξαν, τοῖς τὰ Ῥωμαίων διέπουσι κράτη· προηπίστατο γὰρ, ὡς Θεὸς, τῆς ἐσομένης αὐτῶν εὐσεβείας τὸ μέγεθος.

VERS. 9-15. *Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Accipe de captivitate a principibus, et ab utilibus ejus, et ab his qui cognoverunt eum, et ingredieris tu in die illa in domum Josiæ Sophoniæ filii, re-*

D *Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρός με, λέγων· Λαβὲ τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας παρὰ τῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν χρησίμων αὐτῆς, καὶ παρὰ τῶν ἐπεγνωκότων αὐτὴν, καὶ εἰσελεύσῃ σὺ ἐν*

[78] Zachar. I, 14, 15.

τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς τὸν οἶκον Ἰωσίου τοῦ Σοφονίου, τοῦ ἥκοντος ἐκ Βαβυλῶνος. Καὶ λήψῃ ἀργύριον καὶ χρυσίον, καὶ ποιήσεις στεφάνους, καὶ ἐπιθήσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου. Καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτόν· Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ, καὶ οἰκοδομήσει τὸν οἶκον Κυρίου, καὶ αὐτὸς λήψεται ἀρετὴν, καὶ καθιεῖται, καὶ κατάρξει ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἔσται ὁ ἱερεὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ βουλὴ εἰρηνικὴ ἔσται ἀναμέσον ἀμφοτέρων. Ὁ δὲ στέφανος ἔσται ὑπομένουσι, καὶ τοῖς χρησίμοις αὐτῆς, καὶ τοῖς ἐπεγνωκόσιν αὐτὴν, καὶ εἰς χάριτα τοῖς υἱοῖς Σοφονίου, καὶ εἰς ψαλμὸν ἐν οἴκῳ Κυρίου. Καὶ οἱ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἥξουσι, καὶ οἰκοδομήσουσιν ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου, καὶ γνώσεσθε, διότι Κύριος παντοκράτωρ ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. Καὶ ἔσται ἐὰν εἰσακούοντες εἰσακούσητε τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν.

A *nientis ex Babylone. Et accipies argentum et aurum, et facies coronas, et pones super caput Jesu filii Josedec sacerdotis magni. Et dices ad* **704** *eum: Hæc dicit Dominus omnipotens: Ecce vir, Oriens nomen ipsi, et subter eum orietur, et ædificabit domum Domini. Et ipse accipiet virtutem, et sedebit, et imperabit, super throno suo, et erit sacerdos a dextris ejus, et consilium pacificum erit inter utrumque. At corona erit exspectantibus, et utilibus ejus, et his qui cognoverunt eam, et in gratiam filiis Sophoniæ, et in psalmum in domo Domini. Et qui longe ab eis venient, et ædificabunt in domo Domini, et scietis quia Dominus omnipotens misit me ad vos. Et erit, si audientes audieritis vocem Domini Dei vestri.*

ΛΓ'. Ὁ λόγος ἦν τῷ Θεῷ πρὸς τὸν μακάριον προφήτην Ζαχαρίαν, ἤτοι δι' αὐτοῦ πρὸς πάντας περὶ τοῦ Ζοροβάβελ, ὃς ἦν μὲν ἐκ φυλῆς τοῦ Ἰούδα, καθηγεῖτο δὲ τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, καλούσης αὐτὸν εἰς τοῦτο τῆς βασιλευούσης φυλῆς. Τίνα δὲ ἦν τὰ περὶ αὐτοῦ λεγόμενα παρὰ Θεοῦ, προαναμνήσομεν ἀναγκαίως. Ἔφη τοίνυν· « Αἱ χεῖρες Ζοροβάβελ ἐθεμελίωσαν τὸν οἶκον τοῦτον, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπιτελέσουσιν αὐτόν. » Ἀλλ' ἦν σὺν αὐτῷ τῷ θεμελιοῦντι τὸν οἶκον, καὶ μὴν καὶ ἀποπεραίνοντι καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας. Ταύτητοι προστέταχεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῷ θεσπεσίῳ προφήτῃ τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας λαβεῖν παρὰ τῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν χρησίμων αὐτῆς, καὶ παρὰ τῶν ἐπεγνωκότων αὐτήν. Τίνες δ' ἂν εἶεν οὗτοι, ποῖα δὲ καὶ τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀφηγήσομαι χρειωδῶς. Ἀνεκομίσθησαν ἐκ τῆς Βαβυλῶνος οἱ ἐξ Ἰσραὴλ, οὐ χύδην, ἢ πεφυρμένως, ἀλλ' ἐν κόσμῳ τε καὶ τάξει, κατὰ γένη καὶ κατὰ φυλὰς, προεκκειμένους ἔχοντες καὶ καθηγητὰς, ὡς ἐν τῷ Ἔσδρᾳ γέγραπται. Ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο λοιπὸν εἰς Ἱεροσόλυμα, Θεοῦ τὸν ναὸν ἐγείρειν ἐπαναγκάζοντος, ἔστησαν τὸ γαζοφυλάκιον, ἵνα καὶ ἄθροισις γένοιτο χρημάτων εἰς τὴν τῶν ἔργων κατασκευὴν, καὶ εἰς τὰς τῶν ἱερέων στολὰς, καὶ εἰς τὰς τεταγμένας αὐτοῖς κατὰ νόμον θυσίας· τέτακται δὲ τῶν χρημάτων ταμίας, Ἰωσίας υἱὸς Σοφονίου. Προστάττει δὴ οὖν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἀπὸ τῶν προσκεκομισμένων παρὰ τῶν ἀρχόντων τῆς αἰχμαλωσίας, ἃ καὶ ἦν ἀπόθετα παρὰ τῷ Ἰωσίᾳ, χρυσίον καὶ ἀργύριον λαβεῖν, εἶτα κατασκευάσαι στεφάνους, ἐπιθεῖναί τε αὐτοὺς ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδὲκ, τοῦ ἱερέως τοῦ μεγάλου, φάναι τε αὐτῷ περὶ τοῦ Ζοροβάβελ· « Ἰδοὺ ἀνὴρ, Ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ. » Τὸ δὲ *ἀνατολὴ* τῶν Ἑβραίων ἡ ἔκδοσις τῷ τοῦ βλαστήματος ὀνόματι κατεσήμηνε. « Καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ, » τουτέστιν, ἐκ τῆς αὐτοῦ ῥίζης ἀναφύσει. « Λήψεται δὲ καὶ ἀρετὴν, » τουτέστιν, εὐπρέπειαν, ἤτοι δόξαν· ἐκδεδώκασι γὰρ οὕτως οἱ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν. Προσετίθει δὲ τούτοις, ὡς ἄμφω μὲν, Ἰησοῦς καὶ Ζοροβάβελ, ἐπὶ τὸν αὐτὸν καθεδοῦνται θρόνον, ὡς

B XXXIII. Alloquebatur Deus beatum prophetam Zachariam, sive per ipsum omnes amicos Zorobabel, principis Israel, tribu regia, unde prodierat, illum ad regnum vocante. Quid autem de ipso dictum sit a Deo, prius a me commemorari necesse est. Ait ergo: « Manus Zorobabel fundarunt domum hanc, et manus ejus perficient eam [76]. » Sed fundanti domum, atque etiam perficienti, socius et adjutor erat Jesus filius Josedec sacerdos magnus. Quocirca præcepit universorum Deus sancto prophetæ, allata de captivitate accipere a principibus, et ab utilibus ejus, et ab his qui cognoverunt eam. Quinam isti fuerint, et quæ sint illa de captivitate, commode exponam. Israelitæ e Babylone redierunt C non confusi, nec permisti, sed agminibus compositis, et ordine, secundum genera et tribus, antesignanos et duces habentes, ut in Esdra legimus [77]. Postquam igitur jam Hierosolymam venerunt, Deo ædificationem templi urgente, gazophylacium cum ad pecuniam pro opere conficiendo, tum ad vestes sacerdotales et ad sacrificia lege præscripta colligendam Josia Sophoniæ filio quæstore ac dispensatore præfecto instituerunt. Mandat itaque universorum Deus de his quæ e captivitate secum attulerant principes, quæque apud Josiam deposita manebant, aurum argentumque accipi: deinde parari coronas, easque in caput Jesu filii Josedec sacerdotis magni imponi, dicique illi de Zorobabel: **705** « Ecce vir, Oriens nomen ejus. Vocem *oriens*, D Hebræa editio voce germinis expressit. » Et subter eum exorietur, » hoc est, ut ex ejus radice germinabit. « Accipiet autem virtutem, » hoc est, decorem, sive gloriam, quomodo alii interpretes ediderunt. Adjecit his, ambos, Jesum et Zorobabel, super eodem solio sessuros, ut commune sit regnum etiam sacerdotium procuranti, et dignitas sacerdotii etiam cum regnante communicetur; futuramque amborum unam pacificam et consentientem voluntatem, ut in nullo prorsus discrepare videantur. Deinde jubet coronas fieri, splendidum donarium, quod offeratur

[76] Zachar. IV, 9. [77] I Esdr. XI, 12.

Deo in domo ejus, gratiam concilians, et gloriam pariens offerentibus, Josiæ, inquam, et captivitatis utilibus, et principibus ejus. Dedicari autem non frustra: sed ut cantoribus templi, et sacris psaltis cantandi argumentum sit. Tunc, inquam, « et qui longe ab illis, » hoc est, qui de aliis gentibus venient, et adorabunt Dominum. Eventura autem ista affirmat, si velint obedientiæ ornamento se venerabiles reddere, et audire vocem Domini Dei. Ac tum demum, ubi prænuntiata exitus comprobaverit, haud dubie cognituros prophetam missum esse ut Dei voluntatem ipsis aperiret, non autem ut pro more quorumdam mentientium cordis sui sensa loqueretur, verax potius, nec falsitatis nuntius. Hæc facillima et obvia est historiæ explicatio.

Ο'. Κατησχυμμένων τῶν παρ' Ἕλλησι καὶ σοφῶν, οἳ καὶ ἱππεῖς ὠνομάσθησαν, κατισχύσειν ἐπαγγέλλεται, καὶ κατοικίσειν τοὺς ἠλεημένους, ἐπιφέρων, C « Ὅτι ἠγάπηκα αὐτούς. » Καὶ τί κερδανοῦσιν ἐκ τοῦ ἠγαπῆσθαι παρὰ Θεοῦ, διερμηνεύεται πάλιν, « Ὥσπερ, φησὶν, ὅτε οὐκ ἀπεστρεψάμην αὐτούς. » Οὐ γὰρ περιεῖδον εἰς ἅπαν, ἐπεσκεψάμην δὲ κεκινδυνευκότας, διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν, τουτέστι ποιήσομαι δεκτὰς τὰς παρ' αὐτῶν λιτὰς, καὶ ἔσονται ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραΐμ. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι πάλιν· οἵ ποτε διὰ νοῦ καὶ φρενὸς ἀσθένειαν οἱονεὶ παρειμένοι τε καὶ κείμενοι, ἰσχύος εἰς τοῦτο ἤδη τῆς πνευματικῆς ἐνεχθήσονται ὡς ἤδη πως ἐν ἴσῳ τετάχθαι δοκεῖν τοῖς ἐξ Ἐφραΐμ ηὐδοκιμηκόσι, τουτέστι τοῖς ἐξ Ἰουδαίων ἀποστόλοις τε καὶ εὐαγγελισταῖς. Μαχηταὶ γὰρ οἱ τοιοίδε γεγόνασι νοητοὶ, καταθλοῦντες ἐχθρῶν, βάλλοντες τοὺς ὑπεναντίους, καὶ νικῶντες μὲν « ἀρχὰς, δυνάμεις τε καὶ κυριότητας, καὶ τὰ D πνευματικὰ τῆς πονηρίας, » κρατοῦντες δὲ ἀμαχεὶ τῶν ἀνθεστηκότων τοῖς ὁσίοις κηρύγμασι. Γεγόνασι δὲ καὶ ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν πληθύος κεκλημένοι διὰ πίστεως εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, ἄνδρες ἅγιοι καὶ πνευματοφόροι, καὶ ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραΐμ. Μαχηταὶ γὰρ γεγόνασι· κατὰ γὰρ τὸ ἐγχωροῦν τὴν τῶν ἀποστόλων πολιτείαν, καὶ τὴν ἐκείνων ἰχνηλατοῦντες ἀρετὴν κατηνδρίσαντο καὶ αὐτοὶ, κατὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν, καὶ παθῶν, καὶ ἁμαρτίας.

Et lætabitur cor eorum quasi in vino, et filii eorum videbunt, et lætabuntur, et gaudebit cor eorum in Domino.

Καὶ χαρήσεται ἡ καρδία αὐτῶν ὡς ἐν οἴνῳ, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ὄψονται, καὶ εὐφρανθήσονται, καὶ χαριεῖται ἡ καρδία αὐτῶν ἐπὶ τῷ Κυρίῳ.

[38] Rom. II, 25 seqq. [39] Psal. CXII, 9. [40] Isa. XXXIII, 15, 16. [41] Psal. LXXXIII, 5. [42] Ephes. VI, 12.

ΟΑ'. Τῶν οἶνον ἐκπεπωκότων ἐκμελὴς ἀεί πως ἐστιν ὁ νοῦς, καὶ φροντίδος καταφρονητής. Προσίεται γὰρ οὐχὶ τὸ καταλυπεῖν εἰωθὸς, ἀνεῖται δὲ ὥσπερ, καὶ μερίμνης ἁπάσης κατευμεγεθεῖ. Εἰ τοίνυν γένοιντο, φησὶν, ὡς μαχηταὶ τοῦ Ἐφραῒμ, τότε δὴ, τότε καὶ τὴν ἐπί γέ σφισιν αὐτοῖς εἰσδέξονται θυμηδίαν, ὡς δὲ λαμπροὶ καὶ εὐδόκιμοι τῇ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἐλπίδι κατευφρανθήσονται, καὶ τῆς ἐξαιρέτου πολιτείας ἕξουσι μιμητὰς, τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγονότας υἱοὺς, πνευματικοὺς δηλονότι. Τοιοῦτος ἦν καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος, τοῖς δι' αὐτοῦ κεκλημένοις ἐπιστέλλων τε καὶ λέγων· « Κἂν μυρίους παιδαγωγοὺς ἔχητε ἐν Χριστῷ, ἀλλ' οὐ πολλοὺς πατέρας. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα. » Οὐκοῦν τὰ ἐξ αὐτῶν ἐσόμενα τέκνα « ὄψονται καὶ εὐφρανθήσονται. » Γεγονότα γὰρ ἐν θεωρίαις ταῖς ἐπὶ Χριστῷ, καὶ τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν ἐκμεμαθηκότα, καὶ ταῖς τοῦ Πνεύματος χορηγίαις πεφωτισμένα, πράξουσι δεξιῶς, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ θυμηδίαν εἰσδέξονται, καὶ αὐτὸν ποιήσονται χαράν τε καὶ τέρψιν, καὶ ἀγαλλίασιν ψυχῆς καὶ καρδίας. Γένοιτο δ' ἂν καὶ τοῦτο σαφὴς ἀπόδειξις τοῦ ζῆν ἑλέσθαι θεοφιλῶς. Οἱ μὲν γὰρ τοῖς ἐν κόσμῳ πράγμασι τῆς ἑαυτῶν διανοίας ἀπονέμοντες τὴν ῥοπὴν, καὶ νενευκότες εἰς τὰ αἴσχίω, χαίρουσιν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ θυμηδίαν ποιοῦνται τὸ χρῆμα, καὶ γεγήθασιν ἐπὶ σαρκὸς ἡδοναῖς, καὶ ταῖς ἑτέραις τοῦ παρόντος βίου τρυφαῖς ἐνσπαταλᾷν εἰωθότες, ὀλίγου παντελῶς ἀξιοῦσι λόγου τὰ παρὰ Θεῷ. Οἱ δὲ ἐξ ὅλης καρδίας ζητοῦντες αὐτὸν, καὶ ταῖς ἐπ' αὐτῷ θεωρίαις καταπιαινόμενοι, καὶ τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμὸν εὐρύνοντες, τὰς ἐπ' αὐτῷ καὶ μόνῳ παραδέξονται θυμηδίας.

LXXI. Eorum qui vinum biberunt mens semper quasi inconcinna et absona est, curisque salutem dicit. Nec enim quidquam tristificum admittit, sed laxatur quodammodo, et omnibus sollicitudinibus dominatur. Si igitur fuerint, inquit, ut bellatores Ephraim, tunc, tunc animi ipsorum gaudio perfundentur, et ut illustres probatique futurorum bonorum spe lætabuntur, et eximiæ vitæ suæ imitatores ex se natos filios suos, spirituales puta, habebunt. Talis erat et divinus Paulus, per se vocatis ita scribens ac dicens : « Etsi decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. In Christo enim Jesu per Evangelium ego vos genui [43]. » Nascituri igitur ex illis filii « videbunt et lætabuntur. » Nam progeniti in meditationibus rerum Christi, et virtute mysterii percepta, et largitionibus Spiritus illuminati, feliciter habebunt, et quæ est in Christo Salvatore, jucunditatem haurient, ipsumque gaudium, **751** et delectationem, et exsultationem animæ atque cordis sibi facient. Potest et hoc manifestum esse indicium, eos statuisse Deum vita et moribus diligere. Qui enim rebus mundanis animum suum applicant, et ad inhonesta se abjiciunt, gaudent in ipsis, et ea sibi materiam oblectamenti deligunt, lætanturque in voluptatibus carnis, et aliis præsentis vitæ deliciis assueti, divinas res in postremis numerant. Qui autem ex toto corde ipsum quærunt, et contemplationibus de ipso saginantur, et mentis oculum dilatant, voluptatibus quæ in ipso et solo sunt, perfruentur.

Σημανῶ αὐτοῖς, καὶ εἰσδέξομαι αὐτοὺς, διότι λυτρώσομαι αὐτοὺς, καὶ πληθυνθήσονται καθότι ἦσαν πολλοί. Καὶ σπερῶ αὐτοὺς ἐν λαοῖς, καὶ οἱ μακρὰν μνησθήσονταί μου, καὶ ἐκθρέψουσι τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ ἐπιστρέψουσι.

VERS. 8, 9. *Significabo eos, et suscipiam eos, quia redimam eos, et multiplicabuntur, sicut erunt multi. Et seminabo eos in populis, et qui de longe, recordabuntur mei, et enutrient filios suos, et convertentur.*

ΟΒ'. Διαμέμνηται πάλιν τῆς Ἰουδαίων ἀγάπης, καὶ δὴ καὶ ὑπισχνεῖται συλλέγειν αὐτοὺς κατεσκεδασμένους, καὶ ἐξ ἁπάσης γῆς συναγείρειν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ὡς ἀπονοσφίζεσθαι παντελῶς οὐδένα. Καὶ τίνα τρόπον ἡ ἄθροισις ἔσται, κατασημαίνει πάλιν. Τοὺς μὲν γὰρ μελιττοκόμους φασὶ σημεῖά τινα ποιεῖν, ἢ συρίζοντας, ἤγουν ἕτερ' ἄττα δρᾷν εἰωθότας, οὕτω τε συλλέγειν τὰ τῶν μελιττῶν ἔθνη, τῶν σίμβλων ἀποφοιτήσαντα. Εἴρηται δέ τι τοιοῦτον καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου. « Καὶ ἔσται γὰρ, φησὶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, συριεῖ Κύριος μυίαις, αἳ κυριεύουσι μέρος ποταμοῦ Αἰγύπτου, καὶ τῇ μελίσσῃ, ἥ ἐστιν ἐν χώρᾳ Ἀσσυρίων. » Ἕτεροι δέ φασι, καὶ τοῖς τοῦ πολέμου καιροῖς, εἰ δὴ συμβαίνει διασκίδνασθαί πως τοὺς μαχητὰς, ἢ διώκοντας ἢ διωκομένους, αἴρεσθαί τι σημεῖον ὑψοῦ παρὰ τῶν στρατηγῶν, εἰς ὃ καὶ ἀφορῶντες, συναθροίζονταί τε καὶ εἰς τὸν αὐτὸν ἀνόπιν ἵενται χῶρον. Ὑποφαίνει δέ τι τοιοῦτον καὶ τὸ παρὰ τῷ προφήτῃ κείμενον Ἡσαΐᾳ· « Καὶ ἔσται ὡς ἱστὸς ἐπ' ὄρους, καὶ ὡς σημεῖον φέρων ἐπὶ βουνοῦ. » Οὐκοῦν

LXXII. Meminit rursum charitatis in Judæos, et insuper collecturum eos dispersos, et ex omnibus terris congregaturum in Judæam promittit, ut nemo plane desideretur. Modum autem hujus futuræ congregationis deinceps ostendit. Aiunt enim mellarios signa quædam edere, aut sibilare, aut alia nescio quæ solere, et ita examina ad alvearia deserta revocare. Tale quidpiam et per Isaiam dictum est. Ait enim : « Et erit in die illa, sibilabit Dominus muscis, quæ dominantur parti fluminis Ægypti, et api quæ est in regione Assyriorum [44]. » Alii aiunt et belli tempore, si milites dissipari contingat, dum aut fugientes insequuntur, aut ipsi insequentes fugiunt, tolli ex edito loco signum a ducibus, quod intuentes congregantur, et eodem se recipiunt. Demonstrat simile quiddam et quod apud prophetam Isaiam exstat. « Et erit sicut malus navis super montem, et quasi signum ferens super collem [45]. » Ex eo igitur quod fieri assolet, similitudinem trahit. Ait enim : « Significabo eis, et susci-

[43] I Cor. IV, 15. [44] Isa. VII, 18. [45] Isa. XXX, 17.

piam eos. » Excitatum est enim nobis signum magnum et insigne, crux Salvatoris, per quod etiam accepti evasimus Deo et Patri. Præterea redempti sumus, et in multitudinem immensam excrevimus, qui credidimus. Quia vero adjecit, « Et seminabo eos in populis, et longe distantes ab illis venient, et recordabuntur mei, » rursum illud dicimus, nec id a scopo aberrantes, multum enim probabilitatis habet. **752** Quasi disseminati sunt in multis gentibus et in omni regione atque urbe divini discipuli et Evangelii præcones, effeceruntque ut remotissimi a Deo, propter interpositum peccatum et errorem, recordarentur ipsius, et universorum Salvatorem ac procreatorem, quamvis aliquando creaturam pro numine coluissent, et ideo amicitia Dei excidissent, animo complecterentur. Itaque divinus Paulus per ipsum vocatos in agnitionem Christi alloquens, « Nunc autem vos, inquit, qui aliquando procul, facti estis prope [46]. » Venient igitur memores Dei. Non dissimile quiddam nobis beatus propheta Jeremias insinuat, velut Israelem alloquens : « Qui procul estis recordamini Domini, et Jerusalem ascendat in cor vestrum [47]. » Quod si omnino ejus, qui est natura Deus, memores fuerint, tunc, tunc ad spirituale robur tantos progressus habebunt, ut et filios generent, et sermonibus pietatis suos liberos enutriant, et in hoc ipso glorientur. Scribit et beatus Paulus per ipsum educatis, et in virum perfectum atque in ætatem plenitudinis Christi adductis [48], jam quidem, [Gaudium et corona mea [49]] jam, « Per vestram gloriationem quam habeo in Christo Jesu [50] : » — « Corona enim senum filii filiorum, ut scriptum est [51] : gloria autem filiorum patres ipsorum. »

A ἐκ τοῦ γίνεσθαι πεφυκότος δέχεται τὴν ὁμοίωσιν. « Σημανῶ γάρ, φησὶν, αὐτοῖς, καὶ εἰσδέξομαι αὐτούς. » Ἐγήγερται γὰρ σημεῖον ἡμῖν μέγα καὶ ἐπιφανὲς ὁ τοῦ Σωτῆρος σταυρὸς, δι' οὗ καὶ γεγόναμεν δεκτοὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καὶ μὴν καὶ ἐκλελυτρώμεθα, καὶ εἰς πλῆθυν ἀμέτρητον ἐξεδράμομεν οἱ πεπιστευκότες. Ἐπειδὴ δὲ προσέθηκεν, ὅτι « Καὶ σπερῶ αὐτοὺς ἐν λαοῖς, καὶ οἱ μακρὰν ἀπ' αὐτῶν ἥξουσι, καὶ μνησθήσονταί μου, » πάλιν ἐκεῖνό φαμεν, καὶ οὐκ ἀπὸ σκοποῦ· πολὺ γὰρ ἔχει τὸ εἰκὸς ὁ λόγος. Κατεσπάρησαν γὰρ ὥσπερ ἐν πολλοῖς ἔθνεσι καὶ ἐν ἁπάσῃ δὲ χώρᾳ καὶ πόλει οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων κήρυκες, καὶ τοὺς ἀποτάτω γεγονότας Θεοῦ διὰ τὴν μεσολαβήσασαν ἁμαρτίαν τε καὶ πλάνην μνησθῆναί τε αὐτοῦ, καὶ εἰς νοῦν
B ἑλεῖν παρεσκεύασαν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ γενεσιουργὸν, καίτοι πάλαι τῇ κτίσει τὸ σέβας ἀνάπτοντας, ταύτητοι καὶ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος ἐκπεφοιτηκότας. Καὶ γοῦν ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ κεκλημένοις εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ προσεφώνει, λέγων· « Νυνὶ δὲ ὑμεῖς, οἵ ποτε ὄντες μακρὰν, ἐγενήθητε ἐγγύς. » Ἥξουσι δὴ οὖν μνησθέντες τοῦ Θεοῦ. Καίτοι τοιοῦτον ἡμῖν ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας ὑπαινίττεται, λέγων ὡς πρός γε τὸν Ἰσραήλ· « Οἱ μακρόθεν, μνήσθητε τοῦ Κυρίου, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἀναβήτω ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν. » Εἰ δὲ δὴ μνησεῖεν (1) ὅλως τοῦ κατὰ φύσιν Θεοῦ, τότε δὴ, τότε καὶ πνευματικῆς εὐρωστίας βαδιοῦνται πρὸς τοῦτο, ὥστε καὶ τέκνων αὐτοὺς γενέσθαι πατέρας,
C καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν λόγοις ἐκθρέψαι τὰ ἴδια τέκνα, καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ σεμνύνεσθαι. Γράφει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος τοῖς δι' αὐτοῦ τεθραμμένοις, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον ἀναβεβηκόσι, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἥκουσι τῆς ἐν Χριστῷ, ποτὲ μὲν, « Χαρὰ καὶ στέφανός μου· » ποτὲ δὲ πάλιν, « Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν ἣν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· » — « Στέφανος γὰρ γερόντων τέκνα τέκνων, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καύχημα δὲ τέκνων, πατέρες αὐτῶν. »

VERS. 10. *Et convertam eos de terra Ægypti, et de Assyriis suscipiam illos, et in Galaaditin, et in Libanum introducam eos, et non relinquetur ex eis ullus.*

LXXIII. Quando Nabuchodonosor Judæam armis subjugavit, sacratissimumque templum, et ipsa urbs Hierosolyma conflagravit, tunc et universus Israel est afflictatus [52]. Alii siquidem in Assyrios et Medos captivi sunt abducti : alii, qui eorum crudelitatem evadere et effugere potuerunt, timentes, et paribus implicari ærumnis horrentes, ultro se ad Ægyptios contulerunt, servitutisque apud eos jugum necessitate compulsi subierunt. Itaque postquam eos congregaturum undique pollicitus est, meminit et locorum in quos abducti sunt : alii captivi facti, ut dixi ; alii intolerandis terroribus ad ea quæ nolebant exsequenda adacti.

Καὶ ἀποστρέψω αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, καὶ ἐξ Ἀσσυρίων εἰσδέξομαι αὐτοὺς, καὶ εἰς τὴν Γαλααδῖτιν, καὶ εἰς τὸν Λίβανον εἰσάξω αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ ἐξ αὐτῶν οὐδείς.

ΟΓ'. Ὅτε τὴν Ἰουδαίαν εἷλε μὲν κατὰ κράτος ὁ Ναβουχοδονόσωρ, ἐμπέπρητο δὲ καὶ ὁ θεῖος νεὼς
D αὐτά τε τὰ Ἱεροσόλυμα, τότε καὶ ἅπας τεταλαιπώρηκεν ὁ Ἰσραήλ. Οἱ μὲν γὰρ εἰς Ἀσσυρίους καὶ Μήδους αἰχμάλωτοι γεγονότες ἀπεκομίζοντο· οἱ δὲ τῆς ἐκείνων ὠμότητος ἔξω γεγονότες, καὶ διαφυγεῖν ἰσχύσαντες, δεδιότες καὶ παραιτούμενοι τὸ ἐναλῶναι τοῖς ἴσοις, αὐτόμολοί τε πρὸς Αἰγυπτίους ᾖεσαν, καὶ τῆς ὑπ' ἐκείνοις θητείας τὸν ἀβούλητον μὲν, πλὴν ἐξ ἀνάγκης ἐπερριμμένον ὑποδεδραμήκασι ζυγόν. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ συναγείρειν αὐτοὺς πανταχόθεν ἐπηγγέλλετο, διαμέμνηται καὶ τόπων εἰς οὓς καὶ ἀπεκομίσθησαν· οἱ μὲν, αἰχμάλωτοι γεγονότες, ὡς ἔφην, οἱ δὲ ἀφορήτοις δείμασι πρὸς τὰ παρὰ γνώμην αὐτοῖς συνωθούμενοι.

[46] Ephes. II, 13. [47] Jerem. LI, 50. [48] Ephes. IV, 13. [49] Philipp. IV, 1. [50] Rom. XV, 17. [51] Prov. XVII, 6. [52] IV Reg. XXV, 8 seqq.

(1) Lego διαμνησθεῖεν

Ἐπειδὴ δὲ τῆς πνευματικῆς ἑρμηνείας μεταποιεῖσθαι πρέπει τοῖς ὅτι μάλιστα φιλοθεωτάτοις καὶ πνευματικοῖς, φαμὲν, ὅτι τῆς τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν χώρας, ἤτοι χειρὸς ἐξέλκειν αὐτοὺς ἐπαγγέλλεται, καὶ παντὸς μὲν δείματος ἐλευθεροῦν· αἰχμαλώτους δὲ ὄντας, καὶ οἷον ὑφ' ἑτέρους κειμένους, μονονουχὶ καὶ ἀναμορφοῦν εἰς ἐλευθερίαν. Ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, σκοτισμοῦ καὶ συγχύσεως ἀπαλλαγήσεσθαί φησιν· Αἴγυπτος μὲν γὰρ *σκοτισμός*, Βαβυλὼν δὲ *σύγχυσις* ἑρμηνεύεται. Ἀδιαφορεῖ δὲ πλειστάκις ὁ λόγος, Ἀσσυρίους τε καὶ Βαβυλωνίους εἰς ἔθνος καταλογιζόμενος ἕν, διά τοι τὸ ὑφ' ἑνὶ κεῖσθαι σκήπτρῳ, καὶ μίαν ἐπ' αὐτοὺς τετάχθαι τὴν βασιλείαν. Λελυτρωμένους δὴ οὖν ἐκ τῆς τῶν πλεονεκτούντων χειρὸς, εἰσκομιεῖν ἐπαγγέλλεται εἴς τε τὴν Γαλααδῖτιν (μοῖρα δὲ αὕτη τῆς Ἰουδαίων γῆς ἡ παμφορωτάτη καὶ εὔκαρπος) καὶ μὴν καὶ εἰς τὸν Λίβανον, καὶ τοῦτο ὄρος εὔξυλόν τε καὶ μέγα τῆς Ἰουδαίων τε καὶ Φοινίκων γῆς ἐν μεθορίοις κείμενον. Σημαίνεται δὲ δι' ἀμφοῖν ἐκεῖνο, οἶμαί που. Ἀπαλλάξας γὰρ ἡμᾶς ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡς ἐξ Αἰγύπτου καὶ Ἀσσυρίων, τουτέστι, τῆς τῶν αἰχμαλωτισάντων πλεονεξίας, πονηροὶ δὲ οὗτοι καὶ ἀκάθαρτοι δαίμονες, εἰσκεκόμικεν οἷάπερ εἰς γῆν εὔξυλόν τε καὶ λιπαρωτάτην τὴν Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ πολὺς μὲν λίαν ὁ τῶν εὐδοκιμούντων καρπὸς, οὐκ εὐαρίθμητοι δὲ τῶν ἁγίων κεφαλαὶ, ὕψου τε ἠρμέναι δι' ἀρετὴν, καὶ οἷον ἐν τάξει κέδρου ἀνατεθηλυῖαι (1), καὶ περὶ αὐτῶν λέγοιτο, καὶ σφόδρα εἰκότως, τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ, πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· « Αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου, ἃς ἐφύτευσας. » Θεοῦ γὰρ γεώργιον τοὺς ἐν πίστει δεδικαιωμένους ὠνόμαζε σαφῶς καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος.

A 753 Quia vero spiritualem interpretationem Dei amantissimos et spirituales capessere æquum est, dicimus eum promittere se de regione, sive manu hostium inaspectabilium eos erepturum, et omni formidine soluturum: captivos autem et velut aliis subjacentes quasi in libertatem transformaturum. Aut etiam secundum aliam intelligentiam, tenebris et confusione liberatum iri dicit: Ægyptum enim *tenebras*, Babylonem *confusionem* reddunt. Sæpissime autem sine discrimine Assyrii et Babylonii pro una gente usurpantur, quod uni sceptro subditi et sub uno regno essent. Liberatos igitur de manu dominantium, et in Galaaditin (pars fuit Judææ, fructuum omnis generis feracissima) et insuper in Libanum introducturum spondet; et hic mons est B ingens et speciosis refertus arboribus, in confiniibus Judæorum ac Phœnicum situs. Per utrumque porro illud, opinor, significatur. Cum nos Dominus noster Jesus Christus tanquam ex Ægypto et Assyriis liberasset, hoc est, ex potestate eorum quorum captivi eramus, puta malignorum et immundorum dæmonum, ceu in terram nemorosam et opimissimam, in Ecclesiam introduxit, in qua uberrimi spectatorum hominum fructus et innumerabilia capita sanctorum, per virtutem in fastigio locatorum, et instar cedrorum in altum efflorescentium, de quibus verissime illud Davidis ad Deum universorum protuleris: « Cedri Libani quas plantasti [83]. » Dei enim agriculturam in fide justificatos expresse etiam divinus Paulus nominavit [84].

C ***Καὶ διελεύσονται ἐν θαλάσσῃ στενῇ, καὶ πατάξουσιν ἐν θαλάσσῃ κύματα, καὶ ξηρανθήσεται πάντα τὰ βάθη τῶν ποταμῶν, καὶ ἀφαιρεθήσεται πᾶσα ὕβρις Ἀσσυρίων, καὶ σκῆπτρον Αἰγύπτου περιαιρεθήσεται, καὶ κατισχύσω αὐτοὺς ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ κατακαυχήσονται, λέγει Κύριος.***

VERS. 11, 12. *Et pertransibunt in mar angusto, et percutient in mari fluctus, et siccabuntur omnia profunda fluviorum, et auferetur omnis superbia Assyriorum, et sceptrum Ægypti tolletur, et confortabo eos in Domino Deo ipsorum, et in nomine ejus gloriabuntur, dicit Dominus.*

ΟΔ'. Ὡς ἐξ ὁμοιότητος τῶν τοῖς ἀρχαιοτέροις δεδωρημένων τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύουσι τῆς ἐπικουρίας ἡ ὑπόσχεσις. Ὥσπερ γὰρ τὴν Ἐρυθρὰν διεβιβάσθη θάλασσαν ὁ Ἰσραὴλ, τῶν ἐν αὐτῇ κατευμεγεθήσας κυμάτων, ἐπάγη γὰρ ὡσεὶ τεῖχος τὰ ὕδατα, Θεοῦ τὸ χρῆμα παραδόξως περαίνοντος, καὶ ὥσπερ ποδὶ διεβίβασαν τὸν Ἰορδάνην· οὕτω, φησὶν, οἱ διὰ Μωσέως κεκλημένοι πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων ἀποστόλων μυσταγωγίαις ἀνασεσωσμένοι, διαπεραιώσονται μὲν οἷά τινα θάλασσαν ἀγρίως κατακυμαίνουσαν τοῦ παρόντος βίου τὸν κλύδωνα, καὶ τύρβης ἔξω γεγονότες κοσμικῆς, σχολαῖοι λατρεύουσι τῷ κατὰ φύσιν ὄντι Θεῷ. Διαβήσονται δὲ καὶ πειρασμοὺς, οἷά τινας ποταμοὺς ἐπικλύζοντας, ὡς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ χαίροντας λέγειν· « Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, εἰπάτω δὴ Ἰσραὴλ, εἰ μὴ ὅτι

LXXIV. Juxta ea quæ donata sunt veteribus, similitudine quadam auxilium in Christum credentibus promittitur. Quemadmodum enim traductus est per mare Rubrum Israel, et fluctibus ejus imperavit, instarque muri aquæ riguerunt, Deo id mirabiliter agente [85]; et sicut 754 sicco pede Jordanem transierunt [86]: ita, inquit, per Mosen vocati ad agnitionem Christi, et sanctorum apostolorum D sacris institutionibus salutem consecuti, quasi mare quoddam turbinibus et procellis agitatum, præsentis vitæ fluctus transmittent, et tumultu mundano expediti, vacui servient ei qui est natura Deus. Transibunt item tentationes veluti quosdam fluvios inundantes, ut hoc ipso gaudentes dicant: « Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel; nisi quia Dominus erat in nobis, dum in-

[83] Psal. CIII, 16. [84] I Cor. III, 9. [85] Exod. XIV, 15 seqq. [86] Josue III, 1 seqq.

(1) Erat ἀνατεθηλκας, quod non respondebat participio præcedenti.

surgerent homines contra nos, forsitan vivos deglutissent nos. Dum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem [87]. » Quemadmodum porro, inquit, captivus factus Israel, atque ad Assyrios et Medos abductus, illorum insolentiam sive dominatum effugit, qui eum premere semper armisque lacessere consueverant : eodem modo liberati per Christum prævalebunt inimicis sub aspectum venientibus et non venientibus, et qui ad servitutem nolentes adigebant, et ut captivos vinculis e stulta eorum voluntate sumptis coercebant. Sed et his prævalebunt, eorumque superbiam et dominationem effugient, Deo confortante, in quo et gloriabuntur. Placemus enim nobis in Christo, et ipsum robur nostrum ducimus, et ipso nitimur, et totam vitæ nostræ spem in eo defigimus. Non enim legatus, non angelus, sed ipse Dominus salvavit nos [88]; et ut dicit beatus Psalmicen, « Deus noster refugium et virtus, auxiliator in tribulationibus quæ invenerunt nos nimis [89]. »

CAP. XI.

VERS. 1, 2. *Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas. Ululet pinus, quia cecidit cedrus, quia vehementer miseri facti sunt optimates. Ululate, quercus Basanitidis, quia succisus est saltus consitus.*

LXXV. Dictorum significationem nunc ad alios quosdam sensus accommodat. Nam cum quod satis est, et aptissime narrasset de vocatione gentium in Christo per fidem, futuram super eo incredulitatem Israelitarum, **755** tempore quo homo inter nos fuit videlicet, luculenter prænuntiat, et hac de causa incendendum templum ipsum, atque etiam Hierosolymam, et insuper subigendas ipsas urbes Israel, et cum ipsis incolis perituras. Hæc autem per manus Romanorum patrata sunt, aliquando in Judæam Vespasiano et Tito arma moventibus. Et est, ut apparet, supervacaneum minutatim singula percensere, quæ Judæorum urbibus, sive populis, propter debacchationem in Christum evenerunt, cum volentibus Josephi historiam legere liceat, et inde quæ libuerit singula accurate cognoscere. Transit igitur ad eos qui erant de sanguine Israel. Et Libano quidem comparat Judæam : quamobrem? Est enim Libanus mons decoris arboribus et silvis densissimis conspicuus. Judæorum autem regio populosissima, et innumerabilibus incolis frequentissima, et quasi cedros aut pinus procerissimas, et aliis magis visendas, sacerdotes, inquam, et suis temporibus ex tribu Juda regnantes, et qui principatus ornamentis eminentes, tota provincia noti

A Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν, ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς. Ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς, ἄρα τὸ ὕδωρ ἂν κατεπόντισεν ἡμᾶς. Χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, ἄρα διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. » Ὥσπερ δὲ, φησὶν, αἰχμάλωτος γεγονὼς ὁ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς Ἀσσυρίους τε καὶ Μήδους ἀπενηνεγμένος, διέδρα τὰς ἐκείνων ὕβρεις ἤτοι πλεονεξίας, ἀεὶ προσκειμένων καὶ πολεμεῖν εἰωθότων αὐτοῖς· κατὰ τὸν ἴσον τρόπον, φησὶν, οἱ λελυτρωμένοι διὰ Χριστοῦ, κρείττους ἔσονται τῶν ἐχθρῶν, ὁρατῶν δηλονότι καὶ ἀοράτων, οἳ μονονουχὶ καὶ κατεβιάζοντο πρὸς ἀβούλητον δουλείαν αὐτοὺς, καὶ οἷον αἰχμαλώτους γεγονότας τῆς ἐξ ἰδίας σκαιότητος συνεῖχον δεσμοῖς. Ἀλλὰ καὶ τούτων ἔσονται κρείττους, ὕβρεις
B τε τὰς παρ' ἐκείνων διαφεύξονται καὶ πλεονεξίας, Θεοῦ κατισχύοντος, ἐφ' ᾧ καὶ καυχήσονται. Μέγα γὰρ φρονοῦμεν ἐπὶ Χριστῷ, καὶ αὐτὸν ἰσχὺν πεποιήμεθα, καὶ ἐπ' αὐτῷ τεθαῤῥήκαμεν, καὶ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ὅλας ἔχομεν τὰς ἐλπίδας. Οὐ γὰρ πρέσβυς, οὐκ ἄγγελος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς· καὶ ᾗ φησιν ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς, « Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ, καὶ δύναμις, βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς σφόδρα.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος, ὅτι μεγάλως μεγι-
C *στᾶνες ἐταλαιπώρησαν. Ὀλολύξατε, δρύες τῆς Βασανίτιδος, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος.*

ΟΕ'. Μεθίστησι νῦν ἐφ' ἑτέρων τινὰ νοημάτων ὁδὸν τῶν λεγομένων τὴν δήλωσιν. Ἀποχρῶσαν δὲ τὴν ἀφήγησιν εὖ μάλα πεποιημένος τὴν περί γε τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως τῆς ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως, τὴν ἐσομένην ἐπ' αὐτῷ δυσπείθειαν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως δηλονότι καιρὸν, προαφηγεῖται σαφῶς, καὶ ὅτι ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας κατεμπρησθῆναι δεῖ τὸν ναὸν αὐτὸν, καὶ μέντοι τὰ Ἱεροσόλυμα, προσαλῶναι δὲ καὶ αὐτὰς τοῦ Ἰσραὴλ τὰς πόλεις, καὶ συνδιολεῖσθαι τοῖς ἐνοικοῦσιν αὐτάς. Πέπρακται δὲ ταῦτα διὰ χειρὸς τῶν Ῥωμαίων, στρατηγούντων κατὰ καιρὸν Οὐεσπασιανοῦ τε καὶ Τίτου.
D Καὶ περιττὸν, ὡς ἔοικεν, ἀφηγεῖσθαι λεπτῶς ἕκαστα τῶν συμβεβηκότων ταῖς τῶν Ἰουδαίων πόλεσιν, ἤτοι δήμοις, τῆς εἰς Χριστὸν ἕνεκα παροινίας· ἐξὸν τοῖς ἐθέλουσι τοῖς Ἰωσήπου συγγράμμασιν ἐντυχεῖν, ἀναμαθεῖν τε σαφῶς, ἅπερ ἂν ἕλοιντο λεπτῶς. Μετακομίζει δὴ οὖν τὸν λόγον ἐπὶ τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραήλ. Καὶ Λιβάνῳ μὲν παρεικάζει τὴν Ἰουδαίαν, διὰ ποίαν αἰτίαν; Εὔξυλον μὲν γὰρ ὄρος ὁ Λίβανος, καὶ δρυμοῖς ἀμφιλαφέσι κατάκομον. Πολυανθρωποτάτη δὲ καὶ ἡ τῶν Ἰουδαίων χώρα, καὶ ἀριθμοῦ κρείττονα τὴν τῶν ἐνοικούντων ἔχουσα πληθὺν, καὶ οἷον κέδρους ἢ πίτυς εὐμηκεστάτας, τοὺς τῶν ἄλλων περιφανεστέρους, ἱερέας τέ φημι καὶ τοὺς ἐκ φυλῆς

[87] Psal. CXXIII, 1-5. [88] Hebr. II, 16. [89] Psal. XLV, 1.

Ἰούδα κατὰ καιροὺς βασιλεύοντας, οἳ καὶ τῆς ἡγε- A μονίας αὐχήμασιν ὑπερανεστηκότες, γνώριμοί τε ἦσαν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν, ὑψοῦ τε ᾐρμένην ἔσχον τὴν δόξαν. Ἐπειδὴ δὲ δεδυσσεβήκασιν εἰς Χριστόν· « Ἦραν γὰρ τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, καὶ οὔτε αὐτοὶ εἰσῆλθον, οὔτε τοὺς εἰσερχομένους ἀφῆκαν εἰσελθεῖν, » καὶ τελευταῖον ἐσταύρωσαν, καίτοι καὶ ἐπεγνωκότες ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ κληρονόμος· ταύτητοι δικαίως ἄρδην ἀπολώλασιν οἴκοις τε ὁμοῦ καὶ πόλεσι, καὶ φιλτάτοις. Οὐκοῦν αἰνιγματωδῶς Λίβανον μὲν, ὡς ἔφην, τὴν Ἰουδαίαν ἀποκαλεῖ, δένδροις δὲ τοῖς εὐμηκεστάτοις παρεικάζει τοὺς ἐν αὐτῇ προὔχοντας, ὡς τῶν ἄλλων ὑπερῃρμένους καὶ πολὺ λίαν ὑπερφέροντας, ὅτι δὲ ἔμελλεν ἁλῶναί τε ῥᾳδίως, καὶ ὡς ἀπώλετο πόλις εἰσχεόμενον μὲν παραδέξασθαι τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατὸν, δαπανηθῆναί τε οὕτως, ὡσ- B ανεὶ καὶ δρυμὸς ἐπενεχθείσης φλογὸς, κατασημαίνει, λέγων· « Διάνοιξον, ὁ Λίβανος, τὰς θύρας σου, καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου. Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος. » Καὶ γέγονε μὲν ἐκ μεταφορᾶς ὁ λόγος. Ὀνομάσας γὰρ Λίβανον, ἤγουν ὄρει τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν ἀπεικάσας, ἀναγκαίως πίτυΐ τε καὶ δρυσὶ παρεικάζει τοὺς ἐν αὐτῇ. Ὅτι δὲ περὶ ἀνθρώπων ὁ λόγος, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν. Ἔφη γὰρ εὐθὺς, ὅτι μεγάλως μεγιστᾶνες ἐταλαιπώρησαν. Καὶ τίς ἂν νοοῖτο τῆς ταλαιπωρίας ὁ τρόπος, παρέδειξεν εἰπὼν, πῇ μὲν, ὅτι « Ὀλολυξάτω πίτυς, διότι πέπτωκε κέδρος. » Καταδηούσης γὰρ τῆς Ῥωμαίων χειρὸς τὰς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πόλεις, συνέβαινε καθ' ἡμέραν τοὺς ἐν αὐταῖς ἁλίσκεσθαι λαμπρούς. Οἱ δὲ μήπω τοῦτο πεπονθότες, κατωλοφύροντο τοὺς ἑαλωκότας, καὶ τὸν C ἐπί γέ σφισιν αὐτοῖς εἰσεδέχοντο θρῆνον, ἄθυμοι δὲ ἦσαν καὶ περιδεεῖς, ὡς αὐτίκα δὴ μάλα τοῦτο αὐτὸ πεισόμενοι καὶ αὐτοί. Τοῦτο οἶμαι δηλοῦν τὸ, « Ὀλολυξάτω πίτυς, ὅτι πέπτωκε κέδρος. » Δρύας γε μὴν Βασανίτιδος τάχα που τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀποκαλεῖ. Βασανῖτις μὲν γὰρ χωρίον ἐστὶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, εὔγειόν τε καὶ παμφορώτατον, καὶ ὑψηλὰ λίαν ἐκτρέφον τὰ δένδρα. Ἐπειδὴ δὲ τῶν ἄλλων ἦσαν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀμείνους, ἱερέας δέ φημι καὶ τοὺς τῶν λαῶν ἡγουμένους, Βασανίτιδος αὐτοὺς ἀπεκάλεσε δρύας, οἳ δὴ καὶ τεθρηνήκασιν εἰκότως, διά τοι τὸ κατασπασθῆναι τὸν δρυμὸν τὸν σύμφυτον. Ἐμάνθανον γὰρ ὅτι τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν οἷά τις δρυμὸς ἡ πληθὺς δεδαπάνηται, οἷον πελέκεσιν ἐκκοπτομένη

erant, sublimique gloria florebant, continens. Postquam autem Christum impie habuerunt: « Tulerunt enim clavem scientiæ, et neque ipsi introierunt, neque ingredi volentes permiserunt [60], » et tandem crucifixerunt, quamvis scirent ipsum hæredem esse [61]; idcirco jure funditus cum domibus, et urbibus, et uxoribus atque liberis interierunt. Quare sub ænigmate Libani nomine Judæam, ut dixi, nuncupat: cum arboribus autem celsissimis primores et proceres ejus confert, ut cæteris sublimiores et perquam eminentes. Perituram autem urbem facile, ut etiam periit, infundentem se suscipiendo Romanorum exercitum, atque ita instar silvæ injecta flamma consumendam significat cum dicit: « Aperi, Libane, portas tuas, et comedat ignis cedros tuas. Ululet pinus, quia cecidit cedrus. » Metaphoricus est sermo. Nam cum Libanum appellasset, sive monti Judæorum regionem comparasset, necessario pinui et quercubus ejus incolas similes facit. De hominibus autem verba fieri, nihil negotii est videre. Mox enim ait, magnates majorem in modum factos esse miseros. Hoc genus miseriæ ostendit aliquo modo, subjiciens: « Ululet pinus, quia cecidit cedrus. » Exercitu enim Romano **756** urbes Judææ devastante, quotidie earum principes cives capiebantur. Quibus autem ea calamitas nondum evenerat, captos et semetipsos lamentis et lacrymis prosequebantur, erantque in mœrore et metu magno, ut brevissimo post tempore idem et ipsi perpessuri. Hoc sibi velle opinor, « Ululet pinus, quia cecidit cedrus. » Quercus autem Basanitidis Hierosolymitanos forsitan vocat. Basanitis enim est regiuncula in Judæa, ubere gleba, et fertilissima, et admodum altas educens arbores. Et quoniam Hierosolymis reliquis erant nobiliores, sacerdotes, inquam, et populi rectores, Basanitidis quercus eos nominavit, qui sane propter consitum saltum succisum non immerito ejularunt. Cognoscebant siquidem multitudinem per totam regionem haud secus quam saltum absumptam esse, hostium immani irruptione veluti securibus excisam. Consitum autem saltum, quem et succisum dicit, nihilominus et ipsum vulgus Hierosolymitanum intellige, quod fame et bello periit, ululantibus super ipso quercubus Basanitidis, hoc est, primoribus.

ταῖς τῶν πολεμούντων ἀγρίαις ἐμβολαῖς. Σύμφυτον δὲ δρυμὸν, ὃν δὴ καὶ κατεσπάσθαι φησὶν, οὐδὲν ἧττον νοήσεις καὶ αὐτὴν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις πληθύν· λιμῷ τε γὰρ καὶ πολέμῳ διολώλασιν, ἐπολολυζόντων αὐτοῖς τῶν τῆς Βασανίτιδος δρυῶν, τουτέστι, τῶν ἡγουμένων.

Φωνὴ θρηνούντων ποιμένων, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλοσύνη αὐτῶν. Φωνὴ ὠρυομένων λεόντων, ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα Ἰορδάνου. D

VERS. 3. *Vox ejulantium pastorum, quoniam misera facta est magnificentia eorum. Vox rugientium leonum, quoniam miser factus est fremitus Jordanis.*

ΟϚʹ. Ἐμφανεστέραν τούτοις ὧν ἔφην ἀρτίως ποιεῖται τὴν δήλωσιν. Οὐ γὰρ ἔτι πίτυν ἢ δρῦν ὀνομάζει, ἀπημφιεσμένως δὲ τοὺς τῶν Ἰουδαϊκῶν ταγμάτων σημαίνει καθηγητὰς, οὓς καὶ ὀλοφύρεσθαί φησι, καὶ οἷον φωνὰς ἀνιέναι, κατοιμώζοντας, ὅτι τεταλαιπω-

LXXVI. His verbis luculentius ea quæ dixi explanat. Non enim amplius pinum aut quercum nuncupat, sed nude Judaicorum ordinum principes ac duces significat, quos et ejulare, et tanquam voces emittere, ac lamentari propter afflictam

[60] Luc. xi, 52. [61] Matth. xxi, 33 seqq.

ipsorum magnificentiam testatur. Facti sunt enim miserabiles et abjecti, miserique et despicatissimi, quamvis olim honoribus circumfluerent. Postquam enim apparuerunt pastores per Christum, hoc est divini discipuli, merito falsorum pastorum magnificentia redacta est ad miseriam. Accusabat enim eos gregis Dominus per prophetas sanctos, ita loquens: « O pastores dispergentes et disperdentes oves pascuæ eorum [62]. » Et iterum: « Quia pastores stulte egerunt, et Dominum non quæsierunt, propter hoc non intellexit omnis grex, et dispersus est [63]. » Promittit autem credentibus in ipsum germanos pastores daturum, sic rursum **757** dicens: « Et inducam vos in Sion, et dabo vobis pastores secundum cor meum, et pascent vos pastores cum scientia [64]. » Quinam isti? Divini discipuli, et Ecclesiarum suis quique temporibus præsides atque rectores, « recte tractantes verbum veritatis [65], » et qui sciant subjectum sibi gregem ad quamvis utilitatem spiritualem deducere. Itaque lamentati sunt falsi pastores, quia in miseriam vertit eorum magnificentia, id quod nobis et alio modo significat, adjungens: « Vox rugientium leonum, quia miser factus est fremitus Jordanis. » Vere enim rugitus est leonum vox, quam edunt, propter famem, et quia cibo carent plorantes. Et de leonibus etiam divina Scriptura sic loquitur. Comperti sunt igitur Judaicorum ordinum principes ut leones rugientes, esurientes et plorantes, quod non haberent a populis oblationes, decimas, primitias, dona grati animi. Postquam enim gregem amiserunt, de cætero fenore, quod ex eo capiebant, recreati non sunt.

Quod si quis censeat, etiam instar leonum rugiisse contra Christum Scribas et Pharisæos (clamabant enim in ipsum, et voces ex odio et invidia, et mera insania jaciebant, Samaritanum [66], et ebriosum, et ex fornicatione natum [67] affirmantes, et « Tolle, tolle, crucifige [68], » dicentes), verisimiliter sentiet etiam hic. Verumtamen quamvis super eo rugitus dederint, facti sunt miseri non mediocriter, « Quia miser factus est fremitus Jordanis. » Quod quid sibi velit, dicam quoque. Præterfluit Jordanis Hierichuntem, circum quem magna vis leonum horrendum in modum rugientium, et accolas incredibili terrore concutientium. Tales erant moribus Scribæ et Pharisæi, contra plebeios et gregarios rugientes, et tenuiores potentiæ suæ terriculis consternantes. « Verum miser factus est leonum terror. » Hoc est quod ait, « fremitus Jordanis. » Ac fremitus quidem est ex equorum et mulorum naribus cum feroci spiritu emissus sonitus; sed etiam in iis dicitur qui de se præclare sentiunt. Hinc divinus David de iis qui

A ρηχεν ἡ μεγαλοσύνη αὐτῶν. Γεγόνασι γὰρ οἰκτροὶ, καὶ κατεῤῥιμμένοι, ἐλεεινοί τε καὶ ἀτιμώτατοι, καίτοι πάλαι περιφανεστέραν ἔχοντες δόξαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀνεδείχθησαν οἱ διὰ Χριστοῦ ποιμένες, τουτέστιν, οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, τεταλαιπώρηκεν εἰκότως ἡ τῶν ψευδοποιμένων μεγαλοσύνη. Ἠτιᾶτο μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ τῆς ἀγέλης Δεσπότης, διὰ προφητῶν ἁγίων οὕτω λέγων· « Ὦ οἱ ποιμένες οἱ διασκορπίζοντες καὶ ἀπολλύντες τὰ πρόβατα τῆς νομῆς αὐτῶν. » Καὶ πάλιν· « Ὅτι οἱ ποιμένες ἠφρονεύσαντο, καὶ τὸν Κύριον οὐκ ἐζήτησαν· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνόησε πᾶσα ἡ νομὴ, καὶ διεσκορπίσθη. » Ἐπηγγέλλετο δὲ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι τοὺς γνησίους ἀναδείξειν ποιμένας, οὕτω πάλιν εἰπών· « Καὶ εἰσάξω ὑμᾶς εἰς Σιὼν, καὶ δώσω ὑμῖν ποιμένας κατὰ τὴν καρδίαν B μου, καὶ ποιμανοῦσιν ὑμᾶς ποιμαίνοντες μετ' ἐπιστήμης. » Τίνες δὲ οὗτοι; Οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν κατὰ καιροὺς ἡγούμενοι, « τὸν τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦντες λόγον, » καὶ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τελούντων εἰς ὄνησιν τὴν πνευματικὴν, ἀποκομίζειν εἰδότες τὰ ὑπὸ χεῖρα θρέμματα. Οὐκοῦν τεθρηνήκασιν οἱ ψευδοποίμενες, ὅτι τεταλαιπώρηκεν ἡ μεγαλοσύνη αὐτῶν· σημαίνει δὲ τοῦτο καὶ καθ' ἕτερον τρόπον ἡμῖν, ἐπιφέρων· « Φωνὴ ὠρυομένων λεόντων, ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. » Ὠρυγμὸς μὲν γάρ ἐστι κυρίως ἡ τῶν λεόντων φωνὴ, ἣν ἂν ποιοῖντο, κλαίοντες ἐπὶ λιμῷ τε καὶ ἀσιτίᾳ. Λέγεται δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ λεόντων ἡ θεία Γραφή. Κατεφωρῶντο τοίνυν οἱ τῶν Ἰουδαϊκῶν C προεστηκότες ταγμάτων ὡς λέοντες ὠρυόμενοι, πεινῶντές τε καὶ κλαίοντες, διά τοι τὸ μὴ ἔχειν τὰς ἐκ τῶν λαῶν καρποφορίας, δεκάτας, ἀπαρχὰς, εὐχαριστήρια. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς ἀγέλης ἐκπεπτώκασιν, οὐκ ἔτι τοῖς ἐξ αὐτῆς κατηυφραίνοντο τόκοις.

Εἰ δὲ δή τις οἴοιτο καὶ ὡς ἐν τάξει λεόντων κατωρύεσθαι τοῦ Χριστοῦ τοὺς Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαίους (κατεκεκράγεισαν γὰρ αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐκ φθόνου καὶ βασκανίας καὶ ἀκράτου μανίας κατηφίεσαν φωνὰς, Σαμαρείτην λέγοντες, μέθυσον ἀποκαλοῦντες καὶ ἐκ πορνείας γεγεννημένον, καὶ, « Αἶρε, αἶρε, σταύρου αὐτὸν, » [βοῶντες]), τὰ εἰκότα φρονήσει καὶ οὗτος. Πλὴν εἰ καὶ ἐπωρύοντο, τεταλαιπωρήκασιν οὐ μετρίως, « Ὅτι τεταλαιπώρηκε τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. » Καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, D ἐρῶ πάλιν. Παραῤῥεῖ μὲν ὁ Ἰορδάνης τὴν Ἱεριχὼ, πλεῖστοι δὲ ὅσοι περὶ αὐτὸν οἱ λέοντες, καταβρυχόμενοί τε δεινῶς, καὶ ἀφόρητον τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐνιέντες τὸ δεῖμα. Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν τοὺς τρόπους οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, τῶν ἀγελαίων καταβρυχόμενοι, καὶ τοῖς ἐκ τῆς ἐξουσίας καταπτοοῦντες δείμασι (1) τοὺς ἀσθενεστέρους. « Ἀλλὰ τεταλαιπώρηκεν ὁ τῶν λεόντων φόβος. » Τοῦτο δὲ εἶναί φησι « τὸ φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου. » Καὶ φρύαγμα μέν ἐστιν ἡ ἵππων τε καὶ ἡμιόνων διὰ μυκτήρων ἠχὴ

[62] Jerem. XXIII, 1. [63] Jerem. X, 21. [64] Jerem. III, 15. [65] II Tim. II, 15. [66] Joan. VIII, 48. [67] Matth. XI, 19. [68] Joan. XIX, 15.

(1) Ed. Aub., δείγμασι, *documentis*. EDIT.

καθισμένη τε καὶ ἀγρίῳ φυσήματι συνεκπίπτουσα· λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μεγαλοφρονεῖν. Ἔφη γοῦν ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ περὶ τῶν εἰς Χριστὸν πεπαρῳνηκότων· «Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά;» Ὅταν οὖν φρύαγμα τοῦ Ἰορδάνου λέγῃ, νοήσεις τὸ φρόνημα, καὶ οὐχὶ πάντως τοῦ ποταμοῦ, ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὸν λεόντων· ἀπὸ γὰρ τόπων ἔσθ' ὅτε τὰ ἐν αὐτοῖς σημαίνεται.

Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ· Ποιμαίνετε τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς, ἃ οἱ κτησάμενοι κατέσφαζον, καὶ οὐ μετεμέλοντο, καὶ οἱ πωλοῦντες αὐτὰ, ἔλεγον· Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν, καὶ οἱ ποιμένες αὐτῶν οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς.

ΟΖ'. Πρὸς αὐτοὺς ὁ λόγος τοὺς θρηνοῦντας ποιμένας, καὶ ἐν τάξει λεόντων ὠρυομένους, οἷς καὶ ἐφίησιν ἔτι τὰ τῆς σφαγῆς κατανέμειν πρόβατα, καίτοι κατημελημένως λίαν, ὡς πιπρασκομένοις τε καὶ σφαζομένοις μηδ' ὅσον εἰπεῖν ἐπαλγῆσαι βραχύ. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν ποιμένων ἀνεπιεικέστεροι, καὶ πρὸς μόνα βλέποντες τά σφισι καθ' ἡδονὴν, μικρὰ φροντίζοντες κομιδῇ τοῦ τῆς ἀγέλης Δεσπότου, τὰ μὲν σφάζουσιν ἀνηλεῶς, τὰς θηρῶν ἐφόδους ἀπομιμούμενοι, ἃ δὲ καὶ πιπράσκουσιν, οὐδὲν, ὡς ἔφην, ἐπαλγοῦντες ὅλως, ἐπιγαννύμενοι δὲ τοῖς τῶν λημμάτων ἐκτοπωτάτοις, καὶ φιλοκερδίας τῆς οὕτως αἰσχρᾶς ἡττώμενοι· κατὰ τὸν ἴσον, οἶμαι, τρόπον καὶ οἱ τῶν Ἰουδαϊκῶν ἡγούμενοι δήμων, τῶν ὑπ' αὐτοῖς ποιμνίων ἠφειδηκότες ἁλοῖεν ἂν, καὶ ἁδρύνοντες μὲν τὸν ἑαυτῶν πλοῦτον, κατευρύνοντες δὲ ὥσπερ ἀπλήστῳ χειρὶ τα βαλάντια. Καὶ γοῦν ἔφασκεν ὁ Σωτὴρ, τοιούτους ὄντας ἐλέγχων· «Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον, καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ τὸ κύμινον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸ ἔλεος, καὶ τὴν πίστιν.» Ἰσχνολογοῦντες γὰρ οὕτως, ὡς καὶ μέχρι τῶν εὐτελεστάτων τοῖς μὴ προσάγουσι τὰς δεκάτας κατὰ νόμον ἐπιτιμᾷν, τῶν βαρυτέρων, ἤτοι τῶν ἀναγκαιοτέρων καὶ λυσιτελῶν ὅτι μάλιστα θεσπισμάτων οὐδένα παντελῶς ἐποιοῦντο λόγον. Ὅτι δὲ ἦσαν ποιμένες οὐκ ἀγαθοὶ, μᾶλλον δὲ πρὸς μόνα βλέποντες κέρδη, σαφηνιεῖ λέγων καὶ διὰ φωνῆς Ἰεζεκιήλ· «Ὦ οἱ ποιμένες Ἰσραὴλ, μὴ βόσκουσιν οἱ ποιμένες ἑαυτούς; Οὐ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες; Ἰδοὺ τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε, καὶ τὸ παχὺ σφάζετε, καὶ τὰ πρόβατά μου οὐ βόσκετε.» — «Καταβόσκετε τοίνυν, φησὶ, τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς,» τουτέστιν, ἤ τὰ ὅσον οὐδέπω τεθνηξόμενα τῇ Ῥωμαίων χειρί· ἤγουν ἃ ὑμεῖς αὐτοὶ σφάζετε, καίτοι τάξιν ἐπέχοντες τῶν ποιμένων. Οὐ γάρ που πάρεστιν ὁ καιρὸς, καθ' ὃν ἥξουσιν εἰς σφαγήν. Μετὰ γάρ τοι τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίαν τοῖς τῶν Ῥωμαίων ξίφεσιν ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς δεδαπάνηται, καίτοι λίαν ἐπ' αὐτοῖς ἀνεξικακήσαντος τοῦ Θεοῦ. Ὅτι δὲ τῶν ποιμένων γεγόνασι κλῆρος οἱ ὑπὸ χεῖρα λαοὶ, κατέδειξεν εἰπών· «Ἃ οἱ κτησάμενοι κατέσφαζον, καὶ οὐ κατεμέλοντο.»

in Christum sunt debacchati: «Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania [69]?» Quando igitur dicit fremitum Jordanis, intellige spiritus, non utique fluminis, sed leonum qui juxta inveniuntur: a locis enim nonnunquam quæ in iis sunt significantur.

758 VERS. 4, 5. *Hæc dicit Dominus omnipotens: Pascite oves occisionis, quas qui possederunt, interficiebant, et non agebant pænitentiam, et qui vendebant eas, dicebant: Benedictus Dominus, et divites facti sumus, et pastores earum non patiebantur quidquam super eis.*

LXXVII. Ad eosdem pastores lamentantes et instar leonum rugientes sermo dirigitur, quibus adhuc permittit pascere oves occisionis, tametsi neglігentissime, ut qui venditis et occisis illis nec ad momentum temporis quidem dolerent. Quemadmodum enim pastores iniquiores, et solas voluptates suas spectantes, et gregis Dominum nec hili pendentes, alias oves crudeliter mactant, ferarum impetus imitantes, alias vendunt, nihil penitus, ut dixi, earum vicem dolentes, sed improbissimis quæstibus gaudentes, et cupiditati adeo turpis lucri succumbentes: eodem modo et populi Judaici gubernatores greges suos male curasse videas, et exaggerasse suas divitias, et velut inexplebili manu marsupia ingerendo dilatasse. Quocirca aiebat Salvator, tales reprehendens: «Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentam, et anethum, et cyminum, et graviora legis omittitis, judicium et misericordiam, et fidem [70].» Tam exacti enim, et minutim rationes subducentes, ut etiam rerum vilissimarum decimas secundum legis præscriptum non offerentes increparent, graviorum sive magis necessariorum et utilissimorum mandatorum Dei nullam omnino curam suscipiebant. Fuisse autem pastores non bonos, sed tantum lucra sua sectantes, declarat etiam per Ezechielem, his verbis: «O pastores Israel, num pascunt pastores semetipsos? Nonne pastores pascere solent oves? Ecce lac comeditis, et lanis operimini, et quod crassum est occiditis, et oves meas non pascitis [71].» Inquit ergo: «Pascite oves occisionis,» hoc est, aut mox Romanorum manu morituras, aut quas ipsimet occiditis, quamvis pastorum ordine et loco sitis. Nondum enim adest tempus quo jugulabuntur. Post adventum namque Salvatoris, et diuturnam Dei erga illos tolerantiam, Romanorum gladiis Judæorum multitudo consumpta est. Pastorum autem sortem factam quibus præerant populos ita docet: **759** «Quas qui possederunt, interficiebant, et non agebant pœnitentiam.» Sicut enim Dominicam mente aspectabilem vineam, Israelem, inquam, sive hominem Juda, recens plantatam [72] et dilectam, suam sortem fecerunt: ita et greges quodammodo possederunt,

[69] Psal. II, 1. [70] Matth. XXIII, 23. [71] Ezech. XXXIV, 2, 3. [72] Isa. V, 7.

decerpentes eorum fructus, et rem suam semper amplificantes, volentibusque rapinam permittentes. Ergo qui possederunt occidebant : vendentes autem dicebant : « Benedictus Dominus, et divites facti sumus. » Possunt hi intelligi judices, judiciorum integritatem cauponantes, et quasi valere jubentes legem Mosis, quamvis aperte dicat : « Non accipies personam in judicio, quia judicium Dei est[73]. » Jucundum enim et amicum erat illis vendere in unaquaque causa judicium iis qui emere vellent. Id quod etiam ex vocibus sanctorum planum fiet. Ait enim quidam sanctorum prophetarum de Jerusalem : « Duces ejus cum muneribus judicabant[74]. » Divinus autem Habacuc propemodum vociferatur contra Deum : « Usquequo, Domine, clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, et non salvabis? Quare B ostendisti mihi labores et dolores, videre miseriam et impietatem? Ex adverso mei factum est judicium, et judex accipit. Propterea dissipata est lex, et non deducitur in finem judicium, quia impius opprimit justum. Propter hoc egredietur judicium perversum[75]. » Quamobrem ex injustis quæstibus divitias congregantes, et justitiam pervertentes, et judicia in qualibet causa pretio addicentes, esse possunt judices ipsi, ut modo dixi, qui dicunt : « Benedictus Dominus, et divites facti sumus. » In quo ut amentissimi et audacissimi reprehendi queant. Fingunt enim se benedicere Deo, perinde ac si ipsius concessu liceat ex iniquitatibus colligere, et e sanguinibus ditescere. Atqui ex vero officio judicia exercentes illud præstabat dicere : « Benedictus Dominus, » illustrati divinorumque mandatorum sinceri observatores comperti sumus, justam in quavis causa sententiam pronuntiantes. Est igitur dolus et dedecus speciosus sermo, nisi faciamus quæ placeant Deo.

A Ὥσπερ γὰρ δεσποτικὸν ὄντα τὸν νοητὸν ἀμπελῶνα, φημὶ δὴ τὸν Ἰσραὴλ, ἤτοι τὸν ἄνθρωπον τοῦ Ἰούδα, τὸ νεόφυτον, τὸ ἠγαπημένον, ἴδιον ἐποιήσαντο κλῆρον· οὕτω καὶ τὰ ποίμνια μονονουχὶ κατεκτήσαντο, δρεπόμενοι μὲν τοὺς ἑαυτῶν καρποὺς, καὶ ἀεί πως ἐν πλεονασμοῖς τὸν ἑαυτῶν ποιοῦντες κλῆρον, ἀνιέντες δὲ τοῖς ἐθέλουσιν διαρπαγήν. Οὐκοῦν οἱ μὲν κτησάμενοι κατέσφαζον· οἱ δὲ πωλοῦντες ἔλεγον· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Νοηθεῖεν δ' ἂν καὶ οὗτοι κριταὶ, τὴν ἐν τοῖς κρίμασιν ὀρθότητα καπηλεύοντες, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐῤῥῶσθαι φράσαντες τῷ διὰ Μωσέως νόμῳ, καίτοι λέγοντι σαφῶς· « Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, ὅτι ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ ἐστιν. » Ἦν γὰρ αὐτοῖς ἡδύ τε καὶ φίλον τὸ καταπωλεῖν τοῖς ἐθέλουσι τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κρίσιν. Καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν ἐναργὲς ἔσται διὰ φωνῆς ἁγίων. Ἔφη μὲν γάρ τις τῶν ἁγίων προφητῶν περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ· « Οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον. » Ὁ δέ γε θεσπέσιος Ἀββακοὺμ μονονουχὶ καταχέκραγε Θεοῦ, λέγων· « Ἕως τίνος, Κύριε, κεκράξομαι, καὶ οὐ μὴ εἰσακούσῃ, βοήσομαι πρὸς σὲ ἀδικούμενος, καὶ οὐ σώσεις; Ἵνα τί μοι ἔδειξας κόπους καὶ πόνους, ἐπιβλέπειν ταλαιπωρίαν καὶ ἀσέβειαν; Ἐξεναντίας μου γέγονε κρίσις, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνει. Διὰ τοῦτο διεσκέδασται νόμος, καὶ οὐ διεξάγεται εἰς τέλος κρῖμα, ὅτι ὁ ἀσεβὴς καταδυναστεύει τὸν δίκαιον. Ἕνεκεν τούτου ἐξελεύσεται τὸ κρῖμα διεστραμμένον. » Οὐκοῦν οἱ ἐξ ἀδίκων λημμάτων συναγείροντες πλοῦτον, καὶ παρευθύνοντες μὲν τὸ δίκαιον, καταπωλοῦντες δὲ ὥσπερ C τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κρίσεις, εἶεν ἂν οἱ κριταὶ, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, αὐτοί· καί φασιν· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Ἀνούστατοι δὲ καὶ παραβολώτατοι καὶ τοῦτο λέγοντες ἐξελέγχοιντο ἂν εἰκότως. Ὡς γὰρ Θεοῦ διδόντος ἐξ ἀδικιῶν συλλέγειν, καὶ ἐξ αἱμάτων πλουτεῖν, εὐλογεῖν ὑποπλάττονται. Ἀλλ' ἦν ἄμεινον ἐκεῖνο λέγειν, τὸ κρίνειν ὀρθῶς ἐκτετιμηκότες· « Εὐλογητὸς Κύριος· » λαμπροὶ γὰρ ἀναδεδείγμεθα, καὶ τῶν θείων θεσπισμάτων γνήσιοι φύλακες, ὀρθὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι τὴν ψῆφον ἐκφέροντες. Ἀπάτη δὴ οὖν ἡ χρηστολογία καὶ μῶμος, εἰ μὴ πράττοιτο πρὸς ἡμῶν τὰ ἐφ' οἷς ἂν ἡσθείη Θεός.

VERS. 6, 7. *Propter hoc non parcam ultra super habitantes terram, dicit Dominus. Et ecce ego trado homines, unumquemque in manus proximi sui, et unumquemque in manus* **760** *regis ejus. Et concident terram, et non eruam de manu eorum, et pascam oves occisionis in Chananitide.*

LXXVIII. Minatur gregibus exitium simul... quia quamvis liceret eis sub summi universorum pastoris, Christi puta, tutelam confugere et sub ipso esse, maluerunt tamen in fidem occidentium et vendentium inscite sese tradere. Induit enim hominem unigenitum Dei Verbum : ac præterea non obscure dixit, tum eorum inscitiam, tum suam in suscepta pro nobis œconomia germanitatem ostendens : « Ego

ΟΗ'. *Διὰ τοῦτο οὐ φείσομαι οὐκ ἔτι ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, λέγει Κύριος. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ παραδίδωμι τοὺς ἀνθρώπους, ἕκαστον εἰς χεῖρας τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστον εἰς χεῖρας βασιλέως αὐτοῦ. Καὶ κατακόψουσι τὴν γῆν, καὶ οὐ μὴ ἐξέλωμαι ἐκ χειρὸς αὐτῶν, καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς τὴν Χαναναῖτιν.* D

Ἀπειλεῖ τοῖς ποιμνίοις ὄλεθρόν τε ὁμοῦ (1)..... ὅτι καίτοι μετὸν αὐτοῖς τὴν τοῦ πάντων ἀρχιποιμένος, φημὶ δὴ Χριστοῦ, χεῖρά τε ὑποδραμεῖν καὶ ὑπ' αὐτῷ γενέσθαι, μᾶλλον προσκεχωρήκασιν ἀμαθῶς τοῖς κατασφάζουσί τε καὶ καταπωλοῦσιν αὐτούς. Γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ δὴ καὶ ἔφασκεν ἐναργῶς, τήν τε ἐκείνων σκαιότητα καταδεικνὺς, καὶ τῆς ἐφ' ἡμῖν οἰκονομίας

[73] Deut. I, 17. [74] Mich. III, 11. [75] Habac. I, 1-4.

(1) Etiam hoc loco parum, aut nihil desideratur ad sententiam. *Interpres.*

τὸ γνήσιον· « Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. » Ἰουδαῖοι A δὲ οἱ τάλανες, καίτοι τῶν μισθωτῶν ποιμένων καταβοῆσαι δέον, τοῦτο μὲν οὐ δεδράκασι, τὸν δὲ ἀγαθὸν ποιμένα, τὸν ἀντάλλαγμα τῆς ἁπάντων ζωῆς τὴν ἑαυτοῦ τιθέντα ψυχὴν, κατὰ μυρίους ὅσους λελυπήκασι τρόπους, καταλεύοντες, ὀνειδίζοντες, καὶ τὸ τελευταῖον, ἀπύλωτον ἐπ' αὐτῷ διανοίγοντες στόμα. Κατακεκράγασι γὰρ ὁμοῦ τοῖς ἰδίοις καθηγηταῖς, λέγοντες τῷ Πιλάτῳ· « Αἶρε, αἶρε, σταύρου αὐτὸν, » καὶ αὐτὸ δὲ τὸ δίκαιον αἷμα ταῖς σφῶν αὐτῶν ἐπηντλήκασι κεφαλαῖς. Ἔφασκον γὰρ πάλιν· « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » — « Διὰ τοῦτο τοίνυν, φησὶν, οὐκέτι φείσομαι ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν. » Οὐ γὰρ ἔτι φειδοῦς ἠξίωνται παρὰ Θεοῦ· δέδονται δὲ μᾶλλον ἕκαστος εἰς χεῖρας τοῦ B πλησίον αὐτοῦ, καὶ εἰς χεῖρας βασιλέως, ἤγουν ἄρχοντος αὐτοῦ. Ἐσταυρώκασι μὲν γὰρ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ γεγόνασι Κυριοκτόνοι, ἔμπλεῳ τε πάσης ἀνοσιότητος. Πλὴν ἐκάλει Θεὸς εἰς μετάγνωσιν, καὶ οὐκ εὐθὺς ἐπετίθει τὰ ἐξ ὀργῆς. Τριακοστοῦ δὲ ἤδη παρῳχηκότος ἔτους, μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, ἀπεφοίτησε μὲν εἰρήνη τῆς Ἰουδαίων χώρας, πόλεμοι δὲ ἦσαν πανταχοῦ, πόλεως ἐπὶ πόλιν ἰούσης, καὶ τῶν ἐν ἑκάστῃ τεμνομένων εἰς διαφορὰς, καὶ μαχομένων ἀλλήλοις, ὡς ἐν ἴσῳ φαίνεσθαι κακῷ τὰ παρὰ σφῶν αὐτῶν τοῖς ἐκ τοῦ πολέμου συμβεβηκόσι. Κεκρατήκασι γὰρ τῆς Ἰουδαίων χώρας οἱ ἀνδρειότατοι τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ, καὶ αὐτοῖς ἀνδράσι κατεμπιπρῶντες πόλεις, τοῖς τῆς δουλείας αὐτὴν ὑπέθεσαν ζυγοῖς. Οἱ δέ γε διαφυγεῖν ἰσχύσαντες, τὰς C τῶν ἐθνῶν κατῳκήκασι χώρας, ὃ καὶ μέχρι νῦν ἔστιν ἰδεῖν. Καὶ τοῦτο οἶμαι δηλοῦν, ὅταν λέγῃ· « Ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς τὴν Χαναντιν, τουτέστιν, εἰς τὴν Χαναναίων χώραν τε καὶ γῆν. Χαναναῖοι δὲ τὰ ἔθνη, παρ' οἷς τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς καὶ εἰς δεῦρό πως ἔτι παρὰ Θεοῦ ποιμαίνονται, ἤγουν δοκοῦσι ποιμαίνεσθαι. Τηροῦσι γὰρ ἔτι τόν τινα κατὰ νόμον, καὶ οὐχ ὁλοτρόπως τῶν ἀρχαίων κατημεληκότας ἐθῶν κατίδοι τις ἄν. Καὶ γοῦν περιτέμνονται τὴν σάρκα, καὶ σαββατίζουσι, καὶ ἕτερα ἄττα πρὸς τούτοις καὶ φροντίδος ἀξιοῦσι καὶ λόγου. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς προφήτου παρὰ Θεοῦ λελεγμένον· « Καὶ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς ἁγίασμα μικρὸν ἐν ταῖς χώραις, οὗ ἐὰν εἰσέλθωσιν ἐκεῖ. » Τοὺς δέ γε ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν, καὶ μέντοι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐμφυλίους πολέμους, καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῃ πόλει, σαφῶς ἀναγέγραφεν ὁ τὰς Ἰουδαίων τραγῳδῶν συμφορὰς, Ἰώσηπος οὗτος ἦν, ἀνὴρ ἐλλόγιμος καὶ σοφός.

sum pastor bonus [76]. » Infelices autem Judæi mercenarios ut debuerunt non accusarunt : contra, bonum pastorem, qui animam suam pro ovium vita posuit [77], mille modis violarunt, lapidantes, exprobrantes, et postremo impudens os adversus ipsum aperientes. Simul enim cum primoribus suis apud Pilatum alte clamarunt : « Tolle, tolle, crucifige eum [78], » et ipsum sacrum sanguinem in capita sua hauserunt. Sic enim rursum aiebant : « Sanguis ejus super nos, et super filios nostros [79]. » Idcirco inquit : « Propter hoc non parcam ultra super habitantes terram. » Non enim amplius venia dignati sunt a Deo, sed traditi potius unusquisque in manus proximi sui, et in manus regis sive principis sui. Sustulerunt enim in crucem Emmanuelem, et interfectores Domini, ac pleni omni impietate evaserunt. Nihilominus Deus ad pœnitentiam eos vocavit, nec illico supplicio est persecutus. Tricesimo autem anno jam elapso post actum in crucem Salvatorem, pax Judæam deseruit, bellis flagrantem undique, dum urbs urbem invadit, dum cives ubique in contraria studia scinduntur, et bellis intestinis dimicant, ut invicem damni tantum, quantum ab hostibus externis acciperent. Subjugarunt enim Judæorum regionem Romanorum duces fortissimi, et incolis cum urbibus incendio deditis, servitutis eam jugo subjecerunt. Ast quibus fugæ se obtulit occasio, gentium provincias incoluerunt, quod et hodie videmus. Atque hoc, opinor, vult, cum dicit : « Pascam oves occisionis in Chananitide, » id est in Chananæorum regione ac terra. Chananæi gens est, apud quam oves occisionis ad hunc usque diem a Deo pascuntur, aut videntur saltem pasci. **761** Adhuc enim nonnulla secundum legem servant, nec priscos ritus ad unum cernuntur abjecisse. Itaque carnem circumcidunt, et Sabbatum agunt, et alia insuper cordi habent. Et hoc erat nempe a Deo per prophetam dictum : « Et ero illis in sanctificationem parvam in regionibus quo ingredientur illuc [80]. » Civilia autem bella per totam Judæam, et in urbe qualibet perspicue commemoravit Josephus, vir eloquens et eruditus, qui Judæorum calamitates tragice descripsit.

Καὶ λήψομαι ἐμαυτῷ δύο ῥάβδους, τὴν μὲν D *μίαν ἐκάλεσα Κάλλος, καὶ τὴν ἑτέραν ἐκάλεσα Σχοίνισμα, καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα.*

ΟΘ'. Κατὰ πολλοὺς ἡμῖν τρόπους παρὰ ταῖς θεοπνεύστοις Γραφαῖς ἡ ῥάβδος νοεῖται. Ποτὲ μὲν γὰρ σημαίνει τὴν βασιλείαν, ὡς ὅταν λέγηται τῷ Χριστῷ· « Ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Ποτὲ δὲ ἰσχὺν, ὡς ἔν γε τῷ φάναι· « Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι Κύριος ἐκ Σιών. » Ἐκλαμβάνεται δὲ καὶ παιδεία, καὶ ἐπιστήμη ἔσθ' ὅτε ποιμαν-

Et assumam mihi duas virgas, unam vocavi Decorem, et alteram vocavi Funiculum, et pascam oves.

LXXIX. In divinis Scripturis variam notionem habet vocabulum *virga*. Aliquando enim regnum significat, ut cum Christo dicitur : « Virga directionis virga regni tui [81]. » Aliquando robur seu vires, ut ibi : « Virgam virtutis emittet Dominus ex Sion [82]. » Exponitur item nonnunquam institutio, et scientia pastoritia. Itaque rursum voce prophetæ Filio dici-

[76] Joan. x, 11. [77] ibid. 15. [78] Joan. xix, 15. [79] Matth. xxvii, 25. [80] Ezech. xi, 16. [81] Psal. xliv, 7.
[82] Psal. cix, 2.

tur: « Pasce populum tuum in virga [83]. » Cæterum in verbis recitatis, virgæ modos pastoralis scientiæ geminumque genus laudabilis institutionis significant. Assumit autem virgas « pastor bonus, qui ponit animam suam pro ovibus, » id est Christus, ut in ipsis pascat oves suas. Olim enim (puta antequam hominis natura se vestiret), cum esset Deus et legislator, ex Deo Λόγος Verbum pascebat Israelem, veluti una virga legali institutione utens. Sic enim per prophetam eum alicubi alloquitur: « Ego pascebam te in solitudine [85]. » Ast postquam nostri similis factus est homo [86], duas virgas assumpsit. Pascit enim, ut adoratores suos, per fidem nimirum justificatos et sanctificatos in spiritu legalibus simul et evangelicis præceptis, non ad boves immolandos impellens, neque ut oblationibus secundum legem studeamus nos docens, sed jubens potius, uti cultum in spiritu tanquam incruentum sacrificium celebremus. Conversa est enim et mutata umbra in veritatem: et quæ in figura fiebant, characterem, et formam elegantiæ **762** Christianæ, et evangelicæ vitæ induerunt. Nomina præterea virgis sunt, uni quidem Decor quæ est Testamentum Novum, pulchrum et admiratione dignum, quod ipse Filius locutus est, « Speciosus præ filiis hominum [87]; » alteri Funiculus, id est, pars, ut intelligamus legem solitam erudire separatum Deo funiculum. Scriptum est enim: « Quando dividebat Altissimus gentes, ut dispergeret filios Adam, constituit terminos gentium juxta numerum angelorum Dei, et fuit pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel. » Hisce igitur duabus virgis magnus pastorum princeps oves suas pasturum spondet; et vero spopondit. In unam quippe caulam qui ex Israel, et qui ex gentibus erant conduxit, et illis legalem evangelicamque doctrinam in nutrimentum apponit, et quasi quamdam spiritualem herbam fruendam suppeditat, et affatim eos saginat.

A τικῇ. Εἴρηται γοῦν πάλιν διὰ φωνῆς προφήτου πρὸς τὸν Υἱόν· « Ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ. » Ἀλλ' ἔν γε τοῖς προειρημένοις σημαίνουσιν αἱ ῥάβδοι τρόπους ἡμῖν ποιμενικῆς ἐπιστήμης, καὶ διττὸν παιδεύσεως εἶδος, κατά γε τὸ ἀμωμήτως ἔχειν δοκοῦν. Δέχεται δὲ τὰς ῥάβδους « ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων, » τουτέστι, Χριστὸς, ἵνα ἐν αὐταῖς καταποιμάνῃ τὰ ἴδια πρόβατα. Πάλαι μὲν γὰρ (τουτέστι, καὶ πρὸ τῶν τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνων) Θεὸς ὤν, καὶ νομοθέτης, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος κατέβοσκε τὸν Ἰσραὴλ, οἱονεὶ ῥάβδῳ μιᾷ χρώμενος, τῇ κατὰ νόμον παιδείᾳ. Ἔφη γάρ που διὰ προφήτου φωνῆς πρὸς αὐτόν· « Ἐγὼ ἐποίμαινόν σε ἐν τῇ ἐρήμῳ. » Ἐπειδὴ δὲ γέγονε καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, δύο δέχεται ῥάβδους. Κατανέμει γὰρ ὥσπερ B τοὺς ἰδίους προσκυνητὰς, τοὺς διὰ πίστεως δηλονότι δεδικαιωμένους, καὶ ἡγιασμένους ἐν πνεύματι, νομικοῖς τε ἅμα καὶ εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασιν, οὐ βουθυτεῖν ἀναπείθων, οὔτε μὴν ταῖς κατὰ νόμον προσαγωγαῖς προσκεῖσθαι διδάσκων· ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον προστεταχὼς τῆς ἐν πνεύματι λατρείας τὴν δύναμιν εἰς ἀναιμάκτου θυσίας τρόπον. Μετατέθειται γὰρ ἡ σκιὰ πρὸς ἀλήθειαν, καὶ μετακεχάρακται τὰ ἐν τύποις εἰς ἀστειότητα πολιτείας τῆς ἐν Χριστῷ τε καὶ εὐαγγελικῆς. Ὀνόματα δὲ καὶ ταῖς ῥάβδοις, τῇ μὲν μιᾷ Κάλλος, ἥτις ἐστὶ Διαθήκη Νέα, καλὴ καὶ ἀξιοθαύμαστος, ἣν αὐτὸς λελάληκεν ὁ Υἱὸς, « Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· » ἡ γε μὴν ἑτέρα Σχοίνισμα, τουτέστι μερὶς, ἵνα νοῶμεν τὸν νόμον, τὸ ἀφορισθὲν τῷ Θεῷ σχοίνισμα παιδαγωγεῖν C εἰωθότα. Γέγραπται γάρ· « Ὅτε διεμέριζεν Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ, καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. » Ταύταις δὴ οὖν ταῖς δυσὶ ῥάβδοις ὁ μέγας ἀρχιποίμην κατανεμήσειν ἐπαγγέλλεται τὰ αὐτοῦ πρόβατα, καὶ ἀτρεκὴς ὁ λόγος. Συνεκόμισε γὰρ εἰς μίαν αὐλὴν τούς τε ἐξ Ἰσραὴλ, καὶ μέντοι τοὺς ἐξ ἐθνῶν, νομικήν τε ἅμα καὶ εὐαγγελικὴν παίδευσιν αὐτοῖς παρατιθεὶς εἰς τροφὴν, καὶ οἷά τινα πόαν πνευματικὴν χορηγῶν εἰς μέθεξιν, καὶ καταπιαίνων πλουσίως.

Vers. 8, 9. *Et auferam tres pastores in mense uno, et gravabitur anima mea super eos. Etenim animæ eorum rugiebant super me. Et dixi: Non pascam vos. Quod moritur moriatur, et quod deficit deficiat, et reliqua devorent, unusquisque carnes proximi sui.*

D *Καὶ ἐξαρῶ τοὺς τρεῖς ποιμένας ἐν μηνὶ ἑνὶ, καὶ βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτούς. Καὶ γὰρ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμέ. Καὶ εἶπα· Οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς. Τὸ ἀποθνῆσκον ἀποθνησκέτω, καὶ τὸ ἐκλεῖπον ἐκλιπανέτω, καὶ τὰ κατάλοιπα κατεσθιέτωσαν, ἕκαστος τὰς σάρκας τοῦ πλησίον αὐτοῦ.*

LXXX. Dante enim se jam in conspectum vero et bono pastore, æquissimum erat utique, imo et necessarium mercenarios et falsos pastores removeri, hoc est, Judæorum secundum legem duces et magistros: quorum alii occidebant oves, nec agebant pœnitentiam: alii eas vendentes dicebant: « Benedictus Dominus, et jam divites facti sumus. » Jam vero quos nomine trium pastorum appellet, et

Π'. Ἀναδειχθέντος γὰρ ἤδη τοῦ ἀληθινοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ ποιμένος, ἦν δήπου καὶ μάλα εἰκὸς, μᾶλλον δὲ ἤδη καὶ ἀναγκαῖον, ἐκ μέσου γενέσθαι λοιπὸν τοὺς μισθωτοὺς καὶ ψευδοποίμενας, τουτέστι, τοὺς τῶν Ἰουδαίων κατὰ νόμον καθηγητάς· ὧν οἱ μὲν κατέσφαζον τὰ πρόβατα, καὶ οὐ μετεμέλοντο· οἱ δὲ δὴ πωλοῦντες αὐτὰ ἔλεγον· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Εἶτα τί δή ποτε καὶ φαίη τις ἂν

[83] Mich. VII, 14. [84] Joan. X, 15. [85] Osee XIII, 5. [86] Philipp. II, 7. [87] Psal. XLIV, 3. [88] Deut. XXXII, 8, 9.

ποιμένας αὐτοὺς ὀνομάζει τρεῖς, τίνα δὲ τρόπον ἐξαίρονται, καθά φησιν, ἐν μηνὶ ἑνὶ, φέρε δὴ λέγωμεν, τὰ ἐκ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων παρατιθέντες εἰς πίστιν. Οἶμαι δὴ οὖν, ὅτι τρεῖς ὀνομάζει ποιμένας, τούς τε κατὰ νόμον ἱερατεύοντας, καὶ τοὺς τεταγμένους κριτὰς τοῦ λαοῦ· καὶ προσέτι τούτοις τοὺς γραμματοεισαγωγεῖς, ἤτοι τοὺς νομικούς· κατέβοσκον γὰρ οὗτοι τὸν Ἰσραήλ. Καὶ οἱ μὲν ἱερωσύνης ἔχοντες δόξαν, ἐκ μόνης ἦσαν τῆς φυλῆς Λευὶ, καὶ περὶ αὐτῶν ἔφη Μαλαχίας· « Χείλη ἱερέως φυλάξεται κρίσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ στόματος αὐτοῦ. » Οἱ δὲ δὴ λαχόντες τοῦ κρίνειν τὴν ἐξουσίαν, ἀπόλεκτοι μὲν καὶ αὐτοὶ, πλὴν ἐκ πάσης ἀνεδείκνυντο φυλῆς. Κατὰ τὸν ἴσον δὲ, οἶμαι, τρόπον καὶ οἱ γραμματοεισαγωγεῖς, ἤγουν, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, οἱ νομικοὶ, τοῖς εἰς τὸ κρίνειν τεταγμένοις ἀεὶ προσεδρεύοντες, καὶ τὰ τοῦ νόμου γράμματα παρακομίζοντες εἰς ἀπόδειξιν τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι. Ὅτι μὲν οὖν, ὡς ἔφην, τῶν θείων μυστηρίων οἱ ἱερουργοὶ ἐκ μόνης ἦσαν τῆς τοῦ Λευὶ φυλῆς, οὐδενὸς ἂν δέοιτο πρὸς ἀπόδειξιν λόγου. Ὅτι δὲ ἐκ πάσης φυλῆς ἀπόλεκτοι οἱ κρίνοντες, ὡς νομομαθεῖς, ἐλαμβάνοντο, πληροφορήσει λέγων ὁ μακάριος Μωσῆς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· « Κριτὰς καὶ γραμματοεισαγωγεῖς καταστήσεις ἑαυτῷ ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου, αἷς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι κατὰ φυλὰς, καὶ κρινοῦσι τὸν λαὸν κρίσιν δικαίαν. Οὐκ ἐκκλινοῦσι κρίσιν, οὐκ ἐπιγνώσονται πρόσωπον, οὐδὲ λήψονται· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῦσιν ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ ἐξαίρει λόγους δικαίων. » Τρεῖς οὖν ἄρα ποιμένες, ἱερεῖς τε καὶ κριταὶ καὶ τῶν νομικῶν γραμμάτων ἐπιστήμονες, τουτέστιν οἱ νομικοί.

Εὑρήσομεν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ταλανίζοντα διῃρημένως Φαρισαίους τε καὶ Γραμματεῖς καὶ νομικούς. Ἔφασκε γάρ· « Οὐαὶ ὑμῖν, Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι. » Ταῦτα δὲ λέγοντι προσπηπήντα τις αὐτῷ τῶν νομικῶν, λέγων· « Διδάσκαλε, ταῦτα λέγων καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις. Ὁ δὲ εἶπε, φησί· Καὶ ὑμῖν τοῖς νομικοῖς Οὐαὶ, ὅτι φορτίζετε τοὺς ἀνθρώπους φορτία δυσβάστακτα, καὶ αὐτοὶ ἑνὶ τῶν δακτύλων ὑμῶν οὐ προσψαύετε αὐτοῖς. » Οἶδα μὲν οὖν ὅτι καὶ οἱ βασιλεύοντες κατὰ καιροὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς τάξιν ἀπεπλήρουν ποιμένων τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς. Ἐπειδὴ δὲ γεννηθέντος Χριστοῦ τὸ τῶν βασιλέων ἐκλελοίπει γένος, ἤγουν ἐκβέβλητο τῆς ἡγεμονίας (ἦρχον γὰρ τῆς Ἰουδαίας τηνικάδε Ἡρώδης τε Ἀντιπάτρου παῖς Ἀσκαλωνίτης, καὶ Πόντιος Πιλάτος), σεσιγήκαμεν ἀναγκαίως τοὺς ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς. Ὅτι γὰρ ἐκλελοίπεισαν γεννηθέντος Χριστοῦ, πληροφορήσει τὸ γεγραμμένον· « Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. » Οὐκοῦν ἐπειδήπερ ἀφῖκτο, καὶ γεγέννητο λοιπὸν ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία, τουτέστι Χριστὸς, « ἐκλέλοιπεν ἀναγκαίως ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ. » Τρεῖς δὲ οὖν, ὡς ἔφην, ποιμένες, ἱερεῖς τε καὶ κριταὶ, καὶ

A quonam modo auferantur, ut dicit, mense uno, age ad fidem conciliandam locis e sacra Scriptura prolatis disseramus. Existimo igitur tres pastores nominari : et sacerdotio fungentes secundum legem, et judices populi constitutos, et præter hos sacrarum Litterarum interpretes, aut legum peritos ; hi siquidem Israelem pascebant. Et quidem qui sacerdotii honores gerebant, ex sola tribu Levi genus ducebant, ac de iis dictum est a Malachia : « Labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus [89]. » Qui autem judicandi potestatem obtinebant, ipsi quoque delecti, verum ex omni tribu creabantur. Ad eumdem modum sacrarum Litterarum interpretes, sive, ut modo dixi, **763** legisperiti, qui judicibus semper assidentes, in unaquaque B causa verba legis ad confirmationem adducebant. Ministros igitur sacros divinorum mysteriorum ex sola tribu Levi prodiisse, demonstrare nihil attinet. Ex omnibus autem tribubus selectos fuisse judices, ut etiam legis gnaros, docebit plane Moses in Deuteronomio, ita dicens filiis Israel : « Judices et magistros constitues tibi in omnibus urbibus tuis, quas Dominus Deus tuus dat tibi per tribus, et judicabunt populum judicium justum. Non declinabunt judicium justum, non cognoscent personam, neque accipient munera : nam munera excæcant oculos sapientum, et tollunt verba justorum [90]. » Tres igitur pastores sunt sacerdotes, et judices, et legum docti.

C Palam porro est et Dominum nostrum Jesum Christum deplorasse distincte Pharisæos et Scribas et legisperitos. Sic namque ait : « Væ vobis, Scribæ et Pharisæi [91]. » Hæc dicentem quidam his verbis interpellavit : « Magister, hæc dicens etiam nobis injuriam facis. At ille ait, inquit : Et vobis legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, et ipsi uno digito vestro non tangitis ea [92]. » Non me fugit etiam aliquando reges Hierosolymis de tribu Juda subjecto populo pastorum munus præstitisse [93]. At postquam Christo nato, genus regum defecit, seu principatu ejectum est (regnabant enim tunc in Judæa Herodes Antipatri filius Ascalonita, et Pontius Pilatus), de tribu Juda reges nullos nominamus. Defecisse enim illos Christo in lucem edito, certum est e Scriptura. « Non D deficiet princeps ex Juda, et dux de femoribus ejus, donec veniant reposita ei, et ipse exspectatio gentium [94]. » Quocirca postquam advenit, et nata est de cætero exspectatio gentium, id est Christus, necessario « princeps ex Juda, et dux ex femoribus ejus defecit. » Tres itaque pastores, ut dixi, sunt sacerdotes, judices, legis doctores, qui et principatum suum, sive ordinem et locum usque ad tempora adventus Christi tenuerunt. Hi summo jure aufe-

[89] Malach. II, 7. [90] Deut. XVI, 18, 19. [91] Luc. XI, 43. [92] ibid. 45, 46. [93] IV Reg. XXIII, 33. [94] Gen. XLIX, 10.

runtur, in mense uno. Quoniam enim auctorem vitæ interfecerunt [95], idcirco velut demetuntur, **764** et quasi in mense uno, quo necem pro nobis Emmanuel sustinuit. Quamvis enim Israelem administrare perseverarunt etiam post Salvatorem in cruce suffixum, rerum omnium principe Deo illos tolerante, et miserante, et ad pœnitentiam invitante: tamen quod ad sententiam Dei super hoc prolatam attinet, eodem tempore quo universorum Salvatorem ac Liberatorem in crucem egerunt, ablatos esse asseveramus. Ablati sunt igitur in mense uno. Ac de pastoribus quidem hactenus. Judicium autem super ipso grege est: « Non pascam vos: » et, Devorare ac mordere invicem si velint. Etenim nihil penitus parcendo, et ipsæ oves inter se devorarunt, et diripere volentibus in prædam paratissimam datæ sunt. Dixit porro, et sane optime de tribus pastoribus, et iisdem sublatis in mense uno: « Gravabitur anima mea super ipsos, » hoc est, grave eis supplicium injungam, quoniam « Et animæ eorum rugiebant super me. » Nihil enim ab immanibus belluis differentes, sæpissime in Christum irruebant, tandemque Pilato eum sistebant, vociferantes: « Tolle, tolle, crucifige eum [96]. » Hujus rei et per Jeremiam ita meminit: « Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum ejus. Facta est mihi hæreditas mea ut leo in silva, dedit contra me vocem suam, idcirco odi eam [97]. »

A νομοδιδάσκαλοι, οἱ καὶ μεμενήκασιν ἐν ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς, ἤγουν τάξει τε καὶ τόπῳ, καὶ μέχρι καιρῶν τῶν τῆς ἐπιδημίας. Οὗτοι ἐξαίρονται, καὶ μάλα δικαίως, ἐν μηνὶ τῷ ἑνί. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεκτόνασι τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς, ταύτητοι καὶ ἀποκείρονται, καὶ ὡς ἐν μηνὶ τῷ ἑνὶ, καθ' ὃν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεμένηκε σφαγὴν ὁ Ἐμμανουήλ. Εἰ γὰρ καὶ μεμενήκασι διοικοῦντες ἔτι τὸν Ἰσραὴλ καὶ μετὰ τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, ἀνεξικακοῦντος καὶ ἐποικτείροντος αὐτοὺς τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, καὶ καλοῦντος εἰς μετάγνωσιν· ἀλλ' ὅσον ἥκει εἰπεῖν εἰς τὴν ἐπὶ τούτῳ ψῆφον γεγενημένην παρὰ Θεοῦ, ἐξῃρῆσθαί φαμεν αὐτοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν, ὡς ἔφην, σταυρῷ παραδεδώκασι τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Λυτρωτήν. Ἐξῄρηνται τοιγαροῦν ἐν μηνὶ τῷ ἑνί.

B Καὶ τὰ μὲν τῶν ποιμένων ἐν τούτοις. Τὸ δέ γε ἐπ' αὐτοῖς τοῖς θρέμμασι κρῖμα, τὸ, « Οὐ ποιμανῶ ὑμᾶς, » καὶ τὸ, Εἴπερ ἕλοιντο κατεσθίειν τε καὶ καταδάκνειν ἄλληλα. Καὶ γὰρ ἁπάσης δίχα φειδοῦς αὐτά τε ἄλληλα κατεδηδόκασι, καὶ τοῖς διαρπάζειν ἐθέλουσιν ἑτοιμοτάτη δέδονται θήρα. Ἔφη δὲ δὴ, καὶ μάλα εἰκότως, περὶ τῶν τριῶν ποιμένων, τῶν καὶ ἐξῃρημένων ἐν μηνὶ ἑνὶ, ὅτι « Βαρυνθήσεται ἡ ψυχή μου ἐπ' αὐτοὺς, » τουτέστι, βαρεῖαν αὐτοῖς ἐποίσω τὴν δίκην, ὅτι « Καὶ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν ἐπωρύοντο ἐπ' ἐμέ. » Θηρῶν γὰρ ἀγρίων διαφέροντες οὐδὲν, ἐπεπήδων τε πλειστάκις Χριστῷ, καὶ τελευτῶντες Πιλάτῳ προσῆγον, λέγοντες· « Αἶρε, αἶρε, σταύρου αὐτόν. » Μέμνηται δὲ τούτου καὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου, λέγων· « Ἐγκαταλέλοιπα τὸν οἶκόν μου, ἀφῆκα τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μου εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῆς. Ἐγενήθη ἡ κληρονομία μου ἐμοὶ, ὡς λέων ἐν δρυμῷ, ἔδωκεν ἐπ' ἐμὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσησα αὐτήν. »

VERS. 10, 11. *Et assumam virgam meam pulchram, et projiciam eam, ut dissipem testamentum meum quod disposui ad omnes populos terræ. Et dissipabitur in die illa, et agnoscent Chananæi, oves quæ observant me, quia verbum Domini est.*

LXXXI. Virgam pulchram vocat institutionem per mystagogiam evangelicam excellenter decoratam, juxta quod intelligitur, non oculis sentitur. Quod autem se projecturum eam, et testamentum dissipaturum autumat, verisimile est subindicare, non quod id dimissurus sit, et solutum dissipaturus, sive ut inutile oblitteraturus; neutiquam. Illud potius intelligendum dixerim. Pastores nonnunquam, si forte ovem quampiam a grege aberrasse, et ab aliis semotissimam conspexerint, tum omnino virgam, **765** seu pedum projicientes, eam ad alias aggregari compellunt. Propheta igitur pastoritiæ consuetudini convenienter locutus est, projectum iri virgam dicens, utique in gentes: illæ enim erant de quibus Apostolus, « qui longe [98]. » Verumtamen facti sunt prope per fidem. Sic autem projiciendam dicit virgam, ut toto terrarum orbe dissipata, sive ut sermo de Christo, seu prædicatio evangelica ubique distributa et diffusa videatur. Inquit enim:

C *Καὶ λήψομαι τὴν ῥάβδον μου τὴν καλὴν, καὶ ἀποῤῥίψω αὐτὴν, τοῦ διασκεδάσαι τὴν διαθήκην μου, ἣν διεθέμην πρὸς πάντας τοὺς λαοὺς τῆς γῆς. Καὶ διασκεδασθήσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ γνώσονται οἱ Χαναναῖοι, τὰ πρόβατα τὰ φυλασσόμενά μοι, διότι λόγος Κυρίου ἐστί.*

ΠΑ'. Ῥάβδον μὲν ὀνομάζει καλὴν τὴν διὰ τῆς εὐαγγελικῆς μυσταγωγίας παίδευσιν, τὴν ἐξαίρετον ἐν ὡραϊσμῷ, δῆλον δὲ ὅτι τῷ νοητῷ. Τὸ δὲ δὴ καὶ ἀποῤῥίψαι, καὶ διασκευάσαι λέγειν αὐτὴν, ὑπεμφήνειεν ἂν, κατὰ τὸ εἰκὸς, οὐχ ὅτι καὶ ἀποπέμψεται, καὶ σκορπιεῖ, παραλύων αὐτὴν, ἤγουν ὡς ἄχρηστον ἀφανίζων, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Φαίην δ' ἂν μᾶλλον ἐκεῖνο χρῆναι νοεῖν. Οἱ ποιμένες ἔσθ' ὅτε, εἰ δή που θεάσαιντο τῶν προβάτων τινὰ τῆς ἀγέλης ἀποσκιρτήσαντα, γεγονότα τε τῶν ἄλλων ὡς ἀποτάτω, τότε δὴ πάντως ἐπ' αὐτὰ τὴν ῥάβδον ἱέντες, μετασοβοῦσιν εὐθὺς εἴς γε τὸ ἐλᾶσθαι δεῖν συναγελάζεσθαι τοῖς ἄλλοις. Τετήρηκε τοίνυν τῆς προφητείας ὁ λόγος τῇ τῶν ποιμνίων ἐπιστήμῃ τὸ εἰωθὸς, ἀποῤῥιφήσεσθαι τὴν ῥάβδον λέγων, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς ἔθνεσιν. Αὐτοὶ γὰρ ἦσαν « οἱ μακράν. » Πλὴν γεγόνασιν ἐγγὺς διὰ τῆς πίστεως. Ἀποῤῥιφήσεσθαι δέ φησιν οὕτω τὴν ῥάβδον, ὡς ἀνὰ πᾶσαν αὐτὴν σκεδασθῆναι τὴν γῆν, ἤγουν διανεμηθῆναι, καὶ ἐσκορπίσθαι δοκεῖν πανταχῇ

D

[95] Act. III, 15. [96] Joan. XIX, 15. [97] Jerem. XII, 7, 8. [98] Ephes. II, 13.

τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον, ἤτοι τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικόν. « Σκεδασθήσεται γὰρ, φησὶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, » τουτέστι, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἂν πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος ἀναβιῴη Χριστὸς, εἴπῃ τε τοῖς ἀποστόλοις· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Τότε γὰρ ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ὁ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαπεφοίτηκε λόγος· καὶ ἀτρεκὲς εἰπεῖν περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· « Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Ὅτι δὲ οὐκ ἀνόνητον τοῖς ἔθνεσι τὸ ἀποῤῥιφῆναί τε καὶ διασκεδασθῆναι ἀνὰ τὴν γῆν, ἤγουν διανεμηθῆναι καὶ ἐν ταῖς αὐτῶν χώραις τὴν ῥάβδον τὴν καλὴν, ἤτοι τὴν Διαθήκην, ἣν οὐκέτι πρὸς μόνον τὸν Ἰσραὴλ, διέθετο δὲ μᾶλλον πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, καταθρήσαιμεν ἂν, καὶ λίαν ἀμογητὶ, τὸν τῆς προφητείας συνιέντες λόγον· « Γνώσονται γάρ, φησὶν, οἱ Χαναναῖοι τὰ φυλασσόμενα, διότι λόγος Κυρίου ἐστί. » Χαναναίους μὲν γὰρ τὰ ἔθνη φησί. Νοηθεῖεν δ' ἂν οὗτοι πρόβατα τὰ φυλασσόμενα τῷ Χριστῷ. Τετήρηνται γάρ αὐτῷ· καὶ γάρ « ἐστιν αὐτὸς ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία. » Ἐπειδὴ δὲ κατεσκεδάσθη καὶ ἐν ταῖς αὐτῶν χώραις ἡ πρὸς πάντας διαθήκη, πεπιστεύκασιν « ὅτι λόγος Κυρίου ἐστί. » Διατιθέμεθα γὰρ οἱ ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοι διὰ τῆς πίστεως, ὅτι Κύριος ὤν, καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν γεγεννημένος τε καὶ ὑπάρχων ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, αὐτὸς ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ τοὺς θείους τε καὶ εὐαγγελικοὺς προσπεφώνηκε λόγους. Ταύτῃτοι προσκεκυνήκαμεν αὐτῷ, καὶ αὐτῷ λατρεύομεν, τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην καὶ ἀκλεᾶ μεθέντες ἀπάτην, καὶ τὴν πολύθεον ἕξιν μεταδεδιδαγμένοι. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβὶδ πρὸς αὐτὸν ὑμνούμενον· « Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου, Κύριε. — Ἐν γὰρ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. »

A « Dissipabitur in die illa, » hoc est, illo tempore quo conculcato mortis imperio in vitam Christus redierit, mandaveritque apostolis : « Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [89]. » Tunc enim totum sub sole mundum sermo Salvatoris nostri pervasit ; et ut verum de sanctis apostolis dicamus : « In omnem terram exivit sonus eorum, et in omnes fines orbis terræ verba eorum [1]. » Non autem sine gentium fructu, projectam et per terram dissipatam, sive per earum regiones distributam esse virgam pulchram sive Testamentum, quod non amplius ad solum Israel, sed ad omnes gentes potius disposuit, nullo negotio ex intelligentia verborum prophetæ perspicimus. Ait enim : « Et cognoscent Chananæi oves quæ observant me, quia verbum Domini est. » Chananæos B enim vocat gentes. Atque hi possunt intelligi oves Christum observantes. Observarunt enim illum ; etenim « ipse est exspectatio gentium [2]. » Postquam autem dissipatum est etiam in eorum regionibus testamentum ad omnes, crediderunt « quia verbum Domini est. » Sensimus enim apud animos ex gentibus vocati per fidem, Dominum esse, et ex Deo secundum naturam natum, et unigenitum Dei Verbum ipsum per divinos et evangelicos sermones suos nos allocutum. Quare ipsum adoravimus, eique servimus, veteri illo et inglorio errore derelicto, et affectum ad multos deos colendos dedocti. Atque hoc est, quod ore Davidis illi canitur : « Omnes C gentes quas fecisti venient, et adorabunt coram te, Domine [3]. — In nomine enim Jesu Christi omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitetur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris [4]. »

Καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτούς· Εἰ καλὸν ἐνώπιον ὑμῶν ἐστι, δότε στήσαντες τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε. Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, καὶ σκέψομαι εἰ δόκιμόν ἐστι, ὃν τρόπον ἐδοκιμάσθην ὑπὲρ αὐτῶν. Καὶ ἔλαβον τοὺς τριάκοντα ἀργυροῦς, καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον.

ΠΒʹ. Διὰ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων, ἤτοι διὰ τῆς ῥάβδου τῆς καλῆς, τουτέστι τῆς ἐξαιρέτου παιδείας, τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τοῦ Μονογενοῦς πεπαιδεύμεθα τὸ μυστήριον. Ἀκηκόαμεν γὰρ καὶ πεπιστεύκαμεν, ὅτι Θεὸς ὤν, ὡς ἔφην, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγος, γέγονε σάρξ, « καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, » καθίκετό τε ἐν δούλου μορφῇ, ὑπάρχων ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ γεγεννηκότος, « γέγονεν ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· καὶ πλούσιος ὤν, ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. » Ἐξείλετο γὰρ ἡμᾶς τῶν τοῦ

766 VERS. 12, 13. *Et dicam ad eos : Si bonum in conspectu vestro est, date statuentes mercedem meam, aut quiescite. Et statuerunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me : Depone eos in conflatorium, et videbo, si probatum* D *est, sicut probatus sum super eis. Et accepi triginta argenteos, et misi eos in domum Domini, in conflatorium.*

LXXXII. Per evangelica oracula, sive per virgam decoram, hoc est per eximiam institutionem, œconomiæ cum carne Unigeniti mysterium didicimus. Audivimus enim et credidimus, quod cum esset Deus, ut dixi, ex Deo Patre Verbum factus sit caro, « et habitaverit in nobis [5], » veneritque in forma servi, qui est in forma et æqualitate Genitoris, « et factus sit obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [6] ; et cum dives esset, factus sit egenus, ut nos ejus inopia ditaremur [7]. » Exemit enim nos e vinculis mortis, liberavit a peccato, filios Dei

[89] Matth. XXVIII, 19, 20. [1] Psal. XVIII, 5. [2] Gen. XLIX, 10. [3] Psal. LXXXV, 1. [4] Philipp. II, 10, 11. [5] Joan. I, 14. [6] Philipp. II, 6-8. [7] II Cor. VIII, 9.

reddidit, et quid non bonorum tandem nobis donavit? Cognovimus præterea nos emptos esse, « non corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Christi [8], » atque ita deinde vitam nostram ei debere cœpimus. « Si enim unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes illi mortui sunt, » et jam non nobis ipsis vivere debemus, si recte ratiocinamur, « sed ei qui pro nobis mortuus est, et resurrexit [9]. » Quare inquit: « Si bonum est in conspectu vestro, » utique œconomiæ carnis mysterium, si per ipsum salvati estis, et bene vobis est, et cognovistis me Salvatorem ac Redemptorem, et pro omnium vita mortuum, « Date statuentes, » hoc est, definientes « mercedem meam, aut quiescite. » Verumtamen grati fuerunt qui ex gentibus conversi sunt. Statuerunt enim mercedem, nullo quidem modo æqualem, sed quadamtenus æquam beneficiis ab eo acceptis. Quemadmodum enim ipse pro nobis mortuus est, ita et nos animas posuimus pro sinceritate et charitate erga ipsum; possuntque dicere sancti martyres: « Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an persecutio, an nuditas, an periculum, an gladius [10]? » Nihil enim in sanctis animi fortitudinem vicit. Itaque Christi nobiscum similitudo quodammodo subindicatur, dum dicitur, datos esse in mercedem ejus triginta argenteos. Proditor enim, et vere omnium maxime execrandus ac Deo exosus Judas, **767**
triginta denariis acceptis, Christum homicidis tradidit, et auctorem salutis nostræ scelestis hominibus venumdedit [11]. Allati sunt autem a gentibus in mercedem ejus triginta argentei, qui etiam, Deo jubente, in conflatorium deponuntur, etiam atque etiam probandi, sicut et ipse Christus pro nobis probatus est. Non enim sine inquisitione apud Deum omnium scientem abibit fides nostra: neque citra examen vitæ, sed sicut est apud beatum Paulum: « Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit [12]. » Scriptum est autem de Christo: « Quoniam statim veniet in templum suum quem vos quæritis, et Angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus omnipotens, et quis sustinebit diem introitus ejus? Aut quis sustinebit in visione ejus? Quia ipse ingreditur quasi ignis conflatorii, ut herba lavantium, et sedebit conflans et emundans ut argentum, et ut aurum [13]. » Psallit et divinus David in persona cujusvis in Christum credentis, et Evangelio convenienter vivere cupientis: « Proba me, Domine, et tenta me, ure renes meos et cor meum [14]. » Cæterum conflatorium in domo Domini esse propheta dicit. Ecclesia enim Christi cujusque mores et sinceritatem dilectionis erga Christum explorat, et discretionem habens spirituum [15], probe novit, quis in Spiritu sancto loquatur Dominum Jesum nominans, et quis in Beelzebul ipsum anathema dicat, et qui sint

A θανάτου δεσμῶν, ἀπήλλαξεν ἁμαρτίας, υἱοὺς ἀπέφηνε Θεοῦ· καὶ τί γὰρ οὐχὶ δεδώρηται τῶν ἀγαθῶν; Ἐγνώκαμεν δὲ πρὸς τούτοις, ὅτι καὶ τιμῆς ἠγοράσμεθα, « οὐ φθαρτοῖς, ἀργυρίῳ, ἢ χρυσίῳ· ἀλλὰ τιμίῳ αἵματι ὡς ἀμνοῦ, καὶ ἀσπίλου Χριστοῦ· » οὕτω τε λοιπὸν αὐτῷ τὴν οἰκείαν ἐπωφλήσαμεν ζωήν. « Εἰ γὰρ εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον αὐτῷ, » καὶ ζῆν ὀφείλομεν ἑαυτοῖς μὲν οὐκέτι, κατά γε τὸν εἰκότα καὶ ὀρθῶς ἔχοντα λόγον, « μᾶλλον δὲ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι, καὶ ἐγερθέντι. » Ταύτητοί φησιν· « Εἰ καλὸν ἐνώπιον ὑμῶν, » δῆλον δὲ τὸ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας μυστήριον, εἰ σέσωσθε δι' αὐτοῦ, καὶ πεπράχατε δεξιῶς, ἐγνώκατε δέ με Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς πάντων ζωῆς ἀνατλάντα θάνατον, « Δότε στήσαντες, »
B τουτέστιν, ὁρίσαντες, « τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε. » Πλὴν εὐγνώμονες οἱ ἐξ ἐθνῶν. Ἔστησαν γὰρ τὸν μισθὸν παρισούμενον μὲν οὐδαμῶς· ἐοικότα δέ πως οἷς ἐσχήκαμεν παρ' αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, οὕτω καὶ ἡμεῖς τεθείκαμεν τὰς ψυχὰς ὑπὲρ τῆς εἰς αὐτὸν γνησιότητος καὶ ἀγάπης· πρέποι δ' ἂν λέγειν τοῖς ἁγίοις μάρτυσι· « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; Θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ λιμὸς, ἢ διωγμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; » Νενίκηκε γὰρ οὐδὲν τῶν ἁγίων τὴν εὐψυχίαν. Οὐκοῦν ἡ τῶν παρὰ Χριστοῦ εἰς ἡμᾶς ὁμοιότης ὑποφαίνεταί πως διὰ τοῦ δεδόσθαι λέγειν εἰς μισθὸν αὐτοῦ τριάκοντα ἀργυρίους. Ὁ μὲν γὰρ προδότης, καὶ βδελυρώτατος ἀληθῶς, καὶ θεομισὴς Ἰούδας, τριάκοντα δηνάρια λαβὼν, προὔδωκε τοῖς φονῶσι
C Χριστὸν, καὶ τὸν τῆς σωτηρίας ἡμῶν καταπέπρακεν ἀρχηγὸν τοῖς ἀλιτηρίοις. Προσεκομίσθησαν δὲ παρὰ τῶν ἐθνῶν εἰς μισθὸν αὐτοῦ τριάκοντα ἀργύριοι, οἳ καὶ καθίενται Θεοῦ προστάττοντος εἰς τὸ χωνευτήριον, εὖ μάλα δοκιμαζόμενοι, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐδοκιμάσθη ὑπὲρ ἡμῶν. Ἔσται γὰρ ἡμῶν οὐκ ἀζήτητος ἡ πίστις παρά γε τῷ πάντα εἰδότι Θεῷ· οὔτε μὴν ἀβασάνιστος ὁ βίος· ἀλλ' ᾗ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, « Ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ δοκιμάσει. » Γέγραπται δὲ καὶ περὶ Χριστοῦ, ὅτι « Ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; Ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ; Διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ
D χωνευτηρίου, ὡς πόα πλυνόντων, καὶ καθιεῖται χωνεύων, καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον, καὶ ὡς τὸ χρυσίον. » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ὡς ἐκ προσώπου παντὸς τοῦ πιστεύσαντος εἰς Χριστὸν, καὶ ζῆν ἐθέλοντος εὐαγγελικῶς· « Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ πείρασόν με, πύρωσον τοὺς νεφρούς μου καὶ τὴν καρδίαν μου. » Πλὴν ὅτι τὸ χωνευτήριον ἐν οἴκῳ Κυρίου, φησὶν ὁ προφήτης. Δοκιμάζει γὰρ ἡ Ἐκκλησία Χριστοῦ τὸν ἑκάστου τρόπον, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον, καὶ διακρίσεις ἔχουσα πνευμάτων, οἶδεν ἀκριβῶς, τίς μὲν ἁγίῳ Πνεύματι

[8] I Petr. I, 18, 19. [9] II Cor. v, 14, 15. [10] Rom. VIII, 35. [11] Matth. XXVI, 15. [12] I Cor. III, 13. [13] Malach. III, 1-3. [14] Psal. XXV, 2. [15] I Cor. XII, 10.

λαλεῖ, Κύριον ὀνομάζων Ἰησοῦν· τίς δὲ δὴ καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ, ἀνάθεμα λέγων αὐτόν· καὶ τίνες μὲν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ, τίνες δὲ αὖ οἱ ὡς ἐνδύμασι προβάτων πρὸς ἡμᾶς ἐρχόμενοι λύκοι.

Καὶ ἀπέῤῥιψα τὴν ῥάβδον τὴν δευτέραν, τὸ Σχοίνισμα, τοῦ διασκεδάσαι τὴν διαθήκην ἀναμέσον τοῦ Ἰούδα, καὶ ἀναμέσον τοῦ Ἰσραήλ.

ΠΓ'. Ῥάβδους ἔφη δύο λήψεσθαι Χριστὸν, οὕτω τε κατανεμήσειν ἐν αὐταῖς τὰ οἰκεῖα πρόβατα, δῆλον δὲ ὅτι τῶν διὰ πίστεως κεκλημένων τὴν ἁγίαν πληθύν. Καὶ ῥάβδον μὲν εἶναι τὴν καλὴν ἐλέγομεν τὴν παιδείαν, ἤτοι τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, τήν γε μὴν ἑτέραν τὴν Παλαιὰν Διαθήκην, τουτέστι, τὴν τῷ Ἰσραὴλ δοθεῖσαν εἰς βοήθειαν, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν. « Νόμον γὰρ, φησὶν, εἰς βοήθειαν δέδωκεν. » B Ὅτι τοίνυν οὐχὶ δὴ μόνοις τοῖς εὐαγγελικοῖς παιδεύμασιν ἡ τῶν ἐθνῶν ἔμελλε παιδαγωγεῖσθαι πληθὺς, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐταῖς ταῖς πάλαι τε καὶ διὰ Μωσέως δοθείσαις ἐντολαῖς, μεταπλαττομένης δηλονότι τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς εἰς ἀλήθειαν, καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἡμῖν καθίστησιν ἐναργές. Καὶ ὥσπερ ἀποῤῥιφῆναι καὶ σκεδασθῆναι τὴν καλὴν ἔφη ῥάβδον (διεσπάρη γὰρ ὥσπερ ἐν ταῖς τῶν Χαναναίων χώραις ἡ εὐαγγελικὴ παίδευσις, περιενεχθεῖσα δηλονότι διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων), οὕτω καὶ ἡ ἑτέρα ῥάβδος, ἤτοι παίδευσις, τουτέστι, τὸ Σχοίνισμα, ἤγουν ὁ νόμος, ὁ ἐν τάξει διαθήκης παρὰ Θεοῦ τεθεὶς ἀναμέσον τοῦ Ἰούδα, καὶ ἀναμέσον τοῦ Ἰσραὴλ, τουτέστι, παντὸς τοῦ γένους τοῦ ἐξ Ἰσραήλ· Ἰούδαν μὲν γὰρ ὀνομάζει τὰς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις δύο φυλὰς, αὐτήν τε C τὴν Ἰούδα φημὶ καὶ Βενιαμὶν, Ἰσραὴλ δὲ τὰς ἑτέρας δέκα, τὰς ἐν τῇ Σαμαρείᾳ διακειμένας ὁμοῦ τῷ Ἱεροβοάμ. Δέδοται δὴ οὖν τοῖς ἐκ Χαναὰμ καὶ ὁ νόμος, μυσταγωγούμενος γὰρ, ὡς ἔφην, νομικοῖς τε καὶ εὐαγγελικοῖς θεσπίσμασι. Ταύτητοι καὶ ἔφασκεν ὁ Σωτήρ· « Μὴ νομίσητε, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον. Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται. » Πληροῖ γὰρ τὸν νόμον διδάσκων τὰ ὑπὲρ νόμον, καὶ οὐκ ἔξω νόμου τιθεὶς τὸν παιδαγωγούμενον, ὡς ἔν γε τῷ φάναι τυχόν· « Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις· Οὐ φονεύσεις· ὃς δ' ἂν φονεύσῃ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· Ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. » D Καὶ πάλιν· « Ἠκούσατε ὅτι ἐῤῥέθη· Οὐ μοιχεύσεις. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. » Ἀποπεραίνεται γὰρ τὸ, « Οὐ φονεύσεις, » ὡς ἔν γε τῷ παραιτεῖσθαι τὴν ὀργὴν, ἣ ῥίζα τέ ἐστι τοῦ φόνου καὶ γένεσις. Τὸ δὲ μηδ' ὅλως εἰσδέχεσθαι τὰς ἐπιθυμίας, ἤγουν κολάζειν τὰς ἡδονὰς, συναναιρεῖταί που πάντως τῆς μοιχείας ὁ τρόπος, καθάπερ ἀμέλει καὶ ῥίζαις συναπομαραίνεσθαί φαμεν τὰ ἐξ αὐτῶν βλαστήματα, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀνάσχοιεν ὅλως.

A veri adoratores [16], et qui rursum lupi, in vestimentis ovium ad nos venientes [17].

Et abjeci virgam meam secundam quæ appellatur Funiculus, ut dissiparem testamentum inter Judam et Israel.

LXXXIII. Duas virgas Christum assumpturum narravit, atque ita in ipso oves suas pasturum, haud dubium quin per fidem vocatorum sanctam multitudinem. Et virgam quidem pulchram dicebamus esse doctrinam, seu prædicationem evangelicam: alteram Vetus Testamentum, nempe quod Israeli datum est in auxilium juxta prophetæ vocem. Inquit enim: « Legem in adjutorium dedit [18]. » Igi- B tur gentium multitudinem non tantum doctrina evangelica, sed ipsis etiam antiquis et a Mose traditis præceptis imbutum iri, umbra videlicet legis in veritatem transmutata, verbis propositis nobis declarat. **768** Et quo modo abjectam et dissipatam pulchram virgam dixit (quasi enim per Chananæorum regiones dispersa est institutio evangelica, circumlata nimirum per sanctos apostolos), ita et altera virga, puta Funiculus, sive lex, loco testamenti a Deo constituta inter Judam et Israel, id est universum genus Israel: Judam enim duas Hierosolymis tribus, ipsam Juda, inquam, et Benjamin, Israel autem reliquas decem in Samaria cum Jeroboam locatas appellat. Data est igitur Chananæis etiam lex: legalibus enim et evangelicis decretis in- C formatus est. Quamobrem et Salvator aiebat: Nolite putare, quoniam veni solvere legem. Non veni solvere, sed adimplere. Dico enim vobis, donec transeat cœlum et terra, iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant [19]. » Adimplet enim legem, docens quæ sunt supra legem, nec excipit a lege eum qui docetur, ut cum dicit, exempli causa: « Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis: Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit judicio [20]. » Et iterum: « Audistis quia dictum est: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui videt mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde D suo [21]. » Impletur enim illud, « Non occides, » si iræ locum non relinquas, quæ cædis radix et mater est. Excludendo autem omnes cupiditates, seu castigando voluptates, prorsus etiam adulterii perpetrandi libido tollitur: sicut videlicet cum radicibus inde exsistentia germina marcere affirmamus, quæ potius nulla omnino enascuntur.

Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· Ἔτι λάβε σεαυτῷ σκεύη ποιμενικὰ ποιμένος ἀπείρου, διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγείρω ποιμένα ἄπειρον ἐπὶ τὴν γῆν. Τὸ ἐκλιμπάνον οὐ μὴ ἐπισκέψηται, καὶ τὸ διεσκορ-

VERS. 15, 16. *Et dixit Dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoralia, pastoris imperiti, quia ecce ego suscito pastorem super terram. Deficiens non visitabit, et dispersum non requiret, et contritum non*

[16] Joan. IV, 23. [17] Matth. VII, 15. [18] Galat. III, 24. [19] Matth. V, 17, 18. [20] Ibid. 21, 22. [21] Ibid. 27, 28.

sanabit, et integrum non diriget, et carnes electorum devorabit, et talos eorum pervertet.

LXXXIV. Boni, sapientis peritique pastoris, hoc est Christi, virgas duas, quas projecit, et in regionibus Chananæorum dissipavit, eo modo quo supra a nobis explicatum est, **769** quidam cognoverunt Domini Verbum esse. Crediderunt enim, ut dixi, quod cum Deus esset, ex Deo Patre inenarrabili ratione genitum Verbum, postquam nostri simile natum est, et princeps pastorum appellatum [22], ipsis ad mystagogiam et ad notitiam accuratam mysterii sui, evangelicam institutionem et illuminationem, legalemque etiam disciplinam proposuerit. B Has enim duas esse virgas dicebamus, quibus nos pascit Christus « in pascuis bonis, et in loco pingui, » ut scriptum exstat [23]. Verum Judæi non intelligentes mysterium, et ignorantes virgam pulchram, hoc est prædicationem evangelicam, et insuper alteram virgam, cui nomen Funiculus, despectui habentes, legem per Mosen datam scilicet, fidem repudiarunt, et per legem ac prophetas prænuntiatum nescierunt, id quod eis aperte Salvator ipse exprobravit : « Ne putetis quod ego accusaturus sim vos apud Patrem. Est qui accusat vos Moses, in quem vos speratis. Si enim crederetis Mosi, crederetis fortisan et mihi : de me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis [24] ? » Nullam igitur dubitationem habet, C eos neque litteris Mosaicis, neque verbis Salvatoris fidem adhibuisse. Quia vero cognitionem veritatis aspernati sunt, scriptum est a Paulo sapientissimo : « Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio [25]. » Operationem erroris Antichristum esse dicit, cui addicti Judæi damnabuntur, et verax reperietur Salvator incredulis dicens : « Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me : si alius venerit in nomine suo, illum accipietis [26]. » Judæos igitur filium iniquitatis olim cum apparuerit citra cunctationem suscepturos, « adversantem (et extollentem se supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus [27], » nescientem bene et docte pascere, figura quadam a propheta præmonstrari D Deus jubet, his verbis : « Adhuc sume tibi vasa pastoralia pastoris imperiti. » Pastores enim meliores, et studiorum quæ tractant minime rudes, virgas habent graciles, ut cum fuerit etiam percutiendi tempus, quod percutitur non conteratur. Hujus rei imperitus, et artis pastoritiæ ignorantissimus, crassioribus baculis pecudes contundit. Et hæc, opinor, **770** sunt vasa pastoralia imperiti pastoris. Quoniam vero aliquando filius iniquitatis regio prædilus honore mortalibus pastoris loco habendus erat, nec parsurum quidquam populis tam subjectis, quam

A *πισμένον οὐ μὴ ζητήσῃ, καὶ τὸ συντετριμμένον οὐ μὴ ἰάσηται, καὶ τὸ ὁλόκληρον οὐ μὴ κατευθύνῃ, καὶ τὰ κρέα τῶν ἐκλεκτῶν καταφάγεται, καὶ τοὺς ἀστραγάλους αὐτῶν ἐκστρέψει.*

ΠΔʹ. Τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος, σοφοῦ τε καὶ ἐπιστήμονος, τουτέστι Χριστοῦ, τὰς δύο ῥάβδους ἀποῤῥίψαντός τε καὶ διασκεδάσαντος ἐν ταῖς τῶν Χαναναίων χώραις, κατὰ τοὺς ἤδη προαποδεδομένους τρόπους, οἱ μὲν ἐγνώκασιν ὅτι Λόγος Κυρίου ἐστί. Πεπιστεύκασι γὰρ, ὡς ἔφην, ὅτι Θεὸς ὢν, ὁ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀποῤῥήτως γεγεννημένος Λόγος, ἐπειδὴ γέγονε καθ' ἡμᾶς, κεχρημάτικέ τε τῶν ὅλων ἀρχιποίμην, προὔθηκεν αὐτοῖς εἰς μυσταγωγίαν καὶ εἰς εἴδησιν ἀκριβῆ τοῦ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίου τήν τε εὐαγγελικὴν παίδευσιν καὶ φωταγωγίαν, καὶ μέντοι τὴν νομικήν. B Ταύτας γὰρ εἶναι τὰς δύο ῥάβδους ἐλέγομεν, δι' ὧν ἡμᾶς καταποιμαίνει Χριστὸς « ἐν νομῇ ἀγαθῇ, καὶ ἐν τόπῳ πίονι, » καθὰ γέγραπται. Ἀλλ' οὐ συνέντες Ἰουδαῖοι τὸ μυστήριον, ἠγνοηκότες δὲ καὶ τὴν ῥάβδον τὴν καλὴν, τουτέστι, τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, καὶ προσέτι τούτοις τὴν ἑτέραν ἀτιμάσαντες ῥάβδον, ᾗ ὄνομα Σχοίνισμα, τουτέστι τὸν διὰ Μωσέως νόμον, οὐ προσήκαντο μὲν τὴν πίστιν, ἠγνοήκασι δὲ τὸν διὰ νόμου καὶ προφητῶν προηγορευμένον, καὶ τοῦτο αὐτοῖς ἔφασκεν ἐναργῶς αὐτὸς ὁ Σωτήρ· « Μὴ δοκεῖτε, ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν Πατέρα. Ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε· Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. Εἰ δὲ τοῖς ἐκείνου γράμμασιν οὐ πιστεύετε, πῶς τοῖς ἐμοῖς ῥήμασι πιστεύσετε; » C Ἔστι τοίνυν οὐδαμόθεν ἀμφίλογον, ὡς οὔτε τοῖς Μωσέως πεπιστεύκασι γράμμασιν, οὔτε μὴν τοῖς τοῦ Σωτῆρος ῥήμασιν. Ἐπειδὴ δὲ τῆς ἀληθείας τὴν γνῶσιν οὐ παρεδέξαντο, « Ταύτῃτοι, φησὶν ὁ σοφώτατος Παῦλος, πέμψει αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἐνέργειαν πλάνης, εἰς τὸ πιστεῦσαι αὐτοὺς τῷ ψεύδει. » Ἐνέργειαν δὲ τῆς πλάνης τὸν Ἀντίχριστον εἶναί φησιν, ᾧ προστεθέντες Ἰουδαῖοι καταχριθήσονται, καὶ πιστώσεται λέγων αὐτοῖς ὁ Σωτὴρ, ἀπειθεῖν ᾑρημένοις· « Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐ λαμβάνετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ὀνόματι τῷ ἰδίῳ, ἐκεῖνον λήψεσθε. » Ὅτι τοίνυν Ἰουδαῖοι μέλλουσι κατὰ καιροὺς πεφηνότα τὸν τῆς ἀνομίας υἱὸν ἀμελλητὶ παραδέχεσθαι, « τὸν ἀντικείμενον καὶ ὑπεραιρόμενον ἐπὶ D πάντα λεγόμενον Θεὸν, ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ Θεὸς, τὸν οὐκ εἰδότα καλῶς ποιμαίνειν καὶ ἐπιστημόνως, προανατυποῦσθαι κελεύει τῷ προφήτῃ Θεὸς, οὕτω λέγων· « Ἔτι λαβὲ σεαυτῷ σκεύη ποιμενικὰ ποιμένος ἀπείρου. » Οἱ μὲν γὰρ τῶν ποιμένων ἐπιεικέστεροι, καὶ τῶν ἐν χερσὶ σπουδασμάτων ἐπιστήμονες, ἰσχνὰς ἔχουσι τὰς ῥάβδους, ἵνα εἰ γένοιτο καὶ παίειν καιρὸς, μὴ συνθραύηται τὸ τυπτόμενον. Εἰ δὲ δή τις εἴη τῶν οὐκ εἰδότων τὸ χρῆμα, καὶ ποιμενικῆς ἐπιστήμης ὡς ἀπωτάτω κείμενος, ἁδροτέροις αὐτὰ συντρίβει ῥοπάλοις. Καὶ ταῦτα οἶμαι,

[22] I Petr. v, 4. [23] Ezech. xxxiv, 14. [24] Joan. v, 45-47. [25] II Thess. ii, 10. [26] Joan. v, 43. [27] II Thess. ii, 4.

ἐστι τὰ σκεύη τὰ ποιμενικὰ τοῦ ἀπείρου ποιμένος. A Ἐπειδὴ δὲ κατὰ καιροὺς ἔμελλεν ὁ τῆς ἀνομίας υἱὸς τὴν βασιλίδα τιμὴν περικείμενος, δοκεῖν ἐν τάξει ποιμένος ἀναδειχθήσεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, φειδοῦς γε μὴν οὐδεμιᾶς ἀξιοῦν τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαοὺς, ἢ καὶ τοὺς ἔξω χειρὸς, ταύτῃ τοι φησίν· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἐγερῶ ποιμένα ἐπὶ τὴν γῆν. Τὸ ἐκλιμπάνον οὐ μὴ ἐπισκέψηται. » Ὅμοιον ὡς εἰ λέγοι· Τὸ ὀλισθῆσαν εἰς ὀλιγοπιστίαν, οὐκ ἂν ἐπιῤῥώσειε ταῖς μυσταγωγίαις. « Τὸ δὲ ἐσκορπισμένον, οὐ μὴ ζητήσῃ. » Τὸ ἐκπεφοιτηκὸς, φησὶ, τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ τῆς ἀγέλης ἀποσκιρτᾷν εἰωθὸς, οὐ μὴ ζητήσῃ, τουτέστιν οὐκ ἂν μεταθείη πρὸς τὸ ἄμεινόν τε καὶ ἔχον ὀρθῶς. « Τὸ συντετριμμένον οὐ [μὴ] ἰάσηται. » Συντρίβεται δέ τις, ἢ πονηρᾶς ἡδονῆς ἡττώμενος, καὶ οἷον οὐ φέρων τῆς φιλοσαρκίας τὸ βάρος· ἤγουν ταῖς τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν B ἀπάταις συνηρπασμένος, καὶ ὑγιᾶ τὸν νοῦν οὐκ ἔχων εἴς γε τὸ χρῆναι πιστεύειν ὀρθῶς. Τοῦτον πάλιν ὁ ἀγαθὸς ἰᾶται ποιμήν. Ὅ γε μὴν ἄπειρος, « Τὸ ὁλόκληρον οὐ μὴ κατευθύνῃ, καὶ τὰ κρέα τῶν ἐκλεκτῶν καταφάγεται, καὶ τοὺς ἀστραγάλους αὐτῶν ἐκστρέψει. » Πολεμήσει γὰρ τοῖς ἁγίοις ὁ τῆς ἀνομίας υἱὸς, καὶ ἀχάλινον αὐτοῖς ἐπαφεὶς τὴν ὀργὴν, μονονουχὶ καὶ κρεωνομήσει, καὶ καταφάγεται θηρὸς ἀγρίου δίκην. Ἐκστρέψει δὲ καὶ τοὺς ἀστραγάλους, ἵνα μή τις ἔχοι τὸ ὀρθοποδεῖν δύνασθαι. Καταβιάσεται γὰρ προσκυνεῖν αὐτῷ, καταπλήττων τοῖς θαύμασιν· « Ἔχει γὰρ τὴν παρουσίαν κατ' ἐνέργειαν τοῦ Σατανᾶ, καὶ ἐν Βεελζεβοὺλ ποιήσει τέρατα, ὥστε πλανῆσαι, εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς, » καὶ ᾗ φησιν ὁ Σωτὴρ, « Οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σὰρξ, » μαινομένης κατὰ πάντων τῆς ἐκείνου πλεονεξίας. « Διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι. » — « Ἀνελεῖ γὰρ αὐτὸν ὁ Κύριος τῷ πνεύματι, καὶ καταργήσει τῇ ἐπιφανείᾳ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. »

non subjectis, idcirco ait: « Ecce ego excitabo pastorem super terram. Quod defecit non visitabit. » Perinde ac si dicat, quod prolapsum est in imbecillitatem fidei, doctrina sacra non confirmabit. « Et quod dispersum est, non requiret. » Quod a recta via discessit, inquit, et a grege resilire solet, non requiret, hoc est, ad statum meliorem et probatum non revocabit. « Quod contritum est non sanabit. » Conteritur autem quis, aut voluptate prava expugnatus et quodammodo amoris rerum carnalium pondus non sustinens, aut certe impiorum hæreticorum deceptionibus una abreptus et ad recte credendum sana mente destitutus. Talem rursus sanat pastor bonus. Imperitus autem « quod integrum est non diriget, et carnes electorum devorabit, et talos eorum pervertet. » Oppugnabit enim sanctos filius iniquitatis, et ira indomita eos invadens propemodum dilaniabit, et instar truculentæ bestiæ devorabit. Pervertet etiam talos, ne quis recto passu ingredi queat. Coget enim se adorare miris operibus obstupefactos. « Cujus adventus secundum operationem Satanæ, et in Beelzebul edet portenta [28], ut in errorem induceret, si fieri posset, etiam electos [29]; » et ut ait Salvator, « non fieret salva omnis caro [30], » illius potentia contra omnes furente. « Propter electos autem breviabuntur dies illi [31]. » — « Interficiet enim illum Dominus spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui [32]. »

Ὦ οἱ ποιμαίνοντες τὰ μάταια, καὶ οἱ καταλελοιπότες τὰ πρόβατα, μάχαιρα ἐπὶ τοῦ βραχίονος αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν αὐτοῦ. Ὁ βραχίων αὐτοῦ ξηραινόμενος ξηρανθήσεται, καὶ ὁ ὀφθαλμὸς ὁ δεξιὸς αὐτοῦ ἐκτυφλούμενος ἐκτυφλωθήσεται. C

VERS. 17. *O qui pascitis vana, et qui reliquistis oves, gladius super brachium ejus, et super oculum dexterum ejus. Brachium ejus siccatum siccabitur, et oculus dexter ejus excæcatus excæcabitur.*

ΠΕʹ. Γεγονότος ἅπαξ τοῦ λόγου περὶ ποιμένος ἀπείρου, μονονουχὶ καὶ ἐπιστυγνάζει λοιπὸν τοῖς μὴ ἀγαθοῖς ποιμέσι, καὶ γενικώτατόν τινα τρόπον χρῆται τῷ λόγῳ, τὰ τοῖς ὧδε γνώμης ἔχουσι συμβησόμενα προαναφωνῶν. Ἄθρει γὰρ ὡς ἤδη τὰς τῆς ῥαθυμίας ἀποτιννύουσι δίκας τάχα που καὶ συναλγεῖ δι' ἔμφυτον ἡμερότητα, καὶ καταιτιᾶται μὲν, ὅτι ποιμένες γεγόνασι τῶν ματαίων, τουτέστι τῶν προσκαίρων ἐπιμεληταὶ, ῥᾴθυμοι δὲ οὕτως, ὡς ἐπιγάννυσθαι τοῖς D προβάτοις ἀθλίως διολωλόσιν. Οἱ μὲν γὰρ πωλοῦντες ἔλεγον· « Εὐλογητὸς Κύριος, καὶ πεπλουτήκαμεν. » Οἱ δὲ κατέσφαζόν τε καὶ οὐκ ἔπασχον οὐδὲν ἐπ' αὐτοῖς· τοῦ γὰρ χρῆναι ποιμαίνειν ὀρθῶς, οὐδεὶς ἦν παρ' αὐτοῖς λόγος. Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, κλείοντές τε τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καθά φησιν ὁ Χριστὸς, « Καὶ μήτε αὐτοὶ εἰσερχόμενοι, μήτε μὴν ἑτέρους ἀφιέντες εἰσελθεῖν· ἀλλὰ περιάγοντες μὲν τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὰν, ἵνα ποιή-

LXXXV. Suscepto semel sermone de pastore imperito, contristatur quasi jam super pastoribus non bonis, et admodum generatim loquitur, ita animo affectis eventura prænuntians. Vide autem quemadmodum nunc pœnas inertiæ pendentes fortassis etiam commiseratur, propter insitam mansuetudinem: quanquam accusat eos, **771** quod pastores vanorum facti sint, hoc est, temporalium satagentes, adeo autem socordes, ut etiam super ovibus misere pereuntibus lætarentur. Alii namque vendentes eas dicebant: « Benedictus Dominus, et divites evasimus [33]. » Alii vero occidebant, nec quidquam commovebantur; nam ut recte pascerent, id sane non curabant. Tales porro erant doctores Judæorum, « claudentes regnum cœlorum, » sicut ait Christus [34], « et neque ipsi intrantes, nec alios intrare sinentes: sed circumeuntes mare et aridam, ut faciant unum proselytum, qui cum factus fuerit, faciunt eum filium

[28] II Thess. II, 3-11. [29] Matth. XXIV, 24. [30] Ibid. 22. [31] Ibid. [32] II Thess. II, 8. [33] Zachar. XI, 5. [34] Matth. XXIII, 13.

gehennæ duplum quam ipsi sunt [35]. » Quid igitur A adeo improbis pastoribus eveniet? « Gladius, inquit, super brachium ipsius, et super oculum dexterum ejus. » *Brachium* pro viribus et typo efficientiæ spiritualis accipitur. Itaque de animalibus occisis in sacro tabernaculo selecta altari sancto pars brachium, seu armus erat, et sacrum donarium Deo, ostendente Scriptura, ut existimo, sub quodam integumento, Deo proprias corporis et spiritus vires consecrari oportere. Brachium autem significare vires, testabitur quidam sanctorum, Deum universorum alloquens: « Magnitudine brachii tui fiant ut lapides [36]. » Oculus autem mentis imago est. Patietur itaque qui non recte pascit brachii et oculi mutilationem, hoc est, et a corporeo et a spirituali robore deseretur. Non enim quidpiam boni B præstare poterit, Deo illum non corroborante: et animo obscurabitur, qui divini luminis expers aut est, aut censetur. Haud enim cum fiducia dicet: « Quoniam tu illuminabis lucernam meam, Domine; Deus meus, illuminabis tenebras meas [37]. » Dexterum autem brachium est quod gladio præciditur, et oculus dexter qui excæcatur. Nihil enim dexterum apud populum Judæorum, non actio bona.... Etenim, ut est apud Paulum, « Usque hodie quando legitur Moses, velamen super cor eorum positum est [38]. » Psallit et alicubi David de ipsis: « Obscurentur oculi eorum ne videant [39]. » Omnia igitur illorum sinistra, sive cogitata, sive mores dicas, sive aliud eorum quæ illis adesse credita sunt. Ac sinistrorum quidem ablationem conducere posse, eam sustinen- C tibus, non me latet. Nam abjectio stultitiæ omni culpa et probro eos liberaverit; **772** contra non mediocriter læserit dextrorum amissio: omnino enim ad inhonesta et maxime exsecrabilia deducit. Sed Judæos deceat, et perquam convenienter, spoliatos dextris paupertatem perferre: nos autem qui sumus in Christo, sinistra amittere, et dextris gloriari.

σωσι ἕνα προσήλυτον, εἰ δὲ δὴ γένοιτο, ποιοῦντες αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλώτερον ἑαυτῶν. » Τί δὴ οὖν ἄρα τοῖς οὕτω πονηροῖς ποιμέσι συμβήσεται; « Μάχαιρα, φησὶν, ἐπὶ τοῦ βραχίονος αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν αὐτοῦ. » Λαμβάνεται δὲ *ὁ βραχίων* εἰς δύναμίν τε καὶ τύπον τῆς πνευματικῆς ἐνεργείας. Καὶ γοῦν τῶν σφαζομένων ζώων ἐν τῇ ἁγίᾳ σκηνῇ ἀπόλεκτον τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ μέρος, ὁ βραχίων ἦν, καὶ ἱερὸν ἀνάθημα τῷ Θεῷ, ὑπεμφαίνοντος, οἶμαι, τοῦ λόγου δι' αἰνίγματος, ὅτι τῷ Θεῷ τὴν ἰδίαν ἀναθετέον ἰσχὺν τήν σωματικήν τε καὶ πνευματικήν. Ὅτι δὲ ὁ βραχίων κατασημαίνει τὴν δύναμιν, πιστώσεταί τις τῶν ἁγίων, τῷ τῶν ὅλων Θεῷ προσπεφωνηκώς· « Μεγέθει βραχίονός σου ἀπολιθωθήτωσαν. » Ὁ δέ γε ὀφθαλμὸς ἐκ νοῦ τύπου λαμβάνεται. Πείσεται δὴ οὖν ὁ μὴ ποιμαίνων ὀρθῶς βραχίονός τε καὶ ὀφθαλμοῦ τὴν πήρωσιν, τουτέστιν, ἔρημος ἔσται σωματικῆς καὶ πνευματικῆς ἰσχύος. Οὐ γὰρ δυνήσεταί τι κατορθῶσαι τῶν ἀγαθῶν μὴ ἐνισχύοντος Θεοῦ· κατασκοτισθήσεται δὲ καὶ τὸν νοῦν, ἀμέτοχος τοῦ θείου φωτὸς ὑπάρχων τε καὶ νοούμενος. Οὐ γὰρ δυνήσεται λέγειν ἐκ παῤῥησίας· « Ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε· ὁ Θεός μου, φωτιεῖς τὸ σκότος μου. » Δεξιὸς δὲ ὁ βραχίων ὁ τῇ μαχαίρᾳ τεμνόμενος, καὶ μὴν καὶ ὀφθαλμὸς ὁ τυφλούμενος. Δεξιὸν γὰρ οὐδὲν παρὰ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις, οὐ πρᾶξις ἀγαθή. . . . . Ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, « Ἄχρι σήμερον ἡνίκα ἂν ἀναγινώσκηται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. » Ψάλλει δέ που καὶ ὁ Δαβὶδ περὶ αὐτῶν· « Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. » Σκαιὰ δὴ οὖν ἅπαντα τὰ παρ' αὐτοῖς, κἂν νόημα, κἂν τρόπον εἴπῃς, κἂν ἕτερόν τι τῶν προσεῖναι πεπιστευμένων. Τῶν μὲν γὰρ ἀριστερῶν ἡ ἀφαίρεσις ὀνήσειεν ἂν οἶδ' ὅτι τοὺς ὑπομένοντας. Ἀποβολὴ γὰρ σκαιότητος αἰτίας τε καὶ μώμου παντὸς ἀπαλλάξειεν ἂν αὐτούς. Ἀδικήσειε δ' ἂν οὐ μετρίως ἡ τῶν δεξιῶν ἀπόδειξις. Ἀποφέρει γὰρ πάντως εἰς τὰ αἰσχίω, καὶ βδελυρώτατα. Ἀλλ' Ἰουδαίοις πρέποι ἄν, καὶ μάλα εἰκότως, τὸ ἐν στερήσει πένεσθαι τῶν δεξιῶν· ἡμῖν δὲ τοῖς ἐν Χριστῷ τὴν ἀποβολὴν γενέσθαι σκαιότητος, καὶ τοῖς δεξιοῖς ἐναβρύνεσθαι.

TOMUS QUINTUS.

CAP. XII.

D VERS. 1. *Assumptio verbi Domini super Israel. Dixit Dominus extendens cœlum, et fundans terram, et fingens spiritum hominis in eo.*

LXXXVI. Postquam quod sufficiat commodissime disseruit de vero pastore, hoc est Christo, atque etiam de imperito, et crudelissimo, et carnifice ovium, quem Antichristum esse dicimus, utiliter etiam futurarum aliquando persecutionum contra Israelem, et neutiquam quidem Israelis secundum carnem, sed intelligibilis illius et vere sanctæ Jerusalem, quæ est « Ecclesia Dei viventis [40], » mentionem inducit. Sicut enim asserimus esse intelligi-

ΤΟΜΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒʹ.

Λῆμμα λόγου Κυρίου ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. Λέγει Κύριος, ἐκτείνων οὐρανὸν, καὶ θεμελιῶν γῆν, καὶ πλάσσων πνεῦμα ἀνθρώπου ἐν αὐτῷ.

ΠϚʹ. Ἀποχρῶσαν εὖ μάλα ποιησάμενος τὴν ἀφήγησιν τὴν ἐπί γε τῷ ἀγαθῷ ποιμένι, τουτέστι Χριστῷ, καὶ μέν τοι τὴν ἐπὶ τῷ ἀπείρῳ τε καὶ ὠμοτάτῳ, καὶ κρεωνομοῦντι τὰ πρόβατα, τοῦτον δὲ εἶναί φαμεν τὸν Ἀντίχριστον, διαμέμνηται χρησίμως καὶ τῶν ἐσομένων κατὰ καιροὺς διωγμῶν, κατά γε τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ οὐχὶ δὴ πάντως τοῦ κατὰ σάρκα, μᾶλλον δὲ τοῦ νοητοῦ, καὶ τῆς ἁγίας ὄντως Ἱερουσαλὴμ, ἥτις ἐστὶν « Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος. » Ὥσπερ

[35] Matth. XXIII, 15. [36] Exod. XV, 16. [37] Psal. XVII, 29. [38] II Cor. III, 15. [39] Psal. LXVIII, 24. [40] I Tim. III, 15.

ΙΑ'. Εὐαφόρμως σφόδρα τῆς ἐν Χριστῷ πολιτείας ὡς ἐν προαγορεύσει τέως προαναφαίνει τὸ κάλλος· ὡς γὰρ τῆς ἐν νόμῳ σκιᾶς ὅσον οὐδέπω πεπαυσομένης, καὶ τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἱερωσύνης, μελλόντων τε ἀναδείκνυσθαι κατὰ καιροὺς τῶν τῆς ἀληθείας ἱερουργῶν, οἳ καὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας ἔσονται λειτουργοὶ, ζητήσουσί τε καὶ μάλα γοργῶς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν. Συγκλεισθήσεσθαι δὲ θύρας φησὶν ἐπ' αὐτοὺς, ἢ εὐωδίας οὐκ ἐσομένης τοῖς κατὰ νόμον ἱερατεύουσιν· « Ἐὰν γὰρ κλείσῃ κατὰ ἀνθρώπου, φησὶν, τίς ἀνοίξει; » ἤγουν τῆς ἀληθεστέρας ἀναδειχθείσης σκηνῆς, τουτέστι τῆς Ἐκκλησίας, οὐκ εἰσελάσουσιν ἐν αὐτῇ τινες τὴν κατὰ νόμον ἱερωσύνην πληροῦντες ἔτι. Ἐκκλειόμενοι δὲ ὥσπερ δι' ἀπιστίας, ἔξω τε μενοῦσι, καὶ τῶν ἁγίων οὐχ ἅψονται. Ὅτι γὰρ ἐκπεπτώκασι τῆς ἱερουργίας, σαφὲς ἂν γένοιτο τοῦ Θεοῦ λέγοντος διὰ φωνῆς Ὠσηέ· « Διότι ἡμέρας πολλὰς καθίσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ἄρχοντος, οὐκ οὔσης θυσίας, οὔτε ἱερατείας, οὔτε δήλων. » Οὐκοῦν τῆς ἐν νόμῳ λατρείας τὴν οἱονεὶ κατάληξιν, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἱερωσύνης τὸν συγκλεισμὸν, κατασημήνειεν ἂν, ὥς γέ μοι δοκεῖ, τὸ δεῖν ἐπ' αὐτοῖς κλεισθήσεσθαι θύρας εἰπεῖν, οὐ προσιεμένης αὐτοὺς τῆς Ἐκκλησίας· οὐ γὰρ μηλοσφαγεῖν ἔτι καιρὸς, ἀλλ' ἤδη ταῖς ἀναιμάκτοις τιμᾶται θυσίαις ὁ τῶν ὅλων Θεός. Ἐπειδὴ δὲ προσεπάγει τούτοις τὸ, « Οὐκ ἀνάψετε τὸ θυσιαστήριόν μου δωρεὰν, » ἐν ἤθει φαμὲν γεγενῆσθαι τὸν λόγον. Βούλεται γὰρ ἤδη δηλοῦν, ὅτι κέκληνται πρὸς ἱερουργίαν καὶ εἰς τὸ πῦρ ἐνιέναι τῷ θυσιαστηρίῳ, οὐχ ἵνα τὴν τοῦ κεκληκότος αὐτοὺς παραλύσωσι δόξαν, ἀλλ' ἵνα τιμῶντες τοῖς καθήκουσι τρόποις καὶ τὰ τῆς ἱερωσύνης ἔχοιεν γέρα. Οἱ δὲ δὴ τῶν οὕτω σεπτῶν οὐ πεφροντικότες σπουδασμάτων, μήτε μὴν αἰδοῖ τῆς ἱερουργίας προσκρούειν Θεῷ παραιτούμενοι, δικαίως ἂν ἤδη κολάζοιντο. Ἔγκλημα γὰρ οὐ μικρὸν εἴη ἂν, καὶ μάλα εἰκότως, τὸ ποιεῖσθαι παρ' οὐδὲν τῶν παρὰ Θεοῦ δεδωρημένων τὴν μέθεξιν, ἀποσείεσθαί τε καὶ λίαν ἀβούλως τὰς παρ' αὐτοῦ τιμάς. Καὶ γοῦν ὠνόμασταί τε γήϊνός τε καὶ βέβηλος ὁ Ἡσαῦ, ὅτι βρώσεως μιᾶς ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια ἑαυτοῦ. Οὐκοῦν ὅταν λέγει, « Οὐκ ἀνάψετε τὸ θυσιαστήριόν μου δωρεὰν, » βούλεται δηλοῦν, ὡς οὐκ ἀγέραστον μὲν ἡ ἱερωσύνη· πλὴν οὐδὲ ἔξω δίκης, εἰ μὴ προσφέροιτό τις αὐτῇ, καθ' ὃν ἂν προσήκοι τρόπον τε καὶ λόγον. Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ τῶν Ἑβραίων ἔκδοσις ἑτέραν ἔχει τὴν τῶν νοημάτων ἀπόδοσιν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν τῆς λέξεως συνθήκην. Ἔφη γὰρ, ὅτι Ὑμεῖς τε οἱ Λευῖται, καὶ μὴν καὶ οἱ ἱερεῖς, οἱ τὴν ἐσχάτην ἐν τῷ ναῷ τάξιν ἔχοντες, τεταγμένοι τε πρὸς ὑμῶν εἰς τὸ κλείειν τὰς θύρας, οὐκ ἀνάψετε τὸ θυσιαστήριόν μου δωρεὰν, τουτέστιν, οὐκ ἀμισθὶ ποιεῖσθε τὴν δουλείαν, ἤγουν τὴν ἱερωσύνην, προσαγόντων ἡμῖν τῶν λαῶν δεκάτας, ἀπαρχὰς, εὐχαριστήρια. Ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν κατημέληται τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐκ ἐν φροντίδι γέγονε τῇ προὐργιαιτάτῃ,

[70] Isa. XXII, 22; Job XII, 14. [71] Osee III, 4. [72] Hebr. XII, 16.

Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. Διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν τὸ ὄνομά μου δεδόξασται ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσάγεται τῷ ὀνόματί μου, καὶ θυσία καθαρά· διότι μέγα τὸ ὄνομά μου ἐν τοῖς ἔθνεσι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

ΙΒ'. Ἀποφάσκει λοιπὸν ἐναργῶς τῆς κατὰ νόμον λατρείας τὴν προσαγωγὴν, μονονουχὶ δὲ καὶ ἀποφοιτᾷ τῆς εἰς Ἰουδαίους ἀγάπης, καὶ ἀνεθέλητον ποιεῖται τὴν ἱερωσύνην, καὶ ἀπαράδεκτον τὴν σκιὰν, βουθυσίας δὴ λέγω καὶ καπνοὺς, ὅτι μήτε ἐν ἀρχαῖς οὗτος ἦν ὁ σκοπὸς αὐτοῦ. Καὶ μὴν καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐναργὲς καὶ δι' ἑτέρων προφητῶν ἐποιεῖτο, λέγων διὰ μὲν φωνῆς Ἡσαΐου· « Πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων, καὶ τράγων οὐ βούλομαι· οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; Πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. Ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον· θυμίαμα βδέλυγμά μοί ἐστι. » Διὰ δέ γε τῆς Ἱερεμίου φωνῆς· « Τὰ ὁλοκαυτώματα ὑμῶν συναγάγετε μετὰ τῶν θυσιῶν ὑμῶν, καὶ φάγετε τὰ κρέα, ὅτι οὐκ ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσιῶν, ἐν ᾗ ἡμέρᾳ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου. » Ὑποτύπωσις γὰρ ὥσπερ, καὶ προαναφώνησις τῆς ἐν πνεύματί τε καὶ ἀληθοῦς λατρείας ὁ νόμος ἦν, « καὶ δικαιώματα σαρκὸς, ὡς θεσπέσιος γράφει Παῦλος, μέχρι καιροῦ διορθώσεως ἐπικείμενα. » Ὁ δέ γε τῆς ἐπανορθώσεως καιρὸς εἴη ἂν οὐχ ἕτερος, οἶμαι, τις παρὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίαν, ὅτε καὶ ἡ πρώτη μὲν διάθεσις διὰ τὸ, τὸ ἀμεμπτον οὐκ ἔχειν, ἀφανισθῆναι λέγεται· ἐπαλαιώθη γάρ· τῆς γε μὴν νέας καὶ δευτέρας ἐξητήθη τόπος, ἣ καὶ παντὸς ἐπέκεινα μώμου τε καὶ αἰτίας ἐστί. Λελάληκε γὰρ δι' αὐτῆς, ὃς καὶ « μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος » ὠνόμασται. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν· « Ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ἀλλ' ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω. » Ἔφη τοίνυν ἐναργῶς τοῖς κατὰ νόμον ἱερατεύουσιν, ὡς ἀνεθέλητοί τέ εἰσιν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ, ὡς ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔχει θελήματα, ἐν σκιᾷ καὶ τύποις πληροῦσι θυσίας, καὶ ὡς οὐκ ἂν προσδέξαιτο παρ' αὐτῶν τὰ ἱερουργούμενα. Προαγορεύει δὲ ὅτι μέγα καὶ ἐπιφανὲς ἔσται τὸ ὄνομα αὐτοῦ παρὰ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ τε καὶ ἔθνει θυσίαι καθαραὶ καὶ ἀναίμακτοι προσκομισθήσονται τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, κατασμικρυνόντων αὐτὸν οὐκέτι τῶν ἱερουργῶν, οὔτε μὴν ῥᾳθύμως προσκομιζόντων αὐτῷ τὰς πνευματικὰς λατρείας· ἀλλ' ἐν σπουδῇ, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ ἁγιασμῷ, τὰς τῶν νοητῶν θυμιαμάτων εὐωδίας ἀνακομίζειν ἐσπουδακότων, τουτέστι, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην, καὶ τὰ ἐξ ἔργων ἀγαθῶν αὐχήματα, προστεταγμένης δηλονότι τῆς Χριστοῦ θυσίας τῆς οὐρανίου καὶ ζωοποιοῦ, δι' ἧς κατήργηται θάνατος, καὶ ἡ φθαρτὴ δὴ αὐτὴ, καὶ ἀπὸ γῆς, σὰρξ ἀμφιέννυται τὴν ἀφθαρσίαν.

VERS. 11. *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens, et sacrificium non suscipiam ex manibus vestris. Quia ab ortu solis usque ad occasum nomen meum glorificatum est in gentibus, et in omni loco incensum offertur nomini meo, et sacrificium mundum; quia magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.*

XII. Deinceps oblationem juxta cultum legalem manifeste repudiat, et propemodum a charitate ergà Judæos discedit, et sacerdotio abhorret, et umbram non admittit, boum immolationes et nidores, inquam, quoniam neque a principio hic illi scopus. Atque istud nobis etiam per alios prophetas declaravit. Per Isaiam quidem: « Plenus sum holocaustis arietum, et adipem agnorum, et sanguinem taurorum et hircorum nolo: neque veneritis apparere mihi. Quis enim quæsivit hæc de manibus vestris? Calcare atrium meum non apponetis. Si obtuleritis siliginem vanum: incensum abominatio est mihi [73]. » Per Jeremiam autem: « Holocautomata vestra congregate cum sacrificiis vestris, et comedite carnes, quia non sum locutus ad patres vestros, et non præcepi eis, in qua die eduxi eos de terra Ægypti, de holocautomatibus et victimis [74]. » Quasi quædam informatio, et promulgatio præcedens spiritualis verique cultus lex erat, « et justitiæ carnis, ut scribit divinus Paulus, usque ad tempus correctionis impositæ [75]. » Nec correctionis tempus aliud fuerit, opinor, præter adventum Salvatoris nostri, quando et prius illud testamentum, quia culpa non vacaret, abolitum dicitur. Inveteravit, et novi ac secundi quæsitus locus, in quod nulla reprehensio, culpa nulla cadit. Per id enim verba fecit, qui etiam « magni consilii Angelus » dictus est [76]. **830** Cujus est et illud: « Ego a me ipso non loquor: sed qui misit me Pater, ipse mandatum dedit mihi quid dicam, et quid loquar [77]. » Aperte igitur sacerdotibus legis dixit, se ipsos nolle, vel potius se in ipsis voluntatem non habere, in umbra nempe et figuris sacrificantibus, eorumque sacra non suscepturum. Prænuntiat autem fore magnum et illustre nomen suum apud omnes toto orbe mortales, et in omni loco ac gente sacrificium mundum et incruentum nomini suo oblatum iri, non jam sacerdotibus illis ejus dignitatem obscurantibus, neque incuriose spiritualem cultum ei offerentibus, sed cum diligentia, et bonitate, et sanctimonia incensorum spiritualium suaveolentiam offerre satagentibus, fidem scilicet, spem, charitatem et honestamenta bonorum operum, ita constituto scilicet Christi sacrificio cœlesti ac vivifico, per quod destructa est mors, et caro ista terrena, et corruptioni obnoxia incorruptionem induitur [78].

Ὑμεῖς δὲ βεβηλοῦτε αὐτὸ ἐν τῷ λέγειν ὑμᾶς·

VERS. 12. *Vos autem contaminatis illud, in eo*

[73] Isa. I, 11-13. [74] Jerem. VII, 21, 22. [75] Hebr. IX, 10. [76] Isa. IX, 6. [77] Joan. XII, 49. [78] I Cor. XV, 53.

quod dicitis vos : Mensa Domini polluta est, et qui superponuntur despecti sunt cibi ejus.

XIII. Meliores et magis frugi fore ex gentibus vocatos, quam Israelitas, hinc quoque patefacit. Apud illos enim sacrificia munda, et beneolens thymiama, et magnum nomen Domini « ab ortu solis usque ad occasum [79]. » Apud vos autem altare, inquit, non est in magna et quæ Deum deceat gloria. Contaminatis enim illud, dicentes: « Mensa Domini polluta est, et despecta quæ sunt super ea. » Et par quidem erat, sacerdotes hujuscemodi verbis abstinere, cum ipsis factis clamarent, sicut nimirum, « Et insipiens dicit in corde suo: Non est Deus [80]. » Per quæ enim quis contemnere cernitur, tametsi vocem non edat, operibus tamen ipsis et vitæ pravitate tantum non clamat, « Non est Deus. » Qui enim sic vivere consueverunt, quasi Deo non inspectante omniaque soluto animo et insolenter atque impie agere, hi rebus et factis ipsis Deum negant. Ad hunc itaque modum, qui sancto altari venerationem illi imprimis congruam debitamque servare non studuerunt, **831** per ipsa quæ consectantur dicunt, « Mensa Domini polluta est. » Fugienda est ergo in his incuria; qui secus faxit, audire Deum debebit dicentem : « Non est mihi voluntas in vobis, et sacrificium non suscipiam ex manibus vestris. » Quin autem miserrimum sit Deum offendere, quis cui ab animo et mente bene est, dubitaverit ?

VERS. 13. *Et dixistis : Hæc ex afflictione sunt, et exsufflavi ea, dicit Dominus omnipotens. Et inferebatis rapta, et clauda, et infirmata. Et si obtuleritis sacrificium, si suscipiam ea de manibus vestris, dicit Dominus omnipotens.*

XIV. Acriter accusat sacerdotes, ut qui offerenda in sacrificio lustrare, an vitiosa sint, minime vellint, et, sine cura atque exploratione, clauda, cæca, morbida admittant, quanquam lex aliqua corporis parte non sana et integra rejici aperte jusserit. Quod si forte sacerdotum quispiam inutile pecus ad sacrificium offerentes studio servandæ legis repelleret, non discedebant, captivitatem omnimodis prætendentes, et audacter admodum affirmantes non esse malas victimas, sed ex itinere ita afflictas, cum e Babylone in Judæam reverterentur. Offerebant porro et rapta, et clauda, et debilia. Feræ siquidem incursantes, interdum gregibus nocent : seu forte quid rapuerint, deinde cursu pastor insecutus, faucibus earum eripuerit : et canum latratibus perterrefecerit, aut pedum in eas projecerit. Hæc sunt, opinor, rapta, et hæc simul cum claudis, quæ cum cæteris pasci amplius non possent, offerebant. Etiam infirmata dicabant, hoc est, jam moribunda, universorum Deum dedecorantes potius quam honorantes. Verum « exsufflavi ea, dicit Dominus om-

[79] Psal. XLIX, 1. [80] Psal. XIII, 1.

A *Τράπεζα Κυρίου ἠλισγημένη ἐστὶ, καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα ἐξουδένωται βρώματα αὐτοῦ.*

ΙΓ'. Ὅτι καὶ ἀμείνους ἔσονται, καὶ ἐπιεικέστεροι τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, οἱ ἐξ ἐθνῶν κεκλημένοι, καὶ διὰ τούτων ἡμῖν καθίστησιν ἐναργές. Παρ' ἐκείνοις μὲν γὰρ αἱ θυσίαι καθαραὶ, καὶ τὸ εὐῶδες θυμίαμα, καὶ μέγα τὸ ὄνομα « ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ ἕως δυσμῶν. » Παρ' ὑμῖν δὲ, φησὶ, οὐκ ἐν δόξῃ μεγάλῃ καὶ τῇ πρεπούσῃ Θεῷ τὸ θυσιαστήριον. Βεβηλοῦτε γὰρ αὐτὸ, λέγοντες· « Τράπεζα Κυρίου ἠλισγημένη ἐστὶν, ἐξουδενωμένα δὲ καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς. » Καὶ εἰκὸς μὲν μὴ τοιούτοις ῥήμασι κεχρῆσθαι τοὺς ἱερέας, αὐτοῖς γε μὴν πράγμασι τοῦτο βοᾷν, καθάπερ ἀμέλει « καὶ ὁ ἄφρων φησὶν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός. » Δι' ὧν γὰρ ὁρᾶται καταφρονῶν, κἂν εἰ μὴ λέγῃ φωναῖς, B ἀλλ' οὖν ἔργοις αὐτοῖς, καὶ τῇ τοῦ βίου σκαιότητι μονονουχὶ διακέκραγε τὸ, « Οὐκ ἔστι Θεός. » Οἱ γὰρ οὕτω ζῇν εἰωθότες, ὡς μὴ ἐφορῶντος Θεοῦ, πάντα τε δρᾷν ἀπεριμερίμνως, καὶ ἐκτόπως ἀνοσιουργεῖν, ἔργοις αὐτοῖς καὶ πράγμασιν ἀρνοῦνται τὸν Θεόν. Κατὰ τοῦτον δὴ οὖν τὸν τρόπον, οἱ μὴ ἀποσώζειν ἐσπουδακότες τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ τὸ ὅτι μάλιστα πρέπον τε αὐτῷ, καὶ ὀφειλόμενον σέβας, δι' αὐτῶν ὧν διώκουσι λέγουσι· « Τράπεζα Κυρίου ἠλισγημένη ἐστί. » Παραινητέον δὴ οὖν τὸ ῥᾴθυμον ἐν τούτοις· καὶ εἰ μή τις ἕλοιτο τοῦτο δρᾷν, ἀκούσεται πάντως Θεοῦ λέγοντος· « Οὐκ ἔστι μου θέλημα ἐν ὑμῖν, καὶ θυσίαν οὐ προσδέξομαι ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν. » Πάνδεινον δὲ ὅτι τὸ προσκρούειν Θεῷ, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις, εἴπερ ἐστὶν ἐν καλῷ καὶ νοῦ καὶ φρενός;

C *Καὶ εἴπατε· Ταῦτα ἐκ κακοπαθείας ἐστὶ, καὶ ἐξεφύσησα αὐτὰ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. Καὶ εἰσεφέρετε ἁρπάγματα, καὶ τὰ χωλὰ, καὶ τὰ ἐνοχλούμενα. Καὶ ἐὰν φέρητε τὴν θυσίαν, εἰ προσδέξομαι αὐτὰ ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.*

ΙΔ'. Κατῃτιᾶτο λίαν τοὺς ἱερουργοὺς, ὡς ἥκιστα μὲν μωμοσκοπεῖν ἑλομένους τὰ προσαγόμενα τῶν θυμάτων, προσδεχομένους δὲ μᾶλλον ῥαθύμως τε καὶ ἀβασανίστως χωλὰ, καὶ τυφλὰ, καὶ ἄῤῥωστα, καίτοι τοῦ νόμου σαφῶς τὰ ἔμπηρα τῶν θυμάτων ἀπόβλητα δεῖν ποιεῖσθαι προστεταχότος. Εἰ δὲ δή πού τις τῶν ἱερέων ἀπεσόβει, τοῦ νόμου ἀντεχόμενος, τὸν εἰς θυσίαν προσάγοντα τὸ ἀχρεῖον, ἐπέμενον οἱ προσάγοντες, ἄνω τε καὶ κάτω τὴν αἰχμαλωσίαν προτείνοντες, D διϊσχυριζόμενοί τε καὶ μάλα νεανικῶς, φαῦλα μὲν οὐκ εἶναι, κακοπαθῆσαι δὲ μᾶλλον κατὰ τὴν ὁδὸν, ὑπονοστούντων αὐτῶν ἐκ τῆς Βαβυλῶνος εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Προσεκόμιζον δὲ καὶ τὰ ἁρπάγματα, καὶ τὰ χωλὰ, καὶ τὰ ἐνοχλούμενα. Θῆρες μὲν γὰρ ἐπιόντες ἔσθ' ὅτε κατασίνονται ταῖς ἀγέλαις, κἂν εἴ τι τυχὸν ἁρπάσειαν, εἶτα δραμὼν ὁ ποιμὴν ἐκσπάσειε τῶν ὀδόντων τὸ ἡρπασμένον, ἢ καταπτοήσας κυνῶν ὑλακαῖς, ἢ καλαύροπα βαλών. Τοῦτο, οἶμαι, τὸ ἅρπαγμα, ταῦτα προσῆγον ὁμοῦ τοῖς τοὺς πόδας λελωβημένοις, καὶ οὐκ ἔτι τοῖς ἄλλοις συγκατανέμεσθαι δυναμένοις. Προσῆγον δὲ καὶ τὰ ἐνοχλούμενα,

divinitatis nomen apud eos magnum, venerandum et admirandum esse confirmat. Hoc idem nos quoque, et non aliud sentiamus.

Suscepit autem et Dominus noster Jesus Christus centurionem idololatram, dixitque insuper : « Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel [85]. » Maledictus ergo qui Deo corruptum seu vitiosum sacrificat, cum possit illum honorare melioribus, siquidem in gregibus suis, ut modo dictum est, immaculatum et masculum habet. Observandum ad sacrificium peti masculum, licet lex Deo immolare etiam feminam præceperit [86]. Dicimus igitur sacrificia ex voto, hoc est, mere voluntaria, immaculatam et masculam victimam postulasse, et typus ad offerentem pertinebat, quodammodo hortante lege, ad Deum volentes in odorem suavitatis ascendere, viriles et animi perturbationibus majores, atque ab omni reprehensione alienissimos esse oportere. Sacrificia autem pro peccatis, de agnis et hædis feminam admittebant plane. Atque hæc etiam imbecillitatis offerentium insinuatio quædam erat. Infirmæ enim sunt feminæ, et maribus robore inferiores. Omne autem peccatum, mente infirmata nec amplius spiritale robur conservante, consciscitur.

CAP. II.

VERS. 1, 2. *Et nunc mandatum hoc ad vos, o sacerdotes : Si non audieritis, et si non posueritis in cor vestrum, ut detis gloriam nomini meo, dicit Dominus omnipotens, mittam super vos maledictionem, et maledicam benedictionem vestram, et maledicam ipsam. Et dissipabo benedictionem vestram, et non erit in vobis, quia vos non ponitis in cor vestrum.*

XVI. Culpas hactenus admissas ex bonitate condonat, et misericordiam tribuit, peccatores quasi ad primævam virtutem revocans. Hoc eum significare censeo, dum clementer ait : « Et nunc mandatum hoc ad vos, o sacerdotes. » Minatur autem deinceps, nisi facere velint quæ eos facere constare oportet, divinorumque oraculorum sensum in mentem et cor immittere, **834** et seipsis meliores evaserint, et Dei gloriam quæsiverint, altare non ultra vilipendentes, neque temere et citra explorationem legibus sancita sacra peragentes, penitissime illis maledicturum et succensurum. Puto autem ego, istorum verborum, « Maledicam benedictioni vestræ, et dissipabo ipsam, » hanc forsitan sententiam esse : Deo quibusdam felicitatem annuente, uberem proventum in agris fore, et omnia prospere successura, et pecora incredibiliter numero auctum iri, ipsosque in corporibus nihil adversum noxiumque passuros. Auferente autem ipso benedictionem

ὄνομα παρ' αὐτοῖς, σεπτόν τε καὶ ἀξιάγαστον. Διακεισώμεθα γὰρ οὐχ ἑτέρως ἡμεῖς, ἢ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον.

Ἀπεδέχετο δὲ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰδωλολάτρην ὄντα τὸν ἑκατόνταρχον, καὶ δὴ καὶ ἔφασκεν· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, παρ' οὐδενὶ τοσαύτην πίστιν εὗρον ἐν τῷ Ἰσραήλ. » Ἐπάρατος οὖν ὁ θύων Θεῷ καὶ κατεφθαρμένον, καίτοι τὸν αὐτὸν τοῖς ἀμείνοσι τιμᾷν (1), εἴπερ ἐν ποιμνίοις ἔχει, καθάπερ ἔφην ἀρτίως, τὸ ἄμωμόν τε καὶ ἄρσεν. Σημειωτέον δὲ, ὅτι τὸ ἄρσεν εἰς θυσίαν αἰτεῖ, καίτοι τοῦ νόμου προστεταχότος καταθύειν Θεῷ καὶ θήλεα. Φαμὲν οὖν, ὅτι αἱ κατ' εὐχὴν θυσίαι, τουτέστι, τὰ ἑκούσια, τὸ ἄμωμόν τε καὶ ἄρσεν ἐδέχοντο θῦμα, καὶ ἦν ὁ τύπος εἰς τὸν προσάγοντα, μονονουχὶ παρεγγυῶντος τοῦ νόμου, ὅτι χρὴ τοὺς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας ἀναβαίνειν ἐθέλοντας τῷ Θεῷ, ἀνδρείους τε εἶναι, καὶ παθῶν ἀμείνους, καὶ μώμου παντὸς ἀπωτάτω. Αἱ δέ γε ὑπὲρ ἁμαρτιῶν προσαγόμεναι θυσίαι, τὸ θῆλυ πάντως ἐδέχοντο ἀπὸ τῶν ἀμνῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ἐρίφων. Αἴνιγμα δὲ καὶ τοῦτο τῆς τῶν προσαγόντων ἀσθενείας ἦν. Ἄναλκι γὰρ τὸ θῆλυ, καὶ τῶν ἀρσένων ὡς ἐν ἰσχύϊ δεύτερον. Ἁμαρτία δὲ πᾶσα δρῷτο ἂν ἠσθενηκότος τοῦ νοῦ, καὶ οὔτε που μᾶλλον τὴν πνευματικὴν σώζοντος εὐρωστίαν.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Καὶ νῦν ἐντολὴ αὕτη πρὸς ὑμᾶς, οἱ ἱερεῖς· Ἐὰν μὴ ἀκούσητε, καὶ ἐὰν μὴ θῆσθε εἰς τὴν καρδίαν ὑμῶν, τοῦ δοῦναι δόξαν τῷ ὀνόματί μου, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ ἐξαποστελῶ ἐφ' ὑμᾶς τὴν κατάραν, καὶ ἐπικαταράσομαι τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, καὶ καταράσομαι αὐτήν. Καὶ διασκεδάσω τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, καὶ οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν, ὅτι ὑμεῖς οὐ τίθεσθε εἰς τὴν καρδίαν ὑμῶν.

Ιϛ'. Παρίησι φιλαγάθως τὰς ἐπὶ τοῖς ἤδη φθάσασιν αἰτίας, καὶ νέμει τὸν ἔλεον, εἰς ἀρχὰς ὥσπερ ἐπιεικείας ἀνατιθεὶς τοὺς ἡμαρτηκότας. Τουτὶ μὲν οἶμαι δηλοῦν, λέγοντα χρηστῶς τό· « Καὶ νῦν ἡ ἐντολὴ αὕτη πρὸς ὑμᾶς, οἱ ἱερεῖς. » Ἀπειλεῖ δὲ λοιπὸν, ὡς εἰ μὴ ἕλοιντο ποιεῖν ἃ χρὴ ποιοῦντας ὁρᾶσθαι, καὶ εἰς νοῦν ἔσω τίθεσθαι καὶ καρδίαν τῶν θείων χρησμῳδημάτων τὴν αἴσθησιν, ἔσοιντό τε αὐτῶν ἀμείνους ἢ πάλαι, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἐπιζητήσειαν, μὴ κατασμικρύνοντες ἔτι τὸ θυσιαστήριον, μήτε μὴν ἁπλῶς ἢ ἀβασανίστως τελοῦντες τὰ νενομισμένα, πάντῃ τε καὶ πάντως κατηραμένους ἀποφανεῖ καὶ ὑπὸ θείαν ὄντας ὀργήν. Οἶμαι δὲ ἔγωγε δηλοῦν τὸ, « Ἐπικαταράσομαι τὴν εὐλογίαν ὑμῶν, καὶ διασκεδάσω αὐτὴν, » ἐκεῖνο τάχα που. Θεοῦ μὲν γὰρ κατανεύοντος τὴν εὐημερίαν τισὶν, εὐφορήσει τὰ ἐν ἀγροῖς, εὐκαρπίαι τε ἔσονται καὶ εὐθηνίαι, καὶ εἰς πληθὺν ἀμέτρητον ἐπιδώσει τὰ θρέμματα, καὶ φθορᾶς ἔσονται τῆς τῶν σωμάτων ἀμείνους αὐτοί. Ἀφιστάν-

[85] Matth. VIII, 10. [86] Levit. XXII seqq.

(1) Deficit verbum impersonale.

τος δὲ τὴν εὐλογίαν αὐτοῦ, πρὸς πᾶν τοὐναντίον μεταχωρήσει τὰ πράγματα, καὶ ἀπέσται μὲν πάντως τὸ εὐημερεῖν, κατακρατήσει δὲ μᾶλλον τὰ ἐφ' οἷς ἂν εἰκότως καταγένοιτό τις. Καὶ ταυτὶ μὲν ὁ λόγος ὡς ἐν αἰσθητοῖς τε καὶ προσκαίροις πράγμασιν.

Εἰδέναι δὲ ἀναγκαῖον ὡς, εἰ μή τις ἕλοιτο τὰς θείας εἰς νοῦν ἔχειν ἐντολάς, οἰχήσεται πάντα αὐτῷ πρὸς τὸ μηδὲν τὰ εἰς νοῦν ἀγαθά, ἕξει τε καρπὸν οὐδένα τῆς φιλοθέου ζωῆς· ἀλλ' ἔσται μὲν εὐλογίας τῆς ἄνωθεν καὶ παρὰ Θεοῦ ητώμενος, παραπεσεῖται δὲ ταῖς ἀραῖς καὶ ταῖς ἐκ τούτων ποιναῖς. Ζητητέον δὴ οὖν τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν· καὶ τίνα δὴ τρόπον τοῦτο κατορθώσομεν, αὐτὸς ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξεν εἰπών· « Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Τότε καὶ πλήρη τὴν εὐλογίαν ἀποληψόμεθα καὶ ἀκράδαντον τὴν εὐθυμίαν, καὶ ταῖς πνευματικαῖς εὐχαρπίαις ἐντρυφήσομεν, ἔμπλεοί τε παντὸς ἀγαθοῦ γεγονότες, τὸν ἀληθῶς ἀξιοπρεπῆ καὶ ἐξαίρετον διαζήσομεν βίον.

Ἰδοὺ ἐγὼ ἀφορίζω ὑμῖν τὸν ὦμον, καὶ σκορπιῶ ἔνυστρον ἐπὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν, ἔνυστρον ἑορτῶν ὑμῶν, καὶ λήψομαι ὑμᾶς εἰς τὸ αὐτό. Καὶ ἐπιγνώσεσθε διότι ἐγὼ ἐξαπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐντολὴν ταύτην, τοῦ εἶναι τὴν διαθήκην μου πρὸς τοὺς Λευίτας, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

ΙΖ'. Κέκρυπταί τι πάλιν ἐν τοῖς προκειμένοις, ὃ καὶ οἶμαι δεῖν τοῖς φιλακροάμοσι διατρανοῦσθαι σαφῶς· συνεῖεν γὰρ ἂν οὕτω εὖ μάλα τὸ δηλούμενον. Ὁ νόμος τοίνυν ὁ διὰ Μωσέως ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς τὸν τῶν θείων θυσιαστηρίων παραστάτην καὶ ἱερουργὸν στεφανῶν, οἷον ἐν τάξει Θεοῦ τέθεικεν αὐτόν. Ἔφη γὰρ ὅτι « Κάρπωμα Κυρίου ὁ κλῆρος αὐτοῦ. » Ἔφη δέ που καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· « Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα. Οὐχ οἱ ἐγγίζοντες τῷ θυσιαστηρίῳ, κοινωνοὶ τοῦ θυσιαστηρίου εἰσίν; » Ἔθος γὰρ ἦν ἀπὸ παντὸς θύματος ἀφαιρεῖσθαι τῷ Θεῷ βραχίονα, καὶ στηθήνιον, καὶ τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος, καὶ τοὺς δύο νεφρούς, καὶ μέν τοι τὸ ἔνυστρον, τουτέστι, τὴν κοιλίαν, ὑπεμφαίνοντος αἰνιγματωδῶς τοῦ νομικοῦ γράμματος ὅτι πάντα ἡμῶν τὰ ἐντόσθια τῶν ἀνατιθέντων ἑαυτοὺς εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ ἱερά τε εἶναι προσήκει καὶ ἡγιασμένα. Προσεκομίζοντο γὰρ τὰ ἐντόσθια, τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀκαθαρσίας ἀπηλλαγμένα. Βραχίων τε μὴν ἰσχύος ἂν νοοῖτο σημεῖον. Χρῆναι δέ φημι πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἰσχύοντας ἡμᾶς καὶ ἀνδριζομένους ἀναμελῳδεῖν ἐκεῖνο σοφῶς τὸ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος λύρας· « Εὐλόγει, ἡ ψυχή μου, τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἐντός μου, τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ. » Καὶ περὶ μὲν τῶν ἐντοσθίων καὶ τελουμένων θυσιῶν κατὰ τὸν νόμον ἰσχνὸς ἡμῖν ἄγαν ἐκπεποίηται λόγος ἐν ἑτέραις συγγραφαῖς. Οὐκοῦν τὸ ταῦτα λέγειν ἀφέντες εἰς τὸ παρὸν, τῶν προκειμένων τὴν διασάφησιν, ὡς ἔνι, ποιεῖσθαι σπουδάσωμεν. Προστεταχότος τοίνυν τοῦ νόμου μωμοσκοπεῖσθαι δεῖν τὰ ἱερά, καὶ ἀβασάνιστον

suam, res omnino versum iri retro et statum beatiorem procul abfuturum, invalitura potius ob quæ quis merito hic non moretur. Et hæc quidem ut in rebus sensum tangentibus ac temporaneis dicta sunto.

Sciendum autem plane, nisi quis divina mandata animo continere voluerit, omnia animi bona ipsi in nihilum abitura, et vitæ religiosæ fructum nullum relaturum: quinimo cœlestem, atque a Deo impertiri solitam benedictionem amissurum, et in maledictiones pœnasque consequentes incursurum. Studendum ergo Dei gloriæ; quod quomodo legitime fiat, ipse Salvator nos docuit illis verbis: « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est [87]. » Tunc etiam plenam benedictionem et immobilem mentis serenitatem recipiemus, et in spiritualium fructuum ubertate cum voluptate versabimur, repletique bonis omnibus, vere nobis dignam et præclaram vitam traducemus.

VERS. 3, 4. *Ecce ego separo vobis humerum, dispergam ventriculum super facies vestras, ventriculum solemnitatum vestrarum, et suscipiam vos in id ipsum. Et cognoscetis quia misi ad vos mandatum hoc, ut esset testamentum meum ad Levitas, dicit Dominus omnipotens.*

XVII. Rursum in verbis adductis aliquid latet quod studiosis audiendi liquido declarandum sentio: sic enim commodissime eorumdem vim sensumque percipient. Lex igitur Mosaica sacris altaribus astantem et operantem honoribus supremis afficiens, propemodum Deo æquabat; ait enim: « Oblationes Domini possessio ejus [88]. « Et divinus Paulus: « Videte Israel secundum carnem. **835** Nonne qui appropinquant altari, participes sunt altaris [89]? » Erat quippe solemne a qualibet hostia separari Deo armum, et pectusculum, et reticulum jecoris, et duos renes, et ventriculum: quo quidem Scriptura legalis per involucrum indicat omnia interiora eorum qui se dedicaverunt Deo in odorem suavitatis sancta et sanctificata esse oportere. Offerebantur enim intima a sordibus inhærentibus purgata. Armus porro roboris indicium intelligi potest. Existimo autem nos ad omne opus bonum valentes atque animosos illud sapienter modulari debere quod Psaltes lyra sua cantavit: « Benedic, anima mea, Dominum, et omnia quæ intra me sunt, nomini sancto ejus [90]. » Ac de intestinis quidem et sacrificiis secundum legem peragi solitis enucleate nobis in aliis libris disputatum est. Quare de his plura dicere supersedentes in præsentia, propositorum verborum explanationem percurrere pro facultate enitamur. Cum præcepisset ergo lex victimarum labes perspicere, et inexploratam victimam ad altare haud offerre, et sacrificio perpetrando constitutis victimarum partes separare, illi

[87] Matth. v, 16. [88] Deut. xviii, 15. [89] I Cer. x, 18. [90] Psal. cii, 1.

explorare vitia non curabant, et mandatum de aphærematis quæ vocantur irritum faciebant, et non jam quod Deo, sed quod cupiditati suæ arrideret præstantes, stabilientes et constanter observari studentes, quas sibi commodiores putabant hostiarum carnes eligebant. Istud in reprehensionem adducit, et ait: « Ecce ego separo vobis humerum. » *Separo* posuit, pro, *separavi*, et denuo volo servari consuetudinem. Superadjeci quasi, sive adjicio « ventriculum quoque in facies vestras. » Quoniam enim ipsi dedecorant altare, ideo Deus dicit, «dispergam,» velut par pari referens. « Qui enim me contemnit contemnetur [91]. » — « Suscipiam itaque vos in idipsum: » hoc est, in hoc ipso superior fiam, et impios redarguam. Quia enim legem de seligendis ad usum vestrum observastis, partemque vobis con- B cessam neutiquam relinquere sustinuistis, et supervacaneum vobis videtur vitia inspicere, propterea cognoscetis clausa esse super vos ostia: hoc est, sacerdotio vos exclusos et ejectos esse. Quoniam ego dedi mandatum hoc, sive testamentum, quod disposui ad Levitas. Quid igitur inde? Sciendum est divininorum altarium ministris faciendum quod vult Deus, **836** et mandatis dominicis posthabendum atque contemnendum præ illis quidquid alioqui ipsis commodum videtur. Sic enim sancti erunt sacrorum ministri, nec pereuntia diligent, nec a turpi quæstu transversim agentur.

A θυμα μὴ προσκομίζεσθαι τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ τοῖς τεταγμένοις εἰς ἱερουργίαν τὰ τῶν θυμάτων ἀφορίζεσθαι μέρη, κατημέλησαν μὲν τοῦ χρῆναι μωμοσκοπεῖν, ἠτεθήκασι δὲ τὴν ἐντολὴν τῶν καλουμένων ἀφαιρεμάτων, οὐ τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἡδὺ τῶν ἰδίων πράττοντες θελημάτων, κρατύνοντές τε καὶ ἐμπεδοῦν σπουδάζοντες, ἅπερ αὐτοὺς ὠφελεῖν ἐδόκει τὰ ἐκ τῶν θυμάτων συναγείροντες κρέα. Τοῦτο παράγει πρὸς ἔλεγχον, καί φησιν· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἀφορίζω ὑμῖν τὸν ὦμον. » Τὸ δὲ, *ἀφορίζω*, νῦν τέθεικεν ἀντὶ τοῦ, Ἀφώρισά τε ἤδη, καὶ εἰς δεῦρο βούλομαι τηρεῖσθαι τὸ ἔθος. Προσέῤῥιψα δὲ ὥσπερ, ἤτοι προσρίπτω καὶ τὸ « ἔνυστρον εἰς τὰ πρόσωπα ὑμῶν. » Ἐπειδὴ γὰρ ἀτιμάζουσι αὐτοὶ τὸ θυσιαστήριον, ταύτῃ τοι «Σκορπιῶ,» φησὶ, οἷον ἀνθυβρίζων. « Ὁ γὰρ ἐξουδενῶν με, φησὶ, ἐξουδενωθήσεται.» — «Λήψομαι δὴ οὖν ὑμᾶς εἰς τὸ αὐτὸ, » τουτέστι, ἐν αὐτῷ δὴ τούτῳ περιέσομαι, καὶ ἀσεβοῦντας ἐλέγξω. Ἀνθ' ὅτου γὰρ δὴ τὸν μὲν ἐπὶ τοῖς ἀφαιρέμασι τοῖς ὑμῶν τετηρήκατε νόμον, καὶ τῆς δοθείσης ὑμῖν μερίδος κατ' οὐδένα τρόπον ἀνέχεσθε καταῤῥαθυμεῖν, εἰκαῖον δὲ ὑμῖν δοκεῖ τὸ χρῆναι μωμοσκοπεῖν, γνώσεσθε δὴ οὖν κεκλεισμένων ἐφ' ὑμῖν τῶν θυρῶν, τουτέστι, ἐκκλειόμενοί τε καὶ ἐκπεμπόμενοι τῆς ἱερουργίας (1). Ὅτι ἐγὼ δέδωκα τὴν ἐντολὴν ταύτην, ἤτοι τὴν διάθεσιν, ἣν διεθέμην πρὸς τοὺς Λευίτας. Τί οὖν τὸ ἐντεῦθεν; Εἰδέναι προσήκει τοὺς τοῖς θείοις λειτουργοῦντας θυσιαστηρίοις, ὅ τι τὸ Θεῷ δοκοῦν ἐκπράττεσθαι χρὴ, καὶ τῶν Δεσποτικῶν προσταγμάτων ῥιπτεῖσθαι κατόπιν πᾶν, ὅπερ αὐτοὺς ὠφελεῖν ἑτέρως δοκεῖ. Ἱεροὶ γὰρ οὕτως ἔσονται λειτουργοὶ, καὶ οὐχὶ τῶν προσκαίρων ἐρασταὶ, καὶ λημμάτων αἰσχρῶν ἡττώμενοι.

VERS. 5. *Testamentum meum fuit cum eo vitæ et pacis.*

C *Ἡ διαθήκη μου ἦν μετ' αὐτοῦ τῆς ζωῆς καὶ τῆς εἰρήνης.*

XVIII. Loquitur de iis qui sancte et cum laude sacerdotium erunt, illudque rem esse vere admirabilem ostendit, quod quidem ad legem, et ad divinarum Scripturarum fructum confirmationemque pertinet. Nam, ut sapienter scribit Paulus: « Lex sancta, et mandatum sanctum, et justum, et bonum [92]. » Quando igitur visum est de Levi verba facere, sensus percommode, plane non ad illum qui ex Jacob progenitus, et inter duodecim filios ejus numerabatur, referendus est, jam enim qui sacerdotio funguntur de familia Levi nulli sunt omnino; intelligendum autem sacerdotium, et hoc ipsum quod est sacra facere in persona Levi quodammodo figuratum. D « Fuit igitur, inquit, ad ipsum testamentum meum vitæ et pacis. » Proposita est enim verbis Mosi sanctissimo lex scripta ordinata per angelos [93], per Mosen autem posita Israelitis, vitam, et pacem iis qui innocenter vivere et legislatoris voluntatem pro regula sibi proponere vellent, annuntians.

ΙΗ'. Ἀνακομίζει τὸν λόγον ἐπὶ τοὺς ἁγίους τε καὶ εὐδοκίμως ἱερατεύσαντας, καὶ ἀξιάγαστον ἀληθῶς ἀποφαίνει χρῆμα τὴν ἱερουργίαν, τό γε ἧκον εἰς νόμον καὶ τὴν ἐκ τῶν θείων χρησμῳδημάτων ὄνησιν καὶ ἀσφάλειαν. Ὡς γὰρ ὁ σοφώτατος γράφει Παῦλος· « Ὁ νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή. » Ὅταν τοίνυν δοκεῖ περὶ τοῦ Λευὶ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ἀναθετέον εὖ μάλα τῶν νοημάτων τὴν δύναμιν, οὐχὶ δή που πάντως ἐπ' ἐκεῖνον ὃς ἀνέφυ μὲν ἐξ Ἰακὼβ, ἐναρίθμιος δὲ τοῖς δυοκαίδεκα γέγονεν υἱοῖς· οὐ γὰρ ἱερατεύουσιν ὅλως· συνήσομεν δὲ τῆς ἱερωσύνης τὸ χρῆμα, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἐστὶν ἱερουργία μονονουχὶ καὶ διαμορφούμενον ὡς ἐν προσώπῳ Λευί. « Ἦν τοίνυν, φησὶ, πρὸς αὐτὸν ἡ διάθεσίς μου τῆς ζωῆς καὶ τῆς εἰρήνης. » Λελάληται μὲν γὰρ ὡς πρὸς Μωσέα τὸν ἱερώτατον ὁ ἐν γράμμασι νόμος, διακονηθεὶς δι' ἀγγέλων, τέθειται δὲ διὰ μεσίτην Μωσέα τοῖς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ, παραγγελίαν ἔχων ζωῆς καὶ εἰρήνης τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ὀρθῶς καὶ κανόνα ποιεῖσθαι τῆς ἑαυτῶν ζωῆς τὸ τῷ νομοθέτῃ δοκοῦν.

[91] I Reg. II, 30. [92] Rom. VII, 12. [93] Galat. III, 19.

(1) Hunc locum forlasse ita rectius legas: Κεκλεισμένας ἐφ' ὑμῖν τὰς θύρας, ὑμᾶς δὲ ἐκκλειομένους τε καὶ ἐκπεμπομένους τῆς ἱερουργίας· et ita nos reddidimus.

A Ἔοικε δέ τι καὶ τῶν ἀναγκαιοτέρων εἰς θεωρίαν ὁ λόγος ἡμῖν εἰς τὸ παρὸν ὑπαινίττεσθαι. Δέδοται γὰρ ὁ νόμος τοῖς ἀρχαίοις, τοῖς ἐξ αἵματος Λευὶ παιδαγωγίαν εἰσφέρων ἐπὶ τῷ Χριστῷ, καὶ εἰκόνα τινὰ καὶ ὑποτύπωσιν ἐμφανῆ τῶν ἀληθεστέρων. Ἀληθὴς δὲ Χριστὸς, ὅς ἐστι ζωὴ, καὶ εἰρήνη, καὶ αὐτὸν ἡμῖν αἱ διὰ Μωσέως γράφουσι σκιαί. Τοιγάρτοι καὶ ἔφασκεν Ἰουδαίοις προσλαλῶν· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Αὐτὸν ἐδήλου σφαζόμενος ἀμνὸς ἐν μηνὶ τῷ πρώτῳ, τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνασώζειν ἐθέλων τῷ αἵματι τοὺς χρίειν ἐθέλοντας τὰς τῶν οἴκων φλιάς· Αὐτὸν ἡ δάμαλις ἡ πυῤῥά τε καὶ ἄμωμος, ἧς ἡ σποδιὰ μεθ' ὕδατος ἡγίαζε « τοὺς κεκοινωμένους πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, » καθὼς γέγραπται. B Αὐτὸν ὁ ἄζυμος ἄρτος, αἱ τρυγόνες, οἱ νεοττοὶ τῶν περιστερῶν, καὶ ἁπαξαπλῶς ἦν ὁ νόμος τῆς ἐπὶ Χριστῷ θεωρίας. Εἰκότως οὖν λέγεται Διαθήκη ζωῆς καὶ εἰρήνης. Ζωοποιηθέντες γὰρ ἐν αὐτῷ, δι' αὐτοῦ δὴ πάλιν τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, εἰρηνευόμεν τε πρὸς αὐτὸν δι' ὑπακοῆς καὶ πίστεως.

Καὶ ἔδωκα αὐτῷ ἐν φόβῳ φοβεῖσθαί με, καὶ ἀπὸ προσώπου ὀνόματός μου συστέλλεσθαι αὐτόν.

ΙΘ'. Ἀπαριθμεῖται χρησίμως τὰ λαμπρὰ τῆς ἱερωσύνης αὐχήματα διὰ τῆς τοῦ νόμου μυσταγωγίας ἐξευρημένα. Ἐνετίθει γὰρ μάλιστα τοῖς ἱερουργοῖς τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον· στέλλεσθαι μὲν ἀναπείθων ἀπὸ προσώπου ὀνόματος αὐτοῦ, τουτέστι, ὑφορᾶσθαι καὶ ὑποστέλλεσθαι παρασκευάζων τὸ ὄνομα τὸ Δεσποτικὸν, C αἰδῶ τε τὴν εἰς αὐτὸν ποιεῖσθαι δεῖν ἀναπείθων οὐ πάρεργον, ἀλλ' ἐσπουδασμένην· οὗ τί ἂν γένοιτο τιμαλφέστερον; Γέγραπται γὰρ ὅτι « Ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, οὗτος ὑγιαίνει. » Καὶ πάλιν· « Φόβος Κυρίου, δόξα καὶ καύχημα. » Μεμαρτύρηκε τοίνυν ὁσίως καὶ ἀληθῶς ἱερατευκόσι τὸ βεβηκὸς εἰς ἀσφάλειαν. Οὐ γὰρ ἁπλῶς πεφοβῆσθαί φησιν αὐτοὺς, ἀλλ' Ἐν φόβῳ πεφοβῆσθαι, τουτέστι, ἐν ὅλῃ ψυχῇ καὶ καρδίᾳ τὸν θεῖον εἰσδέξασθαι φόβον. Αἱ γὰρ ἐπιτάσεις ἐν τούτοις, καὶ οἱ τῶν λέξεων ἀναδιπλασιασμοὶ τὸ ἐρηρεισμένον εἰς ἀρετὴν τῶν ἐπαινουμένων τοῖς ἀκροωμένοις κατασημαίνουσιν.

Νόμος ἦν ἀληθείας ἐν στόματι αὐτοῦ, καὶ ἀδικία οὐχ εὑρέθη ἐν χείλεσιν αὐτοῦ.

D Κ'. Ἐκέλευε γὰρ ὁ νόμος καὶ τοῦ ψεύδους ἀποφοιτᾷν, ὀρθά τε καὶ δίκαια λαλεῖν, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κρίσιν εὐθῆ τε καὶ ἀδιάστροφον ποιεῖσθαι φιλεῖν. Ἔοικε δὲ πάλιν ἀλήθειαν ὀνομάζειν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, οὗ τὸν νόμον ἐν χείλεσι πεφορηκέναι φησὶ τοὺς βιοτεύοντας ἱεροπρεπῶς. Εἰ γὰρ καὶ ἦν, ὡς ἔφην, ἐν σκιαῖς ὁ νόμος, ἀλλ' ἦν ἐν αὐτῷ τῆς ἀληθείας ἡ μόρφωσις, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων ἡ ὡς ἐν Γράμμασιν ὑποτύπωσις. Εὑρήσομεν γὰρ ἐν τοῖς τύποις τῆς ἐν πνεύματι λατρείας τὴν δύναμιν. Ὅτι δὲ Χριστοῦ νόμος ἦν καὶ ὁ πάλαι τοῖς ἀρχαιοτέροις διὰ Μωσέως

A Videtur autem sermo quidpiam ad considerandum imprimis singulare nobis in præsenti insinuare. Data est enim lex veteribus, Levi progeniem ad Christum instituens, et imaginem quamdam ac delineationem evidentem rerum veriorum exhibens. Verus est autem Christus, qui est vita, et pax [94], ipsumque nobis umbræ Mosaicæ depingunt. Proinde et Judæos alloquens dicebat : « Si crederetis Mosi, crederetis forsitan et mihi : de me enim ille scripsit [95]. » Ipsum repræsentabat agnus mense primo, decima quarta die, immolatus, qui servare incolumes debebat quotquot domorum postes ejus sanguine oblevissent [96]. Ipsum vitula rufa et immaculata [97], cujus cinis aquæ permistus sanctificabat « inquinatos ad emundationem carnis, » ut scriptum est [98]. Ipsum B azymus panis [99] : ipsum turtures, et pulli columbarum [1] : et, ut universe dicam, lex mysteriorum Christi plena erat [2]. Recte igitur vocatur Testamentum vitæ et pacis. Vivificati enim in **837** ipso, per ipsum rursus accessum adepti sumus ad Deum et Patrem, pacemque cum eo per obedientiam et fidem habemus [3].

Et dedi ei ut in timore timeret me, et a facie nominis mei pavore contraheretur ipse.

XIX. Non inutiliter insignia sacerdotii ornamenta per legis mystagogiam adinventa percenset. Sacerdotibus enim Dei timorem imprimis inserebat, impellens eos ad pavorem a facie nominis ejus, hoc est, reformidare ac vereri faciens nomen Dominicum, et C ad reverentiam non perfunctoriam, sed seriam et ex studio quodam profectam eos adducens : quo quid tandem honorabilius? Scriptum est enim : « Qui timet Dominum, hic bene habet [4]. » Et iterum : « Timor Domini, gloria et exsultatio [5]. » Testatur itaque sancte et vere sacerdotio functis stabilem securitatem eventuram. Haud enim simpliciter eos timuisse dicit, sed in timore timuisse, hoc est tota anima et corde divinum timorem recepisse. Exaggerationes enim in his, et vocum conduplicationes eorum qui laudantur in virtute constantiam audientibus cogitandam subjiciunt.

VERS. 6. *Lex veritatis fuit in ore ejus, et iniquitas non est inventa in labiis ejus.*

D XX. Jubebat enim lex et a mendacio discedere, et recta atque justa proloqui, et in unaquaque re judicium rectum ac minime perversum diligere [6]. Videtur porro rursus veritatem appellare Dominum nostrum Jesum Christum, cujus legem in labiis tulisse dicit qui vitam sacerdotio respondentem transigerent. Etsi enim, ut dixi, lex in umbris erat, tamen in ea veritatis forma, seu imago, evangelicorumque oraculorum ut in litteris informatio inerat. Nam in typis virtutem cultus divini in spiritu inveniemus. Fuisse autem Christi legem quæ olim antiquioribus per Mosen divinitus est tradita, Salvator ipse auctor

[94] Coloss. III, 13; Ephes. II, 14. [95] Joan. V, 46. [96] Exod. XII, 5 seqq. [97] Num. XIX, 2 seqq. [98] Hebr. IX, 13. [99] Exod. XII, 18. [1] Levit. V, 7. [2] Hebr. X, 1. [3] Rom. V, 1, 2 ; Ephes. II, 18. [4] Eccli. I, 13. [5] Ibid. 11. [6] Exod. XXIII, 6, 7 ; Levit. XXIV, 22.

est : « Nolite putare, inquit, quia veni solvere legem aut prophetas : non veni solvere, sed implere. Amen dico vobis, donec transeat cœlum et terra, iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant [7]. »

In pace dirigens ambulavit mecum, et multos avertit ab iniquitate.

XXI. Pacem agitare cum Deo quidnam aliud intelligi possit a nobis et ab aliis, si qui **838** sunt divinarum Scripturarum intelligentes, quam velle cogitare et facere quæ ille vult, et nulla in re ipsum offendere : sed contendere potius mores commendatione et gloria dignos colere, vitamque degere suspiciendam et cum legibus omnium maxime consentientem? Ita quoque nos alloquitur Paulus : « Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum [8]. » Sic sane eum qui est natura et vere Dominus agnitum honoramus. Quod si creaturæ quoque divinos honores impendimus, impuro et detestabili peccato cogitationibus nostris dominante, Domino resistimus, et velut aciem adversus ipsum ad pugnam instruimus, duram cervicem contra extendentes, et pertinaciam rebellionemque exercentes. Idem confirmat Salvatoris discipulus his verbis : « Nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Deo? Et qui vult amicus esse hujus sæculi, inimicus Dei constituitur [9]. » Quod si ad universorum Dominum per fidem et peccati ejectionem nos converterimus, nihil se objiciet, nec quidquam nos ejus amicitia prohibebit, cui agglutinabimur quodammodo in omni genere bonitatis, et recta via gradiemur, et per speciosam semitam ambulabimus, nos ipsos et alios ad eam dirigentes. In his autem contendere occupari præ aliis sanctos sacerdotes decet, de quibus verissime dici queat : « In pace dirigens ambulavit mecum, et multos convertit ab iniquitate. » Subditi enim plerumque præpositorum suorum bonos mores per eadem vestigia sequuntur : et qui incedunt directa via salvant multos, nec difficulter eo permovent, ut vita petulante et exsecrabili moribusque improbis nuntium remittentes, meliora et suspicienda quæque apud Deum et homines laus comitetur, consectari malint.

VERS. 7. *Quoniam labia sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia angelus Domini omnipotentis est.*

XXII. Quonam modo multos converterit, atque ambulaverit dirigens in pace cum Deo, exponit, aitque eum gestasse in labiis sive in lingua omnium ad bene vivendum requisitorum notitiam, fuisseque institutorem insipientium, et magistrum infantium, et volentibus legis scita discere, verum et ab omni errore remotissimum præceptorem, non alio divinorum oraculorum sensum detorquentem, neque docentem « doctrinas, mandata hominum [10] : » sed tanquam angelum Dei, subjectis sibi populis obscu-

κεχρησμῳδημένος, ἀναπείσει λέγων ὁ Σωτήρ· « Μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον ἢ τοὺς προφήτας· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ἕως ἂν παρέλθῃ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, ἕως ἂν πάντα γένηται.

Ἐν εἰρήνῃ κατευθύνων ἐπορεύθη μετ' ἐμοῦ, καὶ πολλοὺς ἀπέστρεψεν ἀπὸ ἀδικίας.

ΚΑ'. Τὸ εἰρηνεύειν πρὸς Θεὸν τί ἂν ἕτερον νοοῖτο πρός τε ἡμῶν αὐτῶν καὶ ἑτέρων, οἵπερ ἂν εἶεν τῶν θείων Λογίων ἐπιστήμονες, ἢ τὸ φρονεῖν ἑλέσθαι καὶ δρᾷν ἃ βούλεται, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον προσκρούειν αὐτῷ, κατορθοῦν δὲ μᾶλλον ἐπείγεσθαι τὴν εὐκλεᾶ πολιτείαν, καὶ ἀξιάγαστόν τε καὶ ἐννομωτάτην ζωήν; Οὕτω καὶ ὁ θεῖος ἡμῖν προσπεφώνηκε Παῦλος· « Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς Θεόν· οὕτω μὲν τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς Δεσπότην εἰδότες τιμῶμεν. Ἀνάπτοντες δὲ καὶ τῇ κτίσει τὸ σέβας, καὶ καταχρατούσης τῶν ἡμετέρων ἐννοιῶν τῆς βεβήλου τε καὶ βδελυρᾶς ἁμαρτίας, ἀνθεστήκαμεν τῷ Δεσπότῃ, καὶ οἷον ἀντανιστάμεθα πρὸς μάχην αὐτῷ, σκληρὸν αἴροντες τὸν αὐχένα, καὶ τὸ ἀπειθὲς καὶ δυσήνιον μελετῶντες ἔτι. Καὶ πιστώσεται λέγων τοῦ Σωτῆρος ὁ μαθητής· « Οὐκ οἴδατε ὅτι ἡ φιλία τοῦ κόσμου ἐχθρὰ τοῦ Θεοῦ ἐστιν; καὶ ὃς, ἐὰν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. » Ἐπιστρέψαντες δὲ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν διὰ τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἀνῃρημένης, τὸ μεσολαβοῦν οὐδὲν, οὐδ' ἂν ἀπείρξειέ τις τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος· κολλώμεθα ὥσπερ αὐτῷ διὰ πάσης ἐπιεικείας, βαδιούμεθά τε δι' εὐθείας ὁδοῦ, καὶ τὴν καλὴν ἀληθῶς πορευσόμεθα τρίβον, ἀπευθύνοντες εἰς ἑαυτὴν ἑαυτοὺς καὶ ἑτέρους. Πρέποι δ' ἂν μάλιστα τὸ ἔν γε τούτοις εἶναι ζητεῖν τοῖς ὁσίοις ἱερουργοῖς, περὶ ὧν ἂν λέγοιτο, καὶ μάλα εἰκότως· « Ἐν εἰρήνῃ κατευθύνων ἐπορεύθη μετ' ἐμοῦ, καὶ πολλοὺς ἐπέστρεψεν ἀπὸ ἀδικίας. » Ἰχνηλατεῖ γάρ πως τὸ ὑπήκοον τὰς τῶν ἡγουμένων ἐπιεικείας, καὶ οἵπερ ἂν ἔρχοιντο δι' εὐθείας ὁδοῦ, σώζουσι πολλοὺς, ἀναπείθουσί τε ῥᾳδίως τὴν ἀσελγῆ καὶ ἐπάρατον ἀφέντας ζωὴν καὶ τοὺς τῆς ἀδικίας τρόπους, ἀνθελέσθαί τε καὶ ἀγαπᾷν τὰ ἀμείνω καὶ ἀξιάγαστα, καὶ οἷς ἂν ἕποιτο τὸ ἐπαινεῖσθαι δεῖν παρά τε Θεῷ, καὶ ἀνθρώποις.

Ὅτι χείλη ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσι ἐκ στόματος αὐτοῦ, διότι ἄγγελος Κυρίου παντοκράτορός ἐστι.

ΚΒ'. Τίνα δὴ τρόπον πολλὰς μὲν ἀπέστρεψεν, παραπεπόρευται δὲ κατευθύνων εἰρήνην κατὰ Θεοῦ, διατρανοῖ, λέγων, ὡς πεφόρηκε μὲν ἐν χείλεσιν, ἤγουν ἐπὶ γλώττης, παντὸς τοῦ πρὸς ζωὴν ἀναγκαίου τὴν γνῶσιν, γέγονε δὲ παιδευτὴς ἀφρόνων, διδάσκαλός τε νηπίων, καὶ τοῖς ἐθέλουσι ἀναμαθεῖν τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν ἀληθής τε καὶ ἀπλανέστατος ἐξηγητής, οὐχ ἑτέρωσέ ποι μετατρέπων τῶν θείων λογίων τὸν νοῦν, οὔτε μὴν διδάσκων « διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων· » ἀλλ', οἷον ἄγγελος Θεοῦ, διαλευκαίνων

[7] Matth. v, 17, 18. [8] Rom. v, 1. [9] Jac. iv, 4. [10] Isa. xxix, 13 ; Matth. xv, 9.

εὖ μάλα τοῖς ὑπὸ χεῖρα λαοῖς τὸ ἀμυδρῶς ἔσθ' ὅτε χρησμῳδούμενον. Ἀπαγγέλλει γὰρ οὐ τὸ οἰκεῖον θέλημα, οὔτε μὴν τοὺς ἀπὸ γνώσεως ἰδίας ἐρεύγεται λόγους, ὑπηρετεῖ δὲ μᾶλλον Δεσποτικοῖς θεσπίσμασι. Φαίην δ' ἄν, ὅτι καὶ ἀληθὲς ἐν τούτοις τὸ εἰρημένον ἐν βίβλῳ Παροιμιῶν· «Θησαυρὸς ἐπιθυμητὸς ἀναπαύσεται ἐπὶ στόματος σοφοῦ, ἄφρονες δὲ ἄνδρες καταπίονται αὐτόν.» Πρὸς ἐπαίνου δ' ἂν γένοιτο τοῖς ἀπαγγέλλουσί τι παρὰ Θεοῦ, τὸ μηδὲν οἷς ἀκηκόασι προστιθέναι πλεῖον, μήτε μὴν ὑφαίρεσίν τινα ποιεῖσθαι τολμᾷν, τοῦτό τοι μικροῦ παντελῶς ἀξιοῦντας λόγου. Τὰ τῶν Φαρισαίων ἀνόσια στίφη λήρου εἰς τοῦτο κατώλισθον ἀμαθῶς, ὡς διδάσκειν μὲν διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων, καὶ διὰ δέ γε τὴν σφῶν παράδοσιν τὰς θείας ἀκυροῦν ἐντολάς. Τοιαῦτα γὰρ γέγονεν ἐπ' αὐτοῖς παρὰ Χριστοῦ τὰ ἐγκλήματα. Ἀσφαλὴς οὖν ὁ νόμος· ἔφη γάρ που περὶ τῶν θείων λογίων, τὸ ἐπ' αὐτῶν οὐκέτι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. Φυλάξεται τοίνυν τῶν ἱερέων τὰ χείλη τὴν τοῦ νόμου γνῶσιν, καὶ αὐτὸν ἀπαγγέλλει προστιθεὶς οὐδέν. Ταύτῃ τοι καὶ ἄγγελος ὀνομάζεται Κυρίου παντοκράτορος, καίτοι τὴν φύσιν ἄνθρωπος ὤν, ὅτι τῷ Θεῷ δοκοῦν ἀπαγγέλλει σαφῶς, καὶ νόμον ἔχει τῆς γλώττης τὸ κίνημα.

Ὑμεῖς δὲ ἐξεκλίνατε ἐκ τῆς ὁδοῦ, καὶ ἠσθενήσατε πολλοὺς ἐν νόμῳ, διεφθείρατε τὴν διαθήκην τοῦ Λευί, λέγει Κύριος παντοκράτωρ.

ΚΓ'. Ἀντιπαρεξάγει τρόπον τινὰ ταῖς τῶν εὐδοκίμων ἐπιεικείαις τὰ τῶν ῥᾳθύμων ἐγκλήματα, καὶ ταῖς τῶν ἀμεινόνων ἀντιπαραθέσεσιν ἐλέγχει τὸ φαῦλον. Ὥσπερ γὰρ τὸ φῶς ἐν σκότει φαίνει, «τελεῖται δὲ ἐν ἀσθενείαις ἡ δύναμις·» οὕτω καὶ τῆς ἀρετῆς τὸ κάλλος ἐκφανεστέραν ἔχει τὴν εἰδέαν (1), εἰ δὴ παρακέοιτό τις φαυλότης ἢ ἁμαρτία. Οὐκοῦν διεβίωσαν μέν τινες ἱεροπρεπῶς, ἐν εἰρήνῃ κατευθύνοντες ἑαυτούς τε καὶ ἑτέρους, καὶ ἦσαν μετὰ Θεοῦ, καὶ πολλοὺς ἐπέστρεψαν ἀπὸ ἀδικίας. Πεφορήκασι γὰρ ἐν χερσὶ γνῶσιν, καὶ ἀκριβεῖς γεγόνασι τῶν θείων νόμων ἑρμηνευταί. Οἱ δὲ δὴ μετ' ἐκείνους, καὶ πρὸς οὓς ὁ λόγος, ἐκκεκλίκασιν ἐκ τῆς ὁδοῦ, παρώλισθον γὰρ τοῦ εἰκότος, σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ ἑτέρους οὐ μετρίως ἠδικήκασι, καὶ πολλοὺς ἠσθένησαν ἐν νόμῳ, τουτέστιν, ἀσθενεῖς καὶ ἀδρανεστάτους ἀποτετελέκασι περί γε τὸ δεῖν ἑλέσθαι βιοῦν ἐννόμως. Εἰ γὰρ ἔξω τοῦ πρέποντος οἴχεται τὸ ἡγούμενον, πῶς ἦν εἰκὸς μὴ οὐχὶ πάντῃ τε καὶ πάντως συναποφοιτῆσαι τὸ ὑπήκοον, καὶ τοῖς προὔχουσι συγκατολισθεῖν τὸ ἐν μοίρᾳ τῇ καταδεεστέρᾳ, καὶ ὡς ἐν συνέσει μειονεκτούμενον; Ὥσπερ γὰρ ἔννομός τε καὶ ὅσιος ἱερεὺς μιμητὰς ἐργάζεται τῶν ἰδίων κατορθωμάτων τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς· οὕτω καὶ τὸ ἐναντίον. Εἰ γὰρ αὐτοὶ διεφθάρκασι τὴν διάθεσιν τοῦ Λευί, πῶς ἦν εἰκὸς τοὺς παρ' αὐτῶν μεμυσταγωγημένους σεπτὸν ἡγεῖσθαι τὸν νόμον;

Καὶ ἐγὼ δέδωκα ὑμᾶς ἐξουδενωμένους εἰς

riora interdum divinarum **839** Scripturarum dilucidantem. Non enim suam voluntatem nuntiat, nec suæ cognitionis ac scientiæ sermones eructat: sed potius Dominicis oraculis inservit. Dixerim porro etiam in his verum reperiri quod in libro Proverbiorum exstat: «Thesaurus desiderabilis requiescet in ore sapientis: stulti autem viri devorabunt illum [11].» Nam illud ad laudem Dei nomine quidpiam nuntiantium pertinet, quod nihil auditis apponunt, nec aliquid subtrahere audent, quod scilicet id omnino parvi æstiment. Pharisæorum impia turba eo imperitiæ devenit, ut doceret doctrinas, mandata hominum, et propter suam traditionem Dei mandatum irritum faceret [12]. In hoc enim crimen Christus illos vocavit. Tuta est igitur lex, quæ quodam loco de divinis oraculis sanxit, non addendum, nec auferendum [13]. Custodient igitur labia sacerdotis scientiam [13*] legis, quam annuntians nihil addit. Idcirco et angelus Dei omnipotentis appellatus est, quamvis naturam humanam gerat, quoniam voluntatem Dei perspicue nuntiat, et legem sermonis hortatricem habet.

VERS. 8. *Vos autem declinastis a via, et infirmos fecistis multos in lege, corrupistis testamentum Levi, dicit Dominus omnipotens.*

XXIII. Laudatorum probitati inertium crimina tanquam in acie adversa statuit, meliorumque oppositione malos coarguit. Sicut enim lux in tenebris apparet magis, «et virtus in infirmitate perficitur [14]:» ita virtutis elegantia, si qua nequitia aut peccatum fuerit e regione collatum, splendidior apparet. Quare quidam, ut sacerdotibus decorum est, vitam transierunt, in pace semetipsos aliosque dirigentes, et erant cum Deo, et multos ab iniquitate converterunt. Portabant enim scientiam in manibus, divinasque leges fideliter interpretabantur. Illorum autem successores, ad quos etiam est sermo, de via deflexerunt, ac de eo quod consentaneum erat delapsi, ibi semetipsis aliisque non mediocriter nocuerunt, et non paucos in lege infirmarunt, hoc est, imbecilles et languidissimos ad vitam legibus consonam reddiderunt. Nam si qui præsunt a decoro transversim abeant, quomodo credibile est qui subsunt, non modis omnibus simul ituros, et qui sorte **840** inferiores sunt, et intelligentia minus valent, cum eminentioribus una lapsuros? Quemadmodum enim sacerdos legum observans et sanctus populum sibi subjectum suorum recte factorum imitatorem efficit, ita contra. Si enim ipsi corrumpebant testamentum Levi, quomodo ab iis in sacris institutos legem venerabilem ducere erat verisimile?

VERS. 9. *Et ego dedi vos contemptibiles in omnes*

[11] Prov. XXI, 20. [12] Matth. XV, 6-9. [13] Deut. IV, 2. Malach. II, 7. [14] II Cor. XII, 9.

(1) Aubertus, ἔνδειαν. EDIT.

gentes, pro eo quod vos non custodivistis vias meas, sed accipiebatis personam in lege.

A *πάντα τὰ ἔθνη, ἀνθ' ὧν ὑμεῖς οὐκ ἐφυλάξασθε τὰς ὁδούς μου, ἀλλ' ἐλαμβάνετε πρόσωπα ἐν νόμῳ.*

XXIV. Ad patrum peccata redit, ipsosque vetustiorum criminum admonet. Et quoniam in lege custodienda constantes non erant, ideo traditos affirmat illis a quibus in captivitatem sunt abducti, miseri, et abjecti, et omni indulgentia exclusi. Quid enim incommodorum passi non sunt, et quas calamitates infelices illi non exantlarunt? Cæterum, si nosse vultis, inquit, causas ob quas iratus est vobis, audietis dicentem: « Quia vos non custodivistis vias meas, sed accipiebatis personam in lege. » Hoc est, opinor, corrupisse testamentum Levi, viam vitæ secundum legem tenere noluisse, et in unoquoque negotio iniquissime judicasse: tametsi Deus aperte dicat: « Non accipies personam in judicio, secundum parvum aut magnum non judicabis [13]. » Per quas autem culpas hostibus traditos et abjectos esse dicit, per easdem apposite minatur, nisi rationes vivendi rectius instituerint, se illorum supplicio non temperaturum. Insolenter enim in legem peccantes idonea et congruentissima pœna sequetur.

ΚΔ'. Ἐπὶ τὰς τῶν πατέρων ἄνεισιν ἁμαρτίας, ὑπομιμνήσκει δὲ καὶ αὐτοὺς τῶν ἀρχαιοτέρων αἰτιαμάτων. Καὶ ἐπείπερ ἦσαν οὐκ ἀσφαλεῖς περὶ τὴν τοῦ νόμου τήρησιν, ταύτῃ τοι δεδόσθαι φησὶν αὐτοὺς τοῖς ἀποκομίσασιν εἰς αἰχμαλωσίαν οἰκτρούς, καὶ κατεῤῥιμμένους, καὶ φειδοῦς ἁπάσης ἐκπεπτωκότας. Τί γὰρ τῶν ἀνιαρῶν οὐ συνέβη παθεῖν αὐτούς, ἢ ποίαις οἱ τάλανες οὐ κεκοινωνήκασι συμφοραῖς; Ἀλλ' εἰ βούλοισθε, φησί, ἀναμαθεῖν τὰς αἰτίας τῆς ἐφ' ὑμῶν γεγενημένης ὀργῆς, ἀκούσεσθε λέγοντος· « Ἀνθ' ὧν ὑμεῖς οὐκ ἐφυλάξασθε τὰς ὁδούς μου, ἀλλ' ἐλαμβάνετε πρόσωπα ἐν νόμῳ. » Τοῦτο, οἶμαι, B ἔστι τὸ διαφθεῖραι τὴν διαθήκην τοῦ Λευί, τὸ μὴ τηρεῖν ἑλέσθαι τῆς ἐν νόμῳ ζωῆς τὴν ὁδόν, ἐκτοπωτάτας δὲ λίαν καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι ποιεῖσθαι κρίσεις, καίτοι Θεοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, κατὰ τὸν μικρὸν καὶ τὸν μέγαν οὐ κρινεῖς. » Δι' ὧν δέ φησιν ὡς ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας δέδονται τοῖς ἐχθροῖς καὶ γεγόνασιν ἀπεῤῥιμμένοι, διὰ τούτων αὐτῶν εὐφυᾶ ποιεῖται τὴν ἀπειλήν, ὡς εἰ μὴ ἕλοιντο βιοῦν ὀρθῶς, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀπόσχοιτο τοῦ κολάζειν αὐτούς. Ἕψεται δὲ τοῖς ὑβρίζουσι τὸν νόμον ἢ τοῖς τοῦτο δρᾷν εἰωθόσι πρέπουσά τε καὶ ἁρμοδιωτάτη δίκη.

VERS. 10. *Nonne pater unus omnium vestrum? Nonne Deus unus creavit vos? Quare reliquistis unusquisque fratrem suum, ut pollueretis testamentum patrum vestrorum? Derelictus est Judas, et abominatio factus est in Israel et in Jerusalem.*

Οὐχὶ πατὴρ εἷς πάντων ὑμῶν; Οὐχὶ Θεὸς εἷς ἔκτισεν ὑμᾶς; Τί ὅτι ἐγκατελίπετε ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τοῦ βεβηλῶσαι τὴν διαθήκην τῶν πατέρων ὑμῶν; Ἐγκατελείφθη Ἰούδας, καὶ C *βδέλυγμα ἐγένετο ἐν τῷ Ἰσραὴλ καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ.*

XXV. Cum inciperemus in prophetam commentarium conscribere, dicebamus, post reditum e Babylone ab Assyria, Israelitas, parvipendentes legem, extraneis uxoribus se implicuisse. Quæ res amentibus illis eo usque procedebat, ut cum aliis simul sacerdotes eodem ruerent, et jam ductas **841** ipsas quoque e sanguine Israel pro despectissimis haberent, domoque ejicerent, et in earum locum peregrinas introducerent Ammonitidas et Idumæas, ex quo Israel magnopere contaminabatur. Non enim illæ patrios mores deserebant, sed etiamnum idola venerabantur, et militiam cœli adorabant, et cogebantur pene qui cum feminis adeo mente corruptis habitarent, simul inquinari et Deum offendere. De his in libris Esdræ multa scribuntur [14]. Accusat igitur eos universorum Deus, ut uxores Israelitidas sive Judæas aspernantes, sceleste autem alienigenarum filiabus adhærescentes, cum tamen hujusmodi conjunctionem lex interdiceret. Verum illi, tam venerandum mandatum nescio quo modo flocci facientes, aut mulierum specie ad voluptates lascivas abripiebantur; aut fortasse alienorum amicitias, ne in ipsos bellarent tanquam jam socios et propter nuptias affinitate conjunctos, hac ratione captare moliebantur. Quod aliud nihil erat quam fide titubante injuriosius agere cum Deo, quasi qui eos de illo-

Ὃ λέγω ὑμῖν ἐν τῇ σκοτίᾳ, εἴπατε ἐν τῷ φωτί· καὶ ὃ εἰς τὸ οὖς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δωμάτων.

Περὶ τῆς ἐν τῷ κηρύσσειν παῤῥησίας τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ θαυμάσιος Ἀμβακοὺμ προηγόρευσε·
D « Διανοίξουσι γὰρ, φησὶ, χαλινοὺς αὐτῶν, ὡς ὁ ἐσθίων πτωχὸς λάθρα. » Τουτέστιν, οἱ πρότερον μόλις τισὶ καὶ λάθρα προσλαλοῦντες ἀπόστολοι, καὶ τῇ τῶν πιστευόντων πίστει τρεφόμενοι, οὗτοι μετὰ ταῦτα διαῤῥήξαντες τὸν ἐπιτεθέντα αὐτοῖς φόβου χαλινὸν, τῆς ἑαυτῶν φωνῆς κατεμπλήσουσι τὴν ὑπ' οὐρανόν· τέως δὲ ἐπειδὴ ἐπῆρεν αὐτοὺς ὁ Κύριος, προσαναφωνεῖ

(1) Catena Crameri, p. 75, addit : Βασιλείαν δὲ οὐρανῶν λέγει τὴν διὰ πίστεως χάριν, τὴν διὰ Πνεύματος υἱοθεσίαν, τὴν ἑνοῦσαν Θεῷ τὸν ἄνθρωπον, quæ ad versiculum sequentem spectant.

(2) *Τούτους... οὐρανόν*. Longus hic tractus legitur infra ad Luc. VI, 13, ubi dicitur ex homilia quadam Cyrilli depromptus.

(3) Aliter Catena tom. II, p. 372 : Οὐ δειλιᾷν αὐτοὺς θέλει, ἀλλὰ τοὐναντίον μὴ πόθῳ τῶν ἐλπιζομένων ἑαυτοὺς παραδιδόναι ἑτοίμους εἰς θάνατον, καὶ ζημιοῦσθαι τοὺς μέλλοντας ἐκ τοῦ κηρύγματος ὠφεληθῆναι. *Non timere eos vult, at e contra vetat desiderio futurorum sese ad mortem promptos exhibere, ne id fraudi sit eis qui ex eorum doctrina profecturi erant.*

πάλιν καὶ τοὺς κινδύνους, ἀναπτερῶν αὐτῶν τὴν διάνοιαν, καὶ ὑψηλοτέρους πάντων ποιῶν. Τί γάρ φησι;

Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον.

Διδάσκει (1) ἀνεξικάκως πᾶν εἶδος φέρειν λοιδορίας, καὶ μὴ ὑπὲρ τὸν δεσπότην φρονεῖν.

Ἐν καιρῷ κρίσεως πάντα φανεροῦνται· οὐ γὰρ λοιδορίαις προσέχω, ἀλλὰ ταῖς καρδίαις.

Πᾶς οὖν ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων.

Ὁ ὁμολογῶν (2) ὅτι Θεός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ταπεινώσας ἑαυτὸν, μέλλει σχεῖν τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντα περὶ αὐτοῦ τῷ Πατρὶ, ὅτι γνήσιός ἐστι δοῦλος.

Ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

Ὁ τὴν ἐνθάδε πρόσκαιρον ζωὴν ἀγαπῶν, φησὶ, καὶ ἐμοῦ προτιμῶν, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· ὁ δὲ τῆς ἐνταῦθα προσκαίρου ζωῆς ἀμελήσας, καὶ περὶ πολλοῦ ποιούμενος ἐμὲ καὶ τὰς ἐμὰς ἐντολὰς, ζωὴν εὑρήσει αἰώνιον.

Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, δέχεται τὸν ἀποστείλαντά με.

Ὁ δεχόμενος, φησὶν, ὑμᾶς τοὺς τὴν ἀλήθειαν κηρύσσοντας, αὐτὴν ἐκείνην δέχεται τὴν Θεότητα· τουτέστι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· τοῦτο γάρ ἐστιν ὅ φησιν· «Ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται· καὶ ὁ ἐμὲ δεχόμενος, αὐτὸν τὸν Πατέρα δέχεται.»

Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν;

Οὐκ ἀγνοῶν (3) εἶναι αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ἐρωτᾷ, ἢ ὅτι ἤμελλεν εἰς ᾅδου κατελθεῖν, ὥς τινές φασιν (ᾔδει γὰρ τὸ πάθος αὐτοῦ, διὸ καὶ ἀμνὸν αὐτὸν ὠνόμασεν)· ἀλλ' ἵνα ἔτι ζῶν πείσῃ αὐτοὺς, καὶ μὴ μετὰ θάνατον αὐτοῦ προστεθῶσιν ἑτέρῳ διδασκάλῳ.

Οὗτος γάρ ἐστι περὶ οὗ γέγραπται· Ἰδοὺ ἀποστέλλω τὸν Ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου.

Κατεσκεύασε τὴν ὁδὸν Κυρίου, τουτέστιν ἡτοίμασε τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὸ ὑποδέξασθαι τὴν νομοθεσίαν τοῦ Θεοῦ. Ἔδειξε μὲν οὖν καὶ ἐντεῦθεν ὁ Χριστὸς τὴν ὑπεροχὴν τοῦ Ἰωάννου. Οὐχ ἵσταται δὲ ἐνταῦθα, ἀλλὰ τὴν παρ' ἑαυτοῦ λοιπὸν ἐπάγει ψῆφον, λέγων·

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ ἐγήγερται ἐν γεννητοῖς γυναικῶν μείζων Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ.

Καὶ ὅρα πῶς ὅρκῳ πιστοῦται τὰ περὶ Ἰωάννου. «Ἀμὴν γὰρ, φησὶ, λέγω, ὅτι οὐκ ἐγήγερται μείζων αὐτοῦ.» Τὸ ἐγήγερται εἶπεν ὡς περί τινος βασιλέως περιφανοῦς, ἢ ὡς περὶ φυτοῦ λίαν εὐμηκεστάτου, καὶ ταῖς ἀρεταῖς εἰς ὕψος ἀναδραμόντος.

Ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστι.

(1) *Διδάσκει — καρδίαις.* Cramer. p. 79.
(2) *Ὁ ὁμολογῶν.* Cramer. p. 80.

A mentem eorum excitans, omnibusque reddens superiores. Ecquid enim inquit?

X, 24. *Non est discipulus super magistrum.*

Docet, omne convicii genus patienter ferendum, et discipulum supra magistrum se extollere non debere.

In die judicii omnia manifestabuntur: non enim cavillationes curo, sed corda.

X, 32. *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus.*

Qui Christum Deum esse confitetur, humilians seipsum, merebitur Christum habere pro eo Patri testimonium reddentem, quia fidelis est servus.

X, 39. *Qui invenit animam suam, perdet illam;*
B *et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.*

Qui brevem hujus temporis vitam adeo amat ut eam mihi præferat, non est me dignus. Qui autem hanc celeriter transeuntem negligit vitam, et me meaque mandata præcipuo in pretio habet, vitam inveniet sempiternam.

X, 40. *Qui recipit vos, me recipit; et qui me recipit, recipit eum qui me misit.*

28 Qui accipit vos, vos inquam prædicatores veritatis, Divinitatem accipit ipsam, hoc est, Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Hoc enim est quod dicit: « Qui vos accipit, me accipit, et qui me accipit, Patrem ipsum meum accipit. »

C

XI, 3. *Tu es qui venturus es, an alium exspectamus?*

Non ignorans eum esse Christum, interrogabat, vel quia in infernum descendere debebat, ut quidam dicunt: passionem enim ejus futuram noverat, propter quod illum Agnum nominavit; sed ut adhuc vivens illos in fide confirmaret, et post mortem ejus alii magistro non adhærerent.

XI, 10. *Hic enim est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.*

Præparavit viam Domini, id est præparavit homines ad suscipiendam Dei legem. Inde igitur Christus quidem etiam ostendit Joannis eminentiam.
D Non autem hic sistit, sed suum deinde suffragium subjungit, dicens:

XI, 11. *Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista.*

29 Considera etiam quomodo jurejurando, ea quæ de Joanne dicuntur, confirmentur. « Amen enim, inquit, dico, quia eo major non surrexit; » illud *surrexit* dixit tanquam de rege quodam illustri, aut tanquam de stirpe aliqua procerissima, et virtutibus in altum exsurgente.

Qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo.

(3) *Οὐκ ἀγνοῶν — διδασκάλῳ.* Cramer. p. 82.

Cum nihil perfecerit lex, Joannes quidem natus A erat mulieris : qui vero fidem erant amplexi, nati quidem non amplius mulierum vocantur, sed ex Deo geniti sunt. Christus autem cum redivivus infernum spoliasset, tum temporis Spiritum adoptionis filiorum dedit; beatus vero Joannes, antequam Spiritus daretur e vita discessit; itaque etsi minores simus iis qui legis justitiam assecuti sunt, at in majoribus per Christum sumus constituti.

XI, 14. *Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est.*

Hoc et angelus Gabriel de ipso dixit, hisce : « Præcessurus est ante illum in spiritu et virtute Eliæ[17] ; » ostendens ipsum hunc esse, etsi præter illum alius fuerit, qui visus sit. Quapropter non etiam simpliciter dixit : Hic est Elias, sed « Si vultis recipere, hic est, » id est, si benevola mente, iis quæ facta sunt, attendatis; neque hic stetit, sed ostendens, quanta intelligentia opus sit, adjecit :

XI, 16, 17. *Similis est (generatio ista) pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt : Cecinimus vobis, et non saltastis; lamentavimus, et non planxistis.*

Sicut enim pueri sive saltantes sive lamentantes, neutrum unanimiter agunt, siquidem utrique socios incusant ab ipsis dissentientes; sic fere affecti sunt Judæi, neque austeritatem Joannis, neque Christi liberalitatem approbantes, nec ullam ex hac vel illa utilitatem percipientes. Joannes enim asceticam agens vitam carnem mortificabat, nihil illos ab asceticis laboribus juvans . . . Præterea Joannes, prædicans baptismum pœnitentiæ, Judæos ad mœstitiam componebat, qui videlicet, ejus accepta prædicatione, plangere debebant; Christus vero, prædicans regnum cœlorum, lætitiam præ se ferebat. Hanc autem sententiam proferens (Christus) credentibus innuit vitam futuram, et puram, quæ ipsos manet, lætitiam.

30 XI, 18, 19. *Venit enim Joannes, neque manducans, neque bibens, et dicunt : Dæmonium habet. Venit Filius hominis manducans et bibens, et dicunt : Ecce homo vorax, et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus.*

Considera vero illos etiam aliunde in contrarias opiniones fuisse deductos. Dicentes enim de Joanne dæmonium eum habere, non ibi acquieverunt; verum etiam de Christo contraria assumente, idipsum rursus dixerunt. Ita repugnantibus semper cir-

[17] Luc. IV, 17.

(1) Catena Crameri : *Ἰσιδώρου*, *Κυρίλλου*, *Θεοδώρου Ἡρακλείας*. Δευτέρα γέννησις ἡ τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς ἀναγεννώμεθα, καὶ δι' ἁγίου Πνεύματος τυγχάνομεν ἀθανασίας, οἱ μέλλοντες ἀπολαύειν τῶν ἀγαθῶν· καὶ ὁ πάνυ ἐλάχιστος ἐκεῖ ὑπεραναβαίνει τὸν Ἰωάννην, εἰ καὶ ἐκ μήτρας ἐτύγχανεν ἁγίου Πνεύματος.

Κυρίλλου. Μείζονα λέγει Ἰωάννου τὸν πιστὸν τὸν διὰ τοῦ λουτροῦ ἀναγεννηθέντα· ἣν κατάστασιν καλεῖ βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὡς τοῖς πιστοῖς ἀπονεμηθείσης βασιλείας, ἧς οὔπω ἦν τυχὼν ὁ Βαπτιστής. Ὁ δὲ μόνον βαπτισθεὶς, εἰ καὶ μήπω ἔσχεν ἐνάρετον βίον, ὑπὲρ τὸν Ἰωάννην ἐστίν. Ὁ οὖν λόγος ἔπαινον ἔχει τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

Ἐπειδὴ οὐδὲν ἐτελείωσεν ὁ νόμος, ὁ μὲν Ἰωάννης γεννητὸς ἦν γυναικὸς, οἱ δέ γε τὴν πίστιν προσηκάμενοι, γεννητοὶ μὲν οὐκέτι χρηματίζουσι γυναικῶν, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. Ὅτε δὲ ὁ Χριστὸς ἀνεβίω σκυλεύσας τὸν ᾅδην, τότε τὸ τῆς υἱοθεσίας δέδοται Πνεῦμα. Ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης πρὸ τοῦ δοθῆναι τὸ Πνεῦμα ἀπῆλθεν· ὥστε κἂν ἐλάττονες ὦμεν τῶν ἐν νόμῳ δικαιοσύνην κατωρθωκότων, ἀλλ' ἐν μείζοσι γεγόναμεν διὰ Χριστόν (1).

Καὶ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἡλίας ὁ μέλλων ἔρχεσθαι.

Τοῦτο καὶ ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ εἶπε περὶ αὐτοῦ· Ὅτι καὶ αὐτὸς « Προελεύσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἡλίου· » δεικνὺς αὐτὸν τοῦτον ὄντα, εἰ καὶ παρ' ἐκεῖνον ἕτερος ἦν ὁ ὁρώμενος. B Διόπερ οὐδὲ ἁπλῶς εἶπεν, Οὗτός ἐστιν Ἡλίας, ἀλλ', « Εἰ θέλετε δέξασθαι, οὗτός ἐστι· » τουτέστιν, Εἰ μετ' εὐγνώμονος διανοίας προσέχοιτε τοῖς γινομένοις· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη, ἀλλὰ δεικνὺς ὅτι συνέσεως χρεία, προσέθηκε·

Ὁμοία ἐστὶ (ἡ γενεὰ αὕτη) τοῖς παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν, καὶ λέγουσιν· Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε.

Ὥσπερ παίδων (2) ὀρχουμένων, ἑτέρων δὲ θρηνούντων, οὐχ ἵσταται εἰς ἓν βούλημα (ἀμφότερα γὰρ μέμφονται τοῖς ἑταίροις μὴ συμφωνοῦσιν αὐτοῖς)· τοιοῦτόν τι πεπόνθασιν Ἰουδαῖοι, οὔτε τὸ στυγνὸν τοῦ C Ἰωάννου, οὔτε τὸ ἀνειμένον τοῦ Χριστοῦ ἀποδεξάμενοι, οὐδὲ δι' ἑνὸς τρόπου ὠφεληθέντες. Ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης δι' ἀσκητικοῦ βίου τὰ τῆς σαρκὸς ἐνέκρου, οὐ μὴν δι' ἀσκητικῶν πόνων βοηθούμενος... (3) Καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας, τύπος ἦν κατηφείας τοῖς ὀφείλουσιν ἐπὶ τούτῳ πενθεῖν· ὁ δὲ Κύριος βασιλείαν οὐρανῶν κηρύσσων, τὸ φαιδρὸν ἐν ἑαυτῷ ἐπεδείκνυτο. Δι' οὗ νοῦ τοῖς πιστοῖς ὑπογράφει τὴν ἐσομένην ζωὴν καὶ τὴν ἄπονον χαράν.

Ἦλθε γὰρ Ἰωάννης, μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων, καὶ λέγουσι· Δαιμόνιον ἔχει. Ἦλθεν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ λέγουσιν· Ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος, καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν φίλος D *καὶ ἁμαρτωλῶν.*

Σκόπει δὲ αὐτοὺς καὶ ἑτέρωθεν εἰς ἐναντίας περιενεχθέντας δόξας. Εἰπόντες γὰρ περὶ Ἰωάννου, ὅτι δαιμόνιον ἔχει, οὐχ ἔστησαν μέχρι τούτου· ἀλλὰ καὶ περὶ Χριστοῦ τὰ ἐναντία αἱρουμένου, τὸ αὐτὸ τοῦτο εἶπον πάλιν. Οὕτως εἰς μαχομένας ἀεὶ περιεφέροντο

(2) Lego παιδίων, vel, παιδαρίων cum N. T. Gr., ut mox ἀμφότερα ad ipsa παιδάρια referam. Edit.

(3) Deesse videtur apodosis : Ὁ δὲ Χριστός...

δόξας. Ἔπρεπεν Ἰωάννῃ ὡς οἰκέτῃ διὰ τῆς ἄγαν σκληραγωγίας κατανεκρῶσαι τὰ τῆς σαρκὸς πάθη, τῷ δὲ Χριστῷ ὡς ἐλευθέρῳ δυνάμει τῆς θεότητος ἐξουσιαστικῶς τὰ τῆς σαρκὸς νεκροῦν κινήματα, καὶ τὸν ἔμφυτον τῆς σαρκὸς νόμον, οὐ μὴν δι' ἀσκητικῶν πόνων εἰς τοῦτο βοηθεῖσθαι. Ὁ μὲν Ἰωάννης βάπτισμα κηρύσσων μετανοίας, τύπον ἑαυτὸν παρέσχε τοῖς ὀφείλουσι πενθεῖν. Ὁ δὲ Κύριος βασιλείαν οὐρανῶν κηρύσσων, εἰκότως τὸ ἀνειμένον καὶ φαιδρὸν ἐν ἑαυτῷ ἐπεδείκνυτο, δι' ἧς τοῖς πιστοῖς ὑπέγραφε τὴν ἐσομένην ἀνέκφραστον ζωὴν, καὶ τὴν ἄπονον ζωήν.

Κυρίλλου ἐκ τοῦ δευτέρου τοῦ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Ὑπομνήματα.

Ἦλθε μὲν (1) γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων, μήτε πίνων, καθ' ἃ γέγραπται· ἦλθε δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων. Καὶ τὴν τούτου αἰτίαν, ὡς ἂν οἷόν τε, ὡδὶ εἰπεῖν πειράσομαι. Γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ πάντα πεφόρηκε τὰ ἡμέτερα, δίχα μόνης ἁμαρτίας· ἀλλ' ἔν γε ταῖς κατὰ σῶμα κινήσεσι φυσικαῖς, τῆς ἐξ ἔθους ἡμῖν χαλιναγωγίας, πόνου τε, φημὶ, καὶ νηστείας, πῶς ἂν ἐδεήθη, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὁ καὶ κρείττων ἁμαρτίας, καὶ τῇ παρ' ἑαυτοῦ χάριτι καὶ τὰ ἐν ἡμῖν καταραΐζων πάθη, νεκρὰν δὲ καὶ ἄπρακτον ἀποφαίνων καὶ τὴν ἐν ἡμῖν τοῦ σώματος ὄρεξιν, εἰ καὶ διακέοιτό πως εἰς ἐκτόπους ἡδονάς; Κατεσκήνωσεν γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο σάρκα τὴν ἀνθρωπίνην, ἵν' ἐπειδήπερ ἀτίθασσός τις αὐτὴν ὁ τῆς ἁμαρτίας κατεληΐζετο νόμος (τετυράννηκε γὰρ ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἀντιστρατευόμενος τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς, καὶ αἰχμαλωτίζων εἰς τὰ οἰκεῖα), καταργήσει τοῦτον δι' ἑαυτοῦ· καὶ ἐν πρώτῃ νεκρώσας τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, παραπέμψῃ λοιπὸν τῆς ἐπὶ τούτῳ χάριτος τὴν μετάδοσιν εἰς ἡμᾶς, ἅτε δὴ καὶ ὄντας ὁμογενεῖς κατά γε τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν· ἀπαρχὴ γὰρ ἡμῶν Χριστὸς, δεύτερος Ἀδὰμ χρηματίσας μετ' ἐκεῖνον τὸν ἐν ἀρχαῖς· καὶ πρῶτος ἄνθρωπος πέφηνεν ἐπὶ γῆς, χοϊκὸς μὲν οὐκέτι, θεῖος δὲ μᾶλλον καὶ ἐπουράνιος, ἁμαρτίαν οὐκ εἰδώς· δι' ὃ καὶ μόνος ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. Ἀναμορφουμένης τοιγαροῦν ἐν πρώτῳ Χριστῷ πρὸς τὸν ἐν ἀρχαῖς ἁγιασμὸν τῆς ἡμετέρας φύσεως, ἐνδοιαζέτω μηδεὶς ὡς εἰς ἅπαν ἤδη τὸ ἀνθρώπινον ἐξετείνετο γένος ἡ τῆς ἀναμορφώσεως χάρις. Οὐ γὰρ ἑαυτὸν ἀνεμόρφου Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς ἰδιότητος ἀπαραποίητος χαρακτὴρ, ἀλλ' ἡμεῖς ἦμεν σὺν αὐτῷ πρὸς Θεὸν ἀναμορφούμενοι διὰ τοῦ καὶ ὑπὲρ φύσιν ἁγιασμοῦ, νεκρουμένου λοιπὸν ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας. Ἦν οὖν σφόδρα τῶν ἀτόπων μὴ οὐχὶ μᾶλλον τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ τὰ ἐν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ κατανεκροῦσθαι πάθη, συναθλεῖν δὲ ὥσπερ αὐτῷ τὴν νηστείαν, εἰς τὸ καθάπερ ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης τὴν σάρκα καταξηραίνειν· ποῦ γὰρ ἡ τοῦ ἐνοικοῦντος Θεοῦ Λόγου δύναμις, εἰ καθάπερ ἐφ' ἡμῶν πόνοις καὶ νηστείᾳ τὰ πάθη κατηυνάζετο;

A cumagebantur opinionibus. Decebat Joannem, tanquam servum, per duram admodum vitæ rationem carnis affectiones mortificare: Christum vero tanquam liberum, virtute divinitatis, tanquam potestatem habentem, carnis motus edomare, ac insitam carnis legem subigere, non tamen per asceticos labores ad hoc juvari. Joannes quidem baptisma prædicans pœnitentiæ, figuram se ipsum præbuit lugere debentibus: Dominus vero regnum cœlorum prædicans, merito remissionem ac lætitiam in sese exhibuit, per quam fidelibus futuram vitam ineffabilem descripsit, vitam laboris expertem.

Cyrilli ex libro II *Commentarii in Matthæum.*
(*Matth.* XI, 18).

Venit enim Joannes neque manducans, neque B bibens, sicuti scriptum est; venit autem Filius hominis manducans et bibens. Jamvero hujus rei, prout fieri poterit, causam hic conabor exponere. Factum est homo Dei Verbum, nostraque omnia gestavit, uno excepto peccato. Sed quod attinet ad physicas corporis commotiones, quomodo eguisset consueto nobis freno, labore nimirum ac jejunio, quandoquidem Deus suapte natura est, et peccato superior, suaque gratia in nobis quoque sedat passiones, nostri corporis impetus inhibens, siquando ad absurdas voluptates rapiatur? Videlicet inter nos habitavit Dei Verbum, suamque fecit carnem humanam, ut quia hanc aspera peccati lex vexabat (etenim tyranni instar peccatum in carnis C membris repugnat mentis legi, in suam nos potestatem redigens), per se ipsum vim illam retunderet, atque in sua apprime carne eam legem perimens, gratiæ hujus participationem ad nos transmitteret, qui ejusdem cum eo generis sumus, quod attinet ad carnis naturam. Nam primitiæ nostræ Christus est [17], novusque Adamus est post illum qui fuit initio: et princeps homo in terra apparuit, jam non terrenus, sed divinus potius atque cœlestis, peccati nescius; propterea solus etiam inter mortuos liber. Reformata ergo in Christo primo ad primigeniam sanctitatem natura nostra, nemo dubitet quin ad universum hominum genus reformationis gratia fuerit extensa. Non enim seipsum reformavit Verbum, cum Deus sit, et D proprietatis Paternæ germana figura; sed nos cum illo ad Deum reformati fuimus, propter supernaturalem sanctificationem, exstincta deinceps in membris nostris lege peccati. Valde igitur absurdum fuisset, si non potius divinitatis virtute in Christi corpore mortificatæ fuissent passiones, sed jejunii opem implorasset, ut tanquam vi ac necessitate carnem debilitaret. Ubinam enim inhabitantis Verbi passiones, si prout nobis usuvenit, laboribus ac jejunio passiones sedasset?

[17] I Cor. XV, 23.

(1) *Ἦλθε μὲν — κατηυνάζετο.* Mai, *B. N.* II, 477.

XI, 25. *Confiteor tibi, Pater.*

31 Illud *confiteor*, ex humano more ait. Quasi diceret, Gratias ago, aut, Glorifico te; mos enim est divinæ Scripturæ confessionis nomen tali quodam modo accipere. Scribitur enim « Confiteantur, Domine, nomini tuo magno, quoniam terribile et sanctum est [19]. » Ac rursus : « Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo [20]. » At qui mente perversa sunt : Ecce, aiunt, gratiam confitetur Filius Patri. Ac quomodo non illo minor est? Ad hoc autem respondere potest aliquis qui veritatis dogmata bene norit propugnare : Et quid vetat, o boni, consubstantialem suscipere Filium, et laudare Patrem illius omne quod sub cœlo est, per ipsum servantem? Sin autem ob confessionem Patre minorem eum esse arbitraris, respice etiam quæ sequuntur. Dominum enim cœli et terræ Patrem vocat, Filius autem omnipotentis Dei, omnino cum eo omnibus dominatur, non tanquam minor vel diversæ substantiæ, sed tanquam Deus de Deo, æqualibus titulis coronatus, et juxta omnia cum ipso substantialiter æqualis.

Cyrilli ex septimo libro commentariorum in Matthæi Evangelium, super illud : « Confiteor tibi, Pater. »

Igitur quatenus Deus est, judicium de gentibus exercebat, volente simul et per ipsum operante omnia Patre. Quatenus autem de nostro numero est, propter carnis naturam, perfectum gerens humanitatis habitum, eximias preces Patri offerebat.

XI, 27. *Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius.*

Qui videt filium, patris referentem imaginem, ipsum videt patrem, quia ipse coram patre est tanquam prototypon, vicissimque in forma propria archetypon repræsentat. Atque hæc dignis Deo modis intelligenda sunt. Quia vero dixerat, « Omnia mihi tradita sunt, » ne forte aliena esse natura et Patre minor videretur, supradicta verba addidit, ut tam suam quam Patris ineffabilem incomprehensibilemque naturam ostenderet. Sola enim Trinitatis divina natura semet agnoscit : solus Pater proprium novit Filium, naturæ suæ fructum : sola denique divina Soboles Parentem suum agnoscit : solus sanctus Spiritus profunda Dei scit, nempe Patris Filiique mentem.

A *'Εξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ.*

Τὸ *ἐξομολογοῦμαι* φησὶ κατὰ συνήθειαν ἀνθρωπίνην, ἀντὶ τοῦ, Χάριν ὁμολογῶ, ἤγουν, Δοξάζω σε. Ἔθος γὰρ τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ τὸ τῆς ἐξομολογήσεως ὄνομα κατὰ τοιόνδε τινὰ δέχεσθαι τρόπον. Γέγραπται, ὅτι « Ἐξομολογησάσθωσαν, Κύριε, τῷ ὀνόματί σου τῷ μεγάλῳ, ὅτι φοβερὸν καὶ ἅγιόν ἐστι. » Καὶ πάλιν· « Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. » Ἀλλ' οἱ διεστραμμένοι τὸν νοῦν, Ἰδοὺ, φασὶ, χάριν ὁμολογεῖ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί· εἶτα πῶς οὐκ ἐλάττων ἐστὶν αὐτοῦ; Πρὸς τοῦτο φαίη τις ἂν τῶν εὖ εἰδότων τοῖς τῆς ἀληθείας συνασπίσαι δόγμασι· Καὶ τί τὸ κωλύον, ὦ βέλτιστοι, τὸν ὁμοούσιον Υἱὸν ἀποδέχεσθαι καὶ ἐπαινεῖν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα σώζοντα δι' αὐτοῦ τὴν ὑπ' οὐρανόν; Εἰ δὲ νομίζεις διὰ
B τὴν ἐξομολόγησιν ἐν ἐλάττοσιν εἶναι αὐτὸν τοῦ Πατρὸς, ὅρα καὶ τὸ ἐφεξῆς. Κύριον γὰρ οὐρανοῦ καὶ γῆς ἀποκαλεῖ τὸν Πατέρα· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ τῶν ὅλων κρατοῦντος Θεοῦ, πάντως που σὺν αὐτῷ δεσπόζει τῶν ὅλων, οὐχ ὡς ἐλάττων ἢ ἑτεροούσιος, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, ταῖς ἴσαις εὐκλείαις στεφανούμενος, καὶ τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσότητα πρὸς αὐτὸν ἔχων οὐσιωδῶς.

Κυρίλλου ἐκ τοῦ ζ' βιβλίου τῶν ὑπομνημάτων τῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, εἰς τὸ, « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ. »

(1) Οὐκοῦν ᾗ μὲν ἔστι Θεὸς, τὸ ἐπὶ τοῖς ἔθνεσιν εἰργάζετο κρῖμα, συγκατανεύοντός τε καὶ ἐνεργοῦντος δι' αὐτοῦ τὰ πάντα τοῦ Πατρός· ᾗ δὲ νοεῖται καθ'
C ἡμᾶς διὰ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν, ἤτοι τελείως τὸ τῆς ἀνθρωπότητος σχῆμα, τὰς ὑπερικετείας (2) ἀνατίθησι τῷ Πατρί.

Οὐδεὶς ἐπιγινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· οὐδὲ τὸν Πατέρα τις ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ Υἱός.

Ὁ ὁρῶν (3) τὸν υἱὸν, τὴν τοῦ πατρὸς εἰκόνα ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ, αὐτὸν ὁρᾷ τὸν πατέρα (4), ὡς ἐν πρωτοτύπῳ αὐτὸς τῷ πατρὶ φαινόμενος, ὑποφαίνων δὲ αὖ πάλιν ἐν ἰδίᾳ μορφῇ τὸ ἀρχέτυπον· ταῦτα δὲ θεοπρεπῶς νοητέον· ἐπειδὴ δὲ εἶπε, « Πάντα μοι παρεδόθη, » ἵνα μὴ δόξῃ ἑτέρας φυλῆς (5) εἶναι παρὰ τὸν Πατέρα ἥττων, ἐπήγαγε τοῦτο, ἵνα δείξῃ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἀπόῤῥητον καὶ ἀκατάληπτον οὖσαν, καὶ τῆς (*ita cod.*) τοῦ Πατρός· μόνη γὰρ θεία φύσις τῆς Τριά-
D δος ἑαυτὴν ἐπιγινώσκει· μόνος ὁ Πατὴρ οἶδε τὸν Υἱὸν τὸν ἴδιον, τὸν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως καρπόν· μόνον τὸ θεῖον γέννημα ἐπιγινώσκει τὸν ἐξ οὗ ἐτέχθη· μόνον τὸ ἅγιον Πνεῦμα οἶδε τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ὅ ἐστι τὰς ἐννοίας τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ.

[19] Psal. XCVIII, 3. [20] Psal. CX, 1.

(1) *Οὐκοῦν — τῷ Πατρί.* Mai *B. N.* II, 478.

(2) Ita codex. Suspicabar tamen scribendum potius ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετείας, quam novum vocabulum admittendum. Sed enim ne contraria quidem suspicione carebam, nempe positum esse hoc fortasse vocabulum ob denotandam excellentiam orationis Christi. Paribus enim compositionibus abundat theologia Græcorum, v. gr. ὑπερδουλεία, ὑπερούσιος, ὑπεράρχιος, ὑπερουράνιος, ὑπεράῤῥητος, ὑπερώνυμος, et alia apud Areopagitam præsertim, editumque a nobis Nicephorum.

(3) *Ὁ ὁρῶν — τοῦ Υἱοῦ.* Mai *B. N.* III, 130.

(4) Fragmentum hoc nonnisi hactenus, in Corderiana Catena legebatur; sequentia ibi deerant.

(5) Ita cod., non φύσεως, etsi sensus idem est.

Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς.

Ὁ οὖν ἀκούσας τῆς κλήσεως, καὶ ἐγγίσας, καὶ κολληθεὶς τῷ προστάξαντι, οὗτος ἀναπαύεται. Ἀποστάντες, φησὶ, τῆς φιλαμαρτήμονος γνώμης, καὶ τῆς φιλοσαρκίας, καὶ μετατρεπόμενοι ἐπὶ τὰ ἐπαίνου ἄξια πράγματα, ἐγγίσατέ μοι ἵνα γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, καὶ ἁγίου Πνεύματος μέτοχοι. Πάντας δὲ καλεῖ, καὶ οὐ μόνους τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς πάντων Δημιουργὸς καὶ Κύριος· καὶ κοπιῶντας μὲν λέγει τοὺς Ἰουδαίους, τοὺς μὴ ἰσχύοντας βαστάσαι τὸν μικρὸν ζυγὸν, πεφορτισμένους δὲ τοὺς εἰδωλολάτρας, τοὺς διὰ τοῦ διαβόλου καταφορτισθέντας, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁμαρτιῶν καταβαρυνομένους. Ὑμεῖς οὖν, φησὶν, ὦ Ἰουδαῖοι, νεύσατε πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐπίγνωτε ἐμὲ τὸν ὑμέτερον κηδεμόνα καὶ Δεσπότην, καὶ ἐγγύθεν τῆς προσόδου τὸ κέρδος κομιζόμενοι. Ἀπαλλάττω γὰρ ὑμᾶς τῆς ὑπὸ τὸν νόμον δουλείας, ἐν ᾗ πολὺν ὑπομένετε κόπον, οὔτε ῥᾳδίως ἐξανύειν αὐτὸν δυνάμενοι, καὶ μέγιστον τῶν ἁμαρτημάτων τὸ φορτίον ἑαυτοῖς κατασκευάζοντες, ὅσῳ πλείονα φυλάττειν προσῆκεν ὑμᾶς ἀκόλουθα τῷ νόμῳ διαπραττομένους.

Ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν.

Ἐλαφρός ἐστιν ὁ ζυγὸς τοῦ Χριστοῦ· ἐπεὶ οὐ κολάζει ἡμᾶς καθάπερ ὁ νόμος, τὸ ἀναμάρτητον ἀπαιτῶν καὶ τὸ ἀπαθές· ἀλλ' ἐν ἁπλοῖς ῥήμασιν ἔχει τὴν ἐπαγγελίαν καὶ τὸν τῆς ἀρετῆς ὑπογραμμόν.

Οἱ δὲ Φαρισαῖοι ἰδόντες, εἶπον αὐτῷ· Ἰδοὺ οἱ μαθηταί σου ποιοῦσιν ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν Σαββάτῳ.

Ἔνθα μὲν γὰρ οὐδὲν γίνεται μέγα καὶ γενναῖον, ἡσυχάζουσιν· ἔνθα δὲ ὁρῶσί τινας σωζομένους, καὶ πάντων εἰσὶ φορτικώτεροι. Οὕτως ἐχθροὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ σωτηρίας καὶ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων ἀνεπιστήμονες. Εἰ ἑτέρα παρὰ τὴν πρώτην ἐστὶν ἡ καινὴ, ἡ διὰ Ἱερεμίου προκηρυχθεῖσα, δεῖ πάντως καὶ νόμοις οὐ τοῖς ἀρχαίοις κεχρῆσθαι, ἀλλὰ τοῖς καινοῖς. Ἀλλ' οἱ Φαρισαῖοι τοῦτο συνιδεῖν [μὴ] θελήσαντες, ἐφεδρεύουσι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, καί φασι περὶ αὐτῶν τῷ Χριστῷ· Ἰδοὺ τοῖς νομικοῖς ἐντάλμασιν ἐναντιουμένους ὁρῶμεν τοὺς ὑπὸ σοῦ παιδαγωγουμένους. Τοῦ γὰρ νόμου κελεύοντος ἀργεῖν ἐν Σαββάτῳ, καὶ μηδενὸς παντάπασιν ἅπτεσθαι πόνου, περιτρίβουσι ταῖς χερσὶν ἀστάχυας οἱ μαθηταί. Σὺ δὲ αὐτὸς, εἰπέ μοι, ὦ Φαρισαῖε, τὴν σαββατικὴν ἑαυτῷ τράπεζαν παραθεὶς οὐ συνθραύεις τὸν ἄρτον; Τί οὖν ἑτέρους αἰτιᾷ; πῶς δὲ καὶ ὁ Σωτὴρ περὶ αὐτῶν ἀπολογεῖται;

Πόσῳ οὖν διαφέρει ἄνθρωπος προβάτου; Ὥστε ἔξεστι τοῖς Σάββασι καλῶς ποιεῖν.

Ἀσεβεῖς ὄντες οἱ Φαρισαῖοι ὑπεκρίνοντο τὴν εὐσέβειαν· ἵνα τοὺς εὐσεβεῖς ἐξολοθρεύσωσι. Διὸ καὶ τὸν Χριστὸν διαβάλλειν ἐπεχείρουν, καὶ τοὺς αὐτοῦ

A XI, 28. *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.*

32 Qui igitur audit vocationem, et accedit, et præcipienti adhæret, hic reficitur. Abjicientes, inquit, mentem quæ amat peccatum ac carnem, et conversi ad ea quæ laude digna sunt, appropinquate mihi, ut divinæ naturæ ac sancti Spiritus fiatis participes. Omnes autem vocat, et non solos qui ex Israel, tanquam omnium Dominus et Creator; et laborantes quidem dicit Judæos, qui exiguum jugum ferre non valent, oneratos vero idolorum cultui addictos, per diabolum oppressos, ac peccatorum multitudine gravatos. Vos igitur, ait, Judæi, accedite ad veritatem, et me agnoscite vestrum curatorem ac Dominum, proxime etiam accessu B lucrum relaturi. Libero enim vos a servitute legis, in qua magnum sustinuistis laborem, cum non facile possetis eam explere, et maximum peccatorum onus vobis ipsis imponeretis, quantò plura servare vos oportebat legi consentanea perficientes.

XI, 30. *Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.*

Leve est jugum Christi, quoniam non punit nos quemadmodum lex, innocentiam exigens peccati prorsus expertem et animæ statum perturbationibus non obnoxium; in meris interim verbis habens C promissionem et virtutis exemplar.

XII, 2. *Pharisæi autem videntes dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere Sabbato.*

Siquidem, ubi nihil magnum fit ac generosum, quiescunt; ubi vero quosdam salvatos vident, omnino sunt magis molesti: adeo inimici sunt salutis humanæ, ac sacrarum Litterarum ignari. Quod si alia præter primam legem nova est, quæ per Jeremiam fuit prædicata [21], oportet omnino etiam antiquis legibus non uti, sed novis. Sed Pharisæi hoc intelligere nolentes insidiantur sanctis apostolis, ac de iis Christo aiunt: Ecce legalibus præceptis adversantes videmus tuos discipulos. Jubente enim lege feriari in Sabbato, nullumque omnino attingere laborem, discipuli manibus spicas vellunt. At tu ipse, dic mihi, Pharisæe, sabbaticam tibi mensam apponens, nunquid panem non confringis? Ec- D quid igitur alios culpas? quomodo autem ipse Salvator eos excusat?

33 *Quanto magis melior est homo ove? Itaque licet Sabbatis benefacere.*

Impii cum essent Pharisæi, pietatem simulabant, ut pios perderent. Propterea et Christum per calumniam infamare conabantur, et ejus discipulos,

[21] Jerem. xxxi, 1 seqq.

quod eos viderent miraculis illustres evadere.

Cyrilli ex libro VII *comment. in Matth. Evangelium super illud : Si ego in Spiritu Dei dæmonia ejicio* (*Matth.* XII, 28).

Nemo scandalizetur etiamsi audit communem nostrum Servatorem Christum affirmantem atque dicentem se in Spiritu Dei dæmonia ejicere. Ne te, inquam, perturbet Filius dicens se in Spiritu operari ; considera potius, quis et qua de re tunc eo modo locutus sit. In carne erat propter nos. et quidem æque ac nos homo, haud gloria quæ deitatem naturaliter decebat, sed naturæ nostræ vili et humili figura indutus. Idcirco se in Spiritu Dei operari ait. Reapse enim nequaquam carnis naturali operatione, neque humanitatis virtute vincit Satanam et adversus Beelzebul prævalet. Alioqui doceat nos aliquis, si ei libet, cur ii qui **34** vellent potestatem in impuros dæmones exercere, impediantur, si id carneæ naturæ opus est. Cuncti enim in carne sumus, unaque in cunctis est humanitatis ratio. Sed revera neque proprium carnis opus est, neque naturæ humanæ adversus spiritus prævalere ; ideo nec omnes id efficere queunt, sed eam rem operantis potius Spiritus effectum esse conspicimus. Vere itaque Servator dixit, quatenus caro et homo ipse intelligitur, opus hujusmodi a Spiritu fieri, non vero carnem sive humanitatem adversus dæmones vi pollere. Sanctum sine dubio Christi corpus est, omnemque habet adversus omnem morbum potestatem, sed erat estque sanctum, non quatenus reputatur simpliciter caro, in sui moduli ratione consistens ; sed quatenus templum est inhabitantis in ipsa Verbi, quod propriam carnem sanctificat per sanctum Spiritum. Aiebat ergo ipse in sua ad cœlestem Patrem pro nobis allocutione : « Ego sanctifico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificati simul [32]. »

Et post alia.

Quoniam fidem incarnationi præbere non exhorrescitis, quidni admiramini hominem æque ac nos factum, **35** ut quod tanquam Deus habebat, nostri causa, quatenus homo erat, acciperet, Spiritum inquam, cujus gratiam ad nos transmitteret? Etenim cum Spiritus gratiam, ob antiquam transgressionem natura amisisset, rursus eam adepta est per primum et in quo primo fuit Christo. Hic enim apparuit cœlestis homo, Adamus alter, qui sibi humanam naturam instauravit ad vitæ novitatem. Cum ergo semper habeat proprium Spiritum Christus, quatenus intelligitur et est naturaliter Deus, qui etiam illum recipere dicitur quatenus homo est, profecto pervenit in nos regnum Dei.

A μαθητάς, ὁρῶντες αὐτοὺς λαμπρυνομένους τοῖς θαύμασιν.

Κυρίλλου ἐκ τοῦ Ϛʹ βιβλίου εἰς τὸ ῥητόν· Εἰ δὲ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐγὼ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια.

Σκανδαλιστέον (1) οὐδαμῶς εἰ καὶ διαπύθοιτό τις τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ διαβεβαιουμένου καὶ φάσκοντος Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια· μὴ γὰρ δή σε θορυβείτω λέγων ὁ Υἱὸς ἐνεργεῖν ἐν Πνεύματι· καταλογίζου δὲ μᾶλλον τίς ὢν ἄρα καὶ ἐν τίσιν τὸ τηνικάδε τὰ τοιαῦτά φησιν· ἦν μὲν γὰρ ἐν σαρκὶ δι' ἡμᾶς· αὐτὸ δὴ τοῦτο καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος οὐκ ἐν δόξῃ τῇ θεότητι καὶ αὐτῷ πρεπούσῃ φυσικῶς, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως τὸ σμικροπρεπὲς καὶ τὸ ταπεινὸν τοῦτο περικείμενος
B σχῆμα· διὰ τοῦτό φησιν ἐνεργεῖν ἐν Πνεύματι Θεοῦ. Καὶ γάρ τοι κατὰ τὸ ἀληθὲς οὐ σαρκὸς ἐνεργείᾳ φυσικῇ καὶ ἀνθρωπότητος δυνάμει παραλύει τὸν Σατανᾶν καὶ κατισχύει τοῦ Βεελζεβούλ· ἐπεὶ διδασκέτω τις, εἰ βούλεται, τί τὸ κωλῦον τοῖς ἐθέλουσι προκεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν τὴν κατὰ πνευμάτων, εἰ τοῦτο ἐνεργεῖ σαρκὸς φύσις. Πάντες γάρ ἐσμεν ἐν σαρκὶ, καὶ εἷς κατὰ πάντων ὁ τῆς ἀνθρωπότητος λόγος. Ἀλλ' οὔτε σαρκὸς ἔργον ἰδικῶς, οὔτε μὴν ἀνθρωπότητος τὸ κατισχῦσαι πνευμάτων, ἐπεὶ μὴ πάντες ἰσχύουσιν, ἐνεργείας δὲ μᾶλλον ὁρᾶται κατόρθωμα τῆς διὰ Πνεύματος. Οὐκοῦν ἀληθὲς εἴρηκεν ὁ Σωτὴρ καθ' ὃ νοεῖται σὰρξ καὶ ἄνθρωπος, ὅτι Πνεύματος ἔργον ἦν, καὶ οὐχὶ διὰ τῆς σαρκὸς, ἤγουν ἀνθρωπότητος, ἡ κατὰ τῶν δαιμόνων ἰσχύς. Ἅγιον μὲν
C γὰρ ὁμολογουμένως ἐστὶν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ πᾶσαν ἔχον κατὰ πάσης νόσου τὴν δύναμιν· ἀλλ' ἦν τε καὶ ἔστιν ἅγιον, οὐχ ἐπείπερ ἁπλῶς νοεῖται σὰρξ, ἐν μόνοις οὖσα τοῖς ἰδίοις λόγοις, ἀλλ' ὅτι ναός ἐστι τοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτῇ Θεοῦ Λόγου, ἁγιάζοντός τε τὴν ἰδίαν σάρκα διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἔφη γοῦν αὐτὸς πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Πατέρα τὰς διαλέξεις ποιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν· « Ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα ὦσι καὶ αὐτοὶ ἡγιασμένοι εἰς ἕν. »

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Ἀνθ' ὅτου δὴ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν οὐ καταπέπληχθε, φησὶν, διὰ τί μὴ θαυμάζετε τὸν καθ' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον, ἵνα ὅπερ ἔχει φυσικῶς ὡς Θεὸς, λαβὼν δι' ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος, φημὶ δὲ τὸ
D Πνεῦμα, παραπέμψῃ καὶ εἰς ἡμᾶς τὴν χάριν; Ζημιωθεῖσα γὰρ ἡ φύσις τὴν τοῦ Πνεύματος χάριν διὰ τὴν ἐν ἀρχῇ παράβασιν, πεπλούτηκε πάλιν αὐτὴν διὰ πρώτου τε καὶ ἐν πρώτῳ Χριστῷ. Πέφηνε γὰρ οὐράνιος ἄνθρωπος καὶ δεύτερος Ἀδὰμ ἀνακτίζων ἑαυτῷ τὴν φύσιν εἰς καινότητα ζωῆς. Ἔχοντος τοίνυν ἀεὶ τὸ ἴδιον Πνεῦμα Χριστοῦ, καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστι Θεὸς κατὰ φύσιν, λεγομένου τε λαβεῖν ᾗ γέγονεν ἄνθρωπος, ἔφθασεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. Τὸ γὰρ μετόχους γενέσθαι τοῦ Πνεύματος,

[32] Joan. XVII, 19.

(1) *Σκανδαλιστέον*, Fragmentum hoc cum tribus sequentibus edidit Ang. Mai in *Bibl. nova Patrum*, II, 478.

οὐδὲν ἕτερον ἂν εἴη λοιπὸν, ἢ μετασχεῖν βασιλείας Θεοῦ. A

Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητόν· « Καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ. »

Ἄῤῥητον ἔχων τὴν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς γέννησιν, διά τε τοῦτο ὑπάρχων Θεὸς κατὰ φύσιν ὁ Μονογενὴς, τὴν ἀνθρωπείαν ὑπέδυ μορφὴν, καὶ γεγένηται καθ' ἡμᾶς ἐκ γυναικὸς, καὶ γέγονεν ὑπὸ νόμον, καίτοι τοῦ νόμου Κύριος ὢν, καὶ κεχρημάτικεν δοῦλος ὁ πάντα ὑπὸ πόδας ἔχων καὶ ταῖς ἀνωτάτω δυνάμεσιν ἐποχούμενος· καὶ καθίκετο μὲν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, δύναμιν μὲν ἔχων τὴν αὐτῷ πρεπωδεστάτην, κατακρύπτων δ' οὖν ὅμως τῆς ἰδίας φύσεως ἀξίωμα ταῖς ἀνθρωπίναις σμικροπρεπείαις, καὶ τῇ τῆς σαρκὸς περιβολῇ. Κενώσεως γὰρ ἦν καιρὸς, καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς τὸ καθ' ἡμᾶς ἐδεῖτο μυστήριον, ἵνα καὶ τὸν τίμιον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομείνῃ σταυρὸν, καὶ τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς τὸν ἁπάντων κτείνῃ θάνατον. Ἀναγκαία τοιγαροῦν ἡ κένωσις, καὶ ὁ τῆς ἀδοξίας καιρὸς τῆς διὰ τὴν σάρκα. Καὶ ἦν διὰ τοῦτο παρὰ πολλοῖς ἀσυμφανὲς τὸ μυστήριον. B

Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Εἶτα πῶς ἔτι νοηθείη ἂν, κατά γε τὸν εἰκότα λογισμὸν, φυσικὸν ἐν ἡμῖν ἢ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ φαῦλον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐθελούσιον καὶ ἐν προαιρέσει τῇ ἑκάστου κείμενον; εἴπερ οὔσης μιᾶς τῆς ἀνθρώπου φύσεως, καὶ ἕνα κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἐχούσης ὅρον, οἱ μὲν εἰσὶν ἀγαθοὶ τὴν ἕξιν, πονηροὶ δὲ ἕτεροι· διαφέρειν δὲ οὐδαμῶς ἡ ἀνθρώπου φύσις ὡς C πρὸς ἰδίους ὁρᾶται λόγους, οὐδὲ μαχομένην ἔχει τοῖς ἑαυτῆς ἰδιώμασι τὴν κατασκευήν.

Ὅταν τις εἰς ἄνθρωπον ἡμάρτανε, δυνατὸν ἦν ὑπὲρ αὐτοῦ παρακαλέσαι τὸν Θεόν· ὅταν δὲ εἰς αὐτὸν οἱ ἄνθρωποι ἐβλασφήμουν, οὐκ ἐξῆν παρακαλέσαι ὑπὲρ αὐτῶν. Πλὴν ἐπειδὴ ὡς ἄνθρωπος ὁρώμενος ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, εἰ καὶ φύσει Θεὸς ἦν, οὐ πάνυ τι τοῖς ἀσυνέτοις ἐγνωρίζετο, δίδωσιν ἔσθ' ὅτε τοῖς ἐξ ἀγνοίας ἁμαρτάνουσιν εἰς αὐτὸν συγγνώμην· τοῖς δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα, διηνεκῆ λέγει τὴν κόλασιν ἐπάγεσθαι (Πνεῦμα λέγων ὁλόκληρον τὴν τῆς Τριάδος Θεότητα)· πλὴν δίδοται τοῖς μετανοοῦσι διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος συγγνώμη. Ἀλλὰ τὸ μέγεθος θέλων δεῖξαι ὁ Χριστὸς τοῦ ἁμαρτήματος, οὕτως εἶπεν· ἐπεὶ οὐκ D ἔστιν ἁμαρτία ἀσυγχώρητος παρὰ Θεῷ ἐν τοῖς γνησίως καὶ κατ' ἀξίαν μετανοοῦσι.

Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθά· καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.

Ὅταν λέγῃ θησαυρὸν, τὸ πλῆθος ἐνδείκνυται τῶν ἐν τῇ ψυχῇ κειμένων· ἵνα δὲ μὴ εἴπωσί τινες, ὅτι φύσει πεφύκαμεν πονηροὶ οἱ ἄνθρωποι, ἐπὶ τῶν Φαρισαίων τοῦτο ἐδήλωσεν, ὅτι δυνατὸν [τὸν] αὐτὸν καὶ ἕνα ἄνθρωπον ποτὲ μὲν ἀγαθὸν γενέσθαι, ποτὲ δὲ κακὸν, λέγων· Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας αὐτοῦ λαλεῖ, ὁμοίως καὶ ὁ κακός.

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς· Γενεὰ πονηρὰ

Nam participes nos fieri Spiritus, nihil aliud porro erit, quam regnum Dei participare.

Cyrilli ex eodem libro super illud : « Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei (*Matth.* XII, 32). »

Qui ineffabilem sortitus est a Patre Deo nativitatem, ideoque Deus homogeneus naturaliter est, humanam subiit figuram, factus sub lege, quanquam legis Dominus esset : et ad servilem conditionem se demisit, qui omnia pedibus supposita habebat, et a supernis virtutibus gestabatur : venitque in hunc mundum, virtutem quidem sibi convenientissimam habens, dignitatem nihilominus naturæ suæ celans humanis parvitatibus et carnis indumento. Erat enim exinanitionis tempus ; **36** egebatque servi specie mysterium propter nos peragendum, ut et venerandam pro nobis pateretur crucem, et suæ carnis morte universalem mortem perimeret. Necessaria itaque fuit exinanitio et ignominiæ per carnem occasio. Quamobrem multis erat obscurum mysterium.

Cyrilli ex eodem libro. (*Matth.* XII, 33.)

Deinde quomodo justo certe ratiocinio cogitari poterit naturale esse nobis bonum vel malum, et non voluntarium potius atque in cujusque electione positum? quandoquidem una hominis exsistente natura, unumque in universo genere modulum habente, alii quidem bonis moribus sunt, alii pravis. Neque idcirco hominis natura adversus propriam rationem dissidere cernitur, neque pugnantem habere cum suis proprietatibus constitutionem.

Quando quispiam in hominem peccavit, Deum pro se potest invocare; cum vero in eum blasphemias protulerint, non licet invocare pro se. Cum itaque homo videretur Dei Filius, etsi natura Deus esset, non admodum sine intellectu exsistentibus innotescebat, veniam itaque ex ignorantia in sese peccantibus largitur ; eos vero, qui in Spiritum sanctum peccant, perpetuum dicit manere supplicium (Spiritum dicens totam Trinitatis Deitatem); datur tamen pœnitentibus per Spiritus gratiam remissio. Sed **37** magnitudinem volens Christus ostendere peccati, ita dixit; non enim est peccatum quod non remittat Deus, si legitime et ex dignitate pœnitentia agatur.

XII, 35. *Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala.*

Cum dicit thesaurum, multitudinem designat cogitationum voluntatumque in conscientia sitarum. Ne autem aliqui dicerent, natura malos esse homines, adversus Pharisæos declarat, fieri posse ut unus idemque homo, **38** modo bonus, modo malus sit. Cum sic dicat : Bonus homo ex abundantia cordis sui loquitur, similiter et malus.

39. *Ipse autem respondens dixit eis : Generatio prava,*

et adultera signum quærit, et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ.

Neque enim Patri crediderunt, et etiam ab ipso Christo desciverunt jam desponsante sibi et conjungente humanitatem, juxta illud quod dictum est: « Et desponsabo te mihi in sæculum [22]. » Adhæserunt autem Satanæ, spiritualis **39** fornicationis modum admittentes. Ostendit se ipsum rursus Patri æqualem, quandoquidem Judaicam gentem inde quoque adulteram fieri ait, quod sibi non credat. Mox injuria lacessitus quid ait? « Et signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ. »

XII, 43. *Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem, et non invenit.*

Ac jure merito. Cum enim quis semel ereptus malis ad meliorem frugem reversus non est, multo graviora prioribus patietur; idcirco dixit, « non invenit requiem, » ut ostendat hujusmodi hominem necessario dæmonum insidiis **40** capiendum. Duo enim hic ad bonum incitamenta habuit, experientiam prioris mali et liberationis beneficium. Imo vero et tertium accedit: pejora patiendi comminatio. Verumtamen nullo eorum devenere meliores: inhabitabat ipsos spiritus nequam, et cum in Ægypto sacrificarent, Ægyptiis etiam moribus cum eis vivebant, ac legibus, plenique erant omni immunditia. Postquam per Moysen liberati sunt, legemque habuerunt pædagogum ad veri Dei cognitionis lucem vocantem, ejectus est profanus et immundus spiritus. Quia vero in Christum non crediderunt, rursus eos dæmonium invasit. Invenit enim cor eorum nudum ac vacuum ab omni pietate et quasi scopis mundatum, et inhabitavit in eis. Ut enim Spiritus sanctus, cum viderit cor hominis vacuum ab omni immunditie, et commoratur, et aulam suam collocat, et in eo requiescit, ita spiritus immundus animabus reproborum amat immorari.

XIII, 3. *Et locutus est eis multa in parabolis dicens: Ecce exiit qui seminat, seminare.*

Idcirco in Parabolis loquitur Christus, ut ostendat sese esse, de quo erant prophetiæ, ac de quo dixit David: « Aperiam in parabolis os meum [24]. » Quidam vero alius prophetarum dixit: « Ecce rex justus regnabit, et principes cum judicio regent, et erit homo abscondens sermones suos. »

41 XIII, 12. *Qui enim habet, dabitur ei, et abundabit; qui autem non habet, et quod habet auferetur ab eo.*

Qui dociles fuerint et bene parati ad perceptionem divinarum institutionum, in iis habitabit Spiritus sanctus, augens in ipsis dona sua. Qui vero

A *καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου.*

Οὔτε γὰρ τῷ Πατρὶ ἐπίστευσαν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀπέστησαν. Τοῦ μνηστευσαμένου τὴν ἀνθρωπότητα καὶ νυμφευσαμένου, κατὰ τὸ εἰρημένον· « Καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ εἰς τὸν αἰῶνα. » Προσεκολλήθησαν δὲ τῷ Σατανᾷ, τὸν τῆς νοητῆς πορνείας τρόπον ἀποτελοῦντες. Δείκνυσιν ἑαυτὸν πάλιν τῷ Πατρὶ ἴσον· εἴγε καὶ τὸ μὴ πιστεῦσαι αὐτῷ μοιχαλίδα ποιεῖ. Εἶτα ὑβρίσας, τί φησι; « Καὶ σημεῖον οὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου. »

Ὅταν δὲ τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα ἐξέλθῃ ἀπὸ B *τοῦ ἀνθρώπου, διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων ζητοῦν ἀνάπαυσιν, καὶ οὐχ εὑρίσκει.*

Καὶ μάλα εἰκότως. Ὅταν γὰρ ἅπαξ τις ἐλευθερωθεὶς τῶν κακῶν μὴ σωφρονισθῇ, πολλῷ χαλεπώτερα πείσεται τῶν προτέρων. Διὰ γὰρ τοῦτο εἶπεν· « Οὐχ εὑρίσκει ἀνάπαυσιν, » ἵνα δείξῃ ὅτι πάντως καὶ ἐξ ἀνάγκης λήψεται τὸν τοιοῦτον ἡ τῶν δαιμόνων ἐπιβουλή. Καὶ γὰρ ἀπὸ δύο τούτων τὸν τοιοῦτον ἀγωνισθῆναι ἔδει, ἀπό τε τοῦ παθεῖν πρότερον, ἀπό τε τοῦ ἀπαλλαγῆναι. Μᾶλλον δὲ καὶ τρίτον πρόσεστιν, ἡ τοῦ χείρονα πείσεσθαι ἀπειλή· ἀλλ' ὅμως οὐδενὶ τούτων ἐγένοντο βελτίους. Ἦν αὐτοῖς ἔνοικον τὸ πονηρὸν πνεῦμα, καὶ ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ ἐθύτευον, καὶ τοῖς Αἰγυπτίοις διαζῶντες ἔθεσί τε καὶ νόμοις, μεστοὶ ἦσαν πάσης ἀκαθαρσίας. Ἐπειδὴ διὰ Μωσέως C λελύτρωνται, καὶ νόμον ἐσχήκασι παιδαγωγὸν πρὸς τὸ τῆς ἀληθοῦς θεογνωσίας καλοῦντα φῶς, ἀπελήλατο τὸ βέβηλον καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα. Ἐπειδὴ δὲ οὐ πεπιστεύκασιν εἰς Χριστὸν, πάλιν αὐτοῖς ἐπεδήμησε τὸ δαιμόνιον· εὗρε γὰρ αὐτῶν τὴν καρδίαν γυμνὴν, καὶ σχολάζουσαν ἀπὸ πάσης εὐσεβείας, καὶ οἱονεὶ σεσαρωμένην, καὶ κατῴκησεν ἐν αὐτοῖς. Ὥσπερ γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅταν ἴδῃ καρδίαν ἀνθρώπου σχολάζουσαν ἀπὸ πάσης ἀκαθαρσίας, καὶ ἐναυλίζεται, καὶ κατοικεῖ, καὶ ἐπαναπαύεται ἐν αὐτῷ· οὕτω τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον, ψυχαῖς ἀνόμων ἐνδιαιτᾶσθαι φιλεῖ.

Καὶ ἐλάλησεν αὐτοῖς πολλὰ ἐν παραβολαῖς, λέγων· Ἰδοὺ ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπείρειν.

D Διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς λέγει ὁ Χριστὸς, ἵνα καὶ διὰ τούτων δείξῃ ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ προφητευθεὶς, περὶ οὗ εἶπεν ὁ Δαβίδ· « Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου. » Ἕτερος δέ τις τῶν προφητῶν ἔφη· « Ἰδοὺ βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι, καὶ ἔσται ὁ ἄνθρωπος κρύπτων τοὺς λόγους αὐτοῦ. »

Ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται· ὅστις δὲ οὐκ ἔχει, καὶ ὃ ἔχει ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ.

Τοῖς εὐμαθέσιν ἀνθρώποις, καὶ καλῶς διακειμένοις πρὸς παραδοχὴν θείων λόγων, ἐνοικισθήσεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὔξάνον ἐν αὐτοῖς τὰ χαρίσματα

[22] Osee II, 19. [24] Psal. LXXVII, 2. [25] Isa. XXXII, 1.

Τοῖς δὲ σπινθῆρα φωτὸς κεκτημένοις, καὶ τούτου A ἀμελήσασι, σβεσθήσεται πάντως καὶ ἀρθήσεται ἀπ' αὐτῶν καὶ τὸ σμικρότατον ὃ πρότερον εἶχον. Τοῦτο δὲ Ἰουδαῖοι πεπόνθασι λαβόντες φῶς ἐκ τοῦ νόμου, καὶ πολυπλασιάσαντες· ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθείας ἐλθούσης ἀμβλυωπήσαντες πρὸς αὐτὴν, ἀφῃρέθησαν ὃ ἐκέκτηντο. Ὑμῖν τοῖς πιστεύσασι, φησὶν, ἐδόθη ἡ χάρις· τοῖς δὲ λοιποῖς οὐδαμῶς· κἂν ἔχωσί τι φῶς, σβεσθήσεται αὐτοῖς, διὰ τὸ κεκτῆσθαι μὲν, μὴ ἐπιμελεῖσθαι δὲ αὐτοῦ. Ὁ γὰρ Θεὸς δίκαιος ὢν, δικαίας καὶ τὰς ἀντιδόσεις ποιεῖται.

Τὸ εἰπεῖν, « Μήποτε ἐπιστρέψω καὶ ἰάσομαι (1) αὐτοὺς, » ἐπιτεταμένην ἐμφαίνει δυστροπίαν· πλὴν B καὶ ἐπισπωμένου ἐστὶν καὶ ἐρεθίζοντος· δείκνυσι γὰρ ὅτι ἐὰν ἐπιστρέψωσιν, ἰᾶται αὐτούς· διὰ γὰρ τὸ σωθῆναι αὐτοὺς, οὕτως λαλεῖ. Ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν ὅλως μηδὲν λαλῆσαι, ἀλλὰ σιωπᾷν· πλὴν οὐ διὰ τὴν ἰδίαν δόξαν, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτῶν σωτηρίαν πάντα ποιεῖ.

Μακαρίζει οὖν αὐτοὺς, ὡς ἀκηκοότας τῆς τοῦ Υἱοῦ φωνῆς, καὶ ἀξιωθέντας τῆς αὐτοῦ θέας, δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ τὴν τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ ἑώρων φύσιν νοητῶς, ὧν ἠξιώθησαν (2) οἱ πάλαι ἅγιοι, καὶ πληρεστάτην ἔσχον τὴν ἐπ' ἀγαθοῖς θυμηδίαν.

Ἄλλην παραβολὴν ἐλάλησεν αὐτοῖς.

Μὴ θαυμάσῃς δὲ εἰ περὶ βασιλείας διαλεγόμενος, C κόκκου καὶ ζύμης ἐμνήσθη· ἀνθρώποις γὰρ διελέγετο ἀπείροις καὶ ἰδιώταις, καὶ δεομένοις ἀπὸ τούτων ἐνάγεσθαι· οὕτω γὰρ ἦσαν ἀφελεῖς, ὡς καὶ μετὰ ταῦτα πάντα δεηθῆναι ἑρμηνείας πολλῆς.

Καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρός. Ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

Ὅτι δὲ οἰκουμενικὴ γέγονεν ἡ διὰ Χριστοῦ κλῆσις, αὐτὸς πιστώσεται λέγων ἐναργῶς· ὅτι τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων τὸ λῖνον ἐκ παντὸς συνάγει γένους. Καὶ ὥσπερ οἱ τῆς τῶν ἰχθύων θήρας ἐπιστήμονες, καὶ θαλασσουργικὸν ἔχοντες ἐπιτήδευμα, χαλῶσι τὸ λῖνον οὐ διακρίνοντες, ἀλλ' ὅπερ ἐν τοῖς βρόχοις ἐναπολῃφθῇ, τοῦτο πάντῃ καὶ πάντως ἕλκουσιν εἰς γῆν· οὕτω καὶ ἡ θαυμαστὴ καὶ πολύπλοκος τῶν ἱερῶν D μαθημάτων διδασκαλία, ἣν οἱ καλοὶ ἁλιευταὶ ἀπόστολοι ἔπλεξαν, ἐκ παντὸς ἕλκει γένους, καὶ συνάγει πρὸς Θεόν· συνάγει δὲ μέχρι καιροῦ, ὃς πληρωθήσεται κατὰ τὸν καιρὸν τῆς συντελείας, καθ' ὃν τοὺς σαγηνευθέντας, ἐκτὸς τοῦ βίου ἑλκύσαντες, οἱ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, τὴν πάντων διάκρισιν ποιήσονται, ἀφορίζοντες τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων.

Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐκβάλλει ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά.

Γραμματεύς ἐστιν ὁ διὰ τῆς ἐπιμόνου ἀναγνώσεως τῶν Γραφῶν, τῆς τε Παλαιᾶς καὶ τῆς Νέας, θησαυρὸν

scintillam lucis nulcam habuerint, et ipsam excitare neglexerint, in illis et ipsa exstinguetur prorsus, tolleturque ab eis illud ipsum minimum quod prius habuerant. **42** Id Judæis contigit. Hi enim cum lucem legis accepissent, nec eam bono ipsius usu multiplicassent, quinimo ad oborientem ultro ingerentemque se veritatem voluntarie cæcutientes, suis se tenebris involvissent, illa ipsa quam prius obtinebant, exigua luce privati sunt. Vobis autem, inquit, qui credidistis, data est gratia : cæteris, non item ; sed et si lucis quemdam radium habuerint, exstinguetur ipsis, quod possessioni usum adjungere non curaverint. Justus enim Deus juste cuique quod meretur reddit.

Hæc verba, « Ne forte convertam et sanem eos, » intensam significant perversitatem; sunt tamen allicientis et excitantis. Innuit enim, si modo conversi fuerint, se illos sanaturum; neque hæc dicit nisi propter illorum salutem : alioquin, nihil omnino ipsum dicere oportuit, sed tacere; verum non propter propriam gloriam, sed propter illorum salutem omnia agit.

Beatos illos prædicat, ut qui audire vocem Filii et ejus visione frui digni habiti sint, per quem et in quo Dei Patris naturam videbant intelligibiliter; quod sanctis veteris Testamenti concessum non fuit, etsi plenissimam a bonorum possessione habuerint lætitiam.

43 XIII, 33. *Aliam parabolam locutus est eis.*

Ne mireris autem, si de regno disserens, sinapis et fermenti meminit; homines enim alloquitur ignaros et idiotas, quique his duci debeant : adeo enim erant simplices, ut post hæc omnia, magna etiam indigerent interpretatione.

XIII, 50. *Et mittent eos in caminum ignis; ibi erit fletus et stridor dentium.*

Universalem fuisse Christi vocationem, ipse creditur expresse dixisse : quia evangelicarum prædicationum rete ex omni genere colligit. Et ut capturæ piscium gnari, ac marino operi intenti, non discernentes rete laxant, sed quidquid laqueis irretitum est, hoc indiscriminatim et omnino in terram pertrahunt : ita quoque virtus prædicationis, et mirabilis et multifaria sacrorum dogmatum doctrina, quam boni piscatores apostoli contexuerunt, ex omni genere attrahit, et colligit ad Deum. Colligit autem usque ad tempus quod implebitur tempore consummationis, quando captos sagena, e vita extrahentes angeli ad hoc a Deo ordinati, omnium instituent discretionem, separantes malos de medio justorum.

44 XIII, 52. *Hic autem dixit eis : Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.*

Scriba est, qui per constantem lectionem Scripturarum Novi et Veteris Testamenti, thesaurum co-

(1) Leg., cum N. T. Gr., ἐπιστρέψωσι καὶ ἰάσωμαι.

(2) Lego ὧν οὐκ ἠξιώθ., et mox εἰ καὶ πληρ.

sibi reponit. Ideo beatos dicit comprehen- ... se legalem et evangelicam disciplinam, ... romant ex thesauro suo nova et vetera : ut ... libi ait : « Mittam vobis sapientes et scri- ... Videsne quomodo Veterem non rejiciat, sed ... legem, thesaurum eam vocans? Adeo ut qui- ... divinarum Scripturarum ignari sunt, patres- ... as esse non possint ; neque divites, quicunque ... ipsi habent, nec ab aliis accipiunt, sed vident ... as fame pereuntes : non tantum autem hi, ve- ... etiam hæretici procul ab hac beatitudine sunt. ... enim proferunt nova et vetera; neque jam ... ra habent, ideoque neque nova. Quamobrem ... ur hi qui nova non habent, et Judæi, neque ve- ... a habent, sed utrisque privati sunt, hæc enim ... i invicem colligata sunt et connexa. Audiamus ... tur, quicunque lectionem Scripturarum negligi- ... us, quale damnum patiamur, quantam pauperiem : ... on enim operum gubernationem accipimus, qui ... ipsas leges quibus gubernandi sumus nescimus. **45** Qui vero divites sunt, assidue vestimenta sua excutiunt, ne tinearum escæ fiant; nos autem, tineis pejorem videntes animæ nostræ officientem oblivionem, non insistimus libris, per quos anima ornatur.

A γνώσεως ἑαυτῷ ἀποθέμενος. Διὸ μακαρίζει τοὺς συνενεγκόντας ἐν ἑαυτοῖς νομικὴν παιδείαν καὶ εὐαγγελικὴν, ὥστε ἐκβάλλειν ἐκ τοῦ θησαυροῦ νέα καὶ παλαιά· καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Ἀποστελῶ ὑμῖν σοφοὺς καὶ γραμματέας. » Εἶδες πῶς οὐκ ἐκβάλλει τὴν Παλαιὰν, ἀλλὰ καὶ ἐγκωμιάζει, θησαυρὸν αὐτὴν καλῶν; Ὥστε ὅσοι τῶν θείων εἰσὶν ἄπειροι Γραφῶν, οὐκ ἂν εἶεν οἰκοδεσπόται, οὐδὲ πλούσιοι, ὅσοι μήτε αὐτοὶ ἔχουσι μήτε παρ' ἑτέρων λαμβάνουσιν, ἀλλὰ περιορῶσιν ἑαυτοὺς λιμῷ φθειρομένους· οὐχ οὗτοι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ αἱρετικοὶ ἐκτός εἰσι τοῦ μακαρισμοῦ τούτου. Οὐ γὰρ ἐκβάλλουσι καινὰ καὶ παλαιά· οὐδὲ γὰρ ἔχουσι τὰ παλαιὰ, διὸ καὶ οὐδὲ καινά. Ὥσπερ οὖν οἱ καινὰ οὐκ ἔχοντες, ὡς Ἰουδαῖοι, οὐδὲ παλαιὰ ἔχουσιν, ἀλλ' ἑκατέρων ἐστέρηνται. Ταῦτα

B γὰρ ἀλλήλοις συνδέδεται καὶ συμπλέκεται. Ἀκούσωμεν τοίνυν ὅσοι τῆς ἀναγνώσεως τῶν Γραφῶν ἀμελοῦμεν, ὅσην ὑπομένομεν βλάβην, ὅσην πενίαν· οὐ γάρ ποτε τῆς διὰ τῶν ἔργων ἐπιλαβόμεθα πολιτείας, οἱ μηδὲ αὐτοὺς τοὺς νόμους εἰδότες καθ' οὓς πολιτεύεσθαι χρή· ἀλλ' οἱ μὲν πλουτοῦντες συνεχῶς τινάσσουσιν αὐτῶν τὰ ἱμάτια, ὥστε μὴ σητόβρωτα γίνεσθαι. Ἡμεῖς δὲ σητὸς χαλεπώτερον ὁρῶντες τῇ λήθῃ λυμαινομένην ἡμῶν τὴν ψυχὴν, οὐκ ἐντυγχάνομεν βιβλίοις δι' ὧν καλλωπίζεται ἡ ψυχή.

XIII, 54. *Et veniens in patriam suam.*

Καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ.

Civitatem suam Nazaretum esse fatetur, quatenus videlicet definito in corpore erat, et carne tantummodo limitatus, is qui alioqui immensurabilis erat Deus. Nam quia Deus simul homoque est, modo quidem quatenus Verbum est de Patre effulgens, totus ceu talis in carne quoque intelligitur. Vicissim aliquando quatenus caro est, etiamsi naturaliter Verbum est, et in sua naturali unione consistens, ceu si totus homo esset, intelligi solet : ita ut divinitatis etiam attributa naturaliter applicentur ceu sine carne exsistenti qui in carne est; vicissimque humanitatis attributa assignentur quasi divinæ naturæ proprietates non habenti, etiamsi revera Deus suapte natura est. Igitur quatenus Deus intelligitur, nullum requietionis suæ locum habet, quia loco, circumscriptione, mensura figuraque omni excelsior est. Quatenus autem æque ac nos homo intelligitur, prorsus cum carne sua et in locis est, et propriam civitatem habuisse dicitur.

Πόλιν (1) δὲ οἰκείαν ὁμολογεῖ τὴν Ναζαρὲτ, ὡς πεποσωμένος διὰ τὸ σῶμα, καὶ διὰ μόνην τὴν σάρκα μετρούμενος, καίτοι κατὰ φύσιν ἀμέτρητος ὢν ὡς

Καὶ ἔστιν ἀμπελὼν μὲν ὁ Ἰσραὴλ, ὥς φησιν ὁ Ψαλμῳδός· « Ἀμπελῶνα ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας. » Καὶ Ἡσαΐας· « Ἀμπελὼν, φησὶν, ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ. » Ἐφύτευσεν δὲ αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ ἀπεδήμησε χρόνον μακρὸν, εἴτουν ἐμακροθύμησε. Πλὴν ὁρᾶται πεφροντικὼς τοῦ χωρίου, καὶ εἰς νοῦν ἔχων αὐτό. Οὐδεὶς γὰρ γέγονε διὰ μέσου καιρὸς, καθ' ὃν οὐκ ἀπεστέλλοντο παρὰ τοῦ Θεοῦ προφῆται καὶ δίκαιοι νουθετοῦντες. Οἱ δὲ γεγόνασιν ἀπειθεῖς, καὶ ἀτιμάσαντες τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπέστειλαν κενούς· τουτέστιν οὐδὲν ἔχοντας εἰπεῖν περὶ αὐτῶν ἀγαθὸν τῷ πεπομφότι Θεῷ.

Οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος. Δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτόν.

Ἆρα καὶ ὑμεῖς υἱοὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός; ἆρα φυσικῶς ὁ κλῆρος εἰς ὑμᾶς καταβαίνει, ἂν ἐκ μέσου ποιήσητε τὸν κληρονόμον; πῶς γενήσεσθε κύριοι ὧν ἐρᾶτε; κἀκεῖνο πῶς οὐ γέλωτος ἄξιον; Ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς, ὡς Υἱὸς καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀξιωμάτων οὐσιωδῶς κληρονόμος, γεγενημένος ἄνθρωπος, εἰς κοινωνίαν τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἐκάλει τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτόν. Οἱ δὲ Ἑβραῖοι μόνοι τὴν βασιλείαν ἔχειν ἤθελον, ὅπερ ἦν ἀμήχανόν τε καὶ ἀμαθές. Ἐπιτήρησον δὲ ἐν τούτοις ὅτι μετὰ τοὺς οἰκέτας ὁ Υἱὸς πέμπεται, ὡς οὐ τελῶν ἐν οἰκέταις, ἀλλ' ὡς Υἱὸς ἀληθινὸς, καὶ διὰ τοῦτο Κύριος· εἰ καὶ ἐφόρεσε γὰρ δούλου μορφὴν οἰκονομικῶς, ἀλλ' ἦν καὶ οὕτω Θεὸς, καὶ Υἱὸς ἀληθινὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ φυσικὴν ἔχων τὴν κυριότητα.

Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.

Ταύτην τεθαύμακε τὴν γωνίαν, ἤτοι τῶν δύο λαῶν τὴν εἰς ταὐτότητα σύνοδον ὁ μακάριος Δαβὶδ, λέγων· « Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. » Οὐκοῦν σωτήριον μὲν ὁ λίθος τῇ γωνίᾳ τῇ παρ' αὐτοῦ γενομένῃ, συντριβὴ δὲ τοῖς ἔξω μεμενηκόσι τῆς νοητῆς καὶ πνευματικῆς ταύτης συνδρομῆς· αὐτοῖς γάρ ἐστιν ὁ Χριστὸς πέτρα προσκόμματος, καὶ λίθος σκανδάλου.

Ὁ μὲν γάμος ἕτοιμός ἐστιν.

Γάμον (1) λέγει τὴν πρὸς τὸν Υἱὸν τῶν πιστῶν συνάφειαν, καλῶν εἰς τοῦτον τοὺς Ἰουδαίους, πάλαι μὲν διὰ τῶν προφητῶν, ὕστερον δὲ διὰ τῶν μαθητῶν, πρὸ τοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως.

Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας.

Καὶ ἄλλως δεδέσθαι χεῖρας καὶ πόδας λέγεται, ὡς μηδενὸς λοιπὸν χρηστὸν ποιῆσαι ἐκεῖσε δυναμένου· ἡ γὰρ τοῦ καλοῦ ἐργασία μέχρι τοῦ παρόντος ἐκτείνεται.

Ἔξεστι δοῦναι κῆνσον Καίσαρι, ἢ οὔ;

Ἤθελε μὲν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἀνθρωπίνης δυναστείας

[36] Psal. LXXIX, 9. [37] Isa. V, 1. [38] Psal. CXVII, 23.

(1) Γάμον — ἀναστάσεως. Cramer. p. 179.

ἐλεύθερον εἶναι τὸν Ἰσραήλ· ἐπειδὴ δὲ τοὺς θείους A πεπατήκασι νόμους, γεγόνασιν ὑπὸ χεῖρα τῶν τηνικάδε κεκρατηκότων, καὶ δασμοὺς ἐπέθηκαν αὐτοῖς, καὶ φόρου λοιπὸν ἦσαν ὑποτελεῖς, τῶν πραγμάτων αὐτοῖς εἰς τὴν Ῥωμαίων μεταπεσόντων ἀρχήν.

Καὶ οὐδεὶς ἐδύνατο αὐτῷ ἀποκριθῆναι λόγον, οὐδὲ ἐτόλμησέ τις ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπερωτῆσαι αὐτὸν οὐκέτι.

Ἐπειδὴ καταισχυνθέντων τῶν Σαδδουκαίων καὶ ἀποχωρησάντων ἐπῃνεῖτο ὁ Κύριος, διαφθονούμενοι οἱ Φαρισαῖοι ἦλθον εἰς μέσον, καί τις νομομαθὴς ἄγαν παρ' αὐτοῖς νομιζόμενος, ἠρώτησε ποία ἐντολὴ μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ· οἰηθεὶς ὅτι μέλλει μὲν τὰ Μωσέως παραγράφεσθαι ὁ Χριστὸς, παρατιθέναι δὲ τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν, ἢ εἰπεῖν· Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου καὶ ἐμέ· παραζευγνὺς ἑαυτοῦ τὴν δόξαν τῇ B δόξῃ τοῦ Πατρός· καὶ οὕτως εὑρήσει πρόφασιν τοῦ ἐμβαλεῖν αὐτὸν εἰς κίνδυνον, ὡς ἑαυτὸν θεοποιοῦντα· ἢ, εἰ τοῦτο παρασιωπήσει, λέγειν· Οὐκοῦν οὐ προσδέχομαί σε ὡς Θεόν (1). Ὁ δὲ Κύριος οὐδὲν καινὸν εἰπὼν, ἀλλὰ τὰ τοῦ νόμου. καὶ ταύτῃ ἐπιστομίσας τοὺς Φαρισαίους.

Μηδὲ κληθῆτε καθηγηταί.

Ἐπειδὴ τοὺς καινὰ δόγματα διδάσκοντας ὡς ἐπίπαν ἰδεῖν ἔστι κενοδοξίας καὶ ἀλαζονείας ἔρωτι εἰς τὸ τῆς διδασκαλίας ἀξίωμα παραγενομένους, ἀναιρεῖ ὁ Κύριος ταύτην τὴν ὑπόνοιαν, καὶ τὴν ὁδὸν ἐκκόπτει ὡς ἐπ' ὄλεθρον ἄγουσαν. Εἰ τοίνυν, φησὶ, δόξης τε καὶ πρωτείων ἐρᾷς, τὴν τῶν διακόνων καὶ ὑστέρων τάξιν ἐπιζήτει καὶ ταπεινοφροσύνην ἄσκει.

dominatu liberum esse Israelem : cum vero divinas leges conculcassent, tum etiam prævalentium manus ac vincula eis imposuit, ac facti sunt obnoxii pendendo tributo, rebus eorum ad Romanorum imperium devolutis.

76 XXII, 46. *Et nemo poterat respondere ei verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*

Cum confusi essent ac secessissent Sadducæi, laudabaturque Dominus, in medium prodierunt invidi Pharisæi, ac legisperitus quidam magna apud eos in æstimatione interrogat, quodnam maximum esset mandatum in lege, arbitratus fore, ut ea quæ Moysis erant Christus proscriberet, suam autem doctrinam præponeret, aut diceret : Diliges Dominum Deum tuum et me, conjungendo gloriam suam cum gloria Patris, atque ita inventurum sese occasionem, qua in periculum eum adduceret, tanquam sese Deum facientem, aut si ab hoc dicendo abstineret, insereret : Igitur non suscipimus te tanquam Deum. Dominus vero nil novi dicendo, sed ea quæ legis

77 sunt, etiam hac ratione os obstruit Pharisæis.

XXIII, 10. *Nec vocemini magistri.*

Quoniam qui nova dogmata promulgant, eos ferme videre est studio inanis gloriæ et arrogantia sese ultro provehere in magistrorum dignitatem, eam suspicionem, ne ad se quoque perveniret, utpote prædicatorem novæ doctrinæ, elidit exstinguitque Dominus. Simul auditorum causa humanæ infirmitati pronam viam ad honores per ambitionem aspirandi abrumpit exscinditque, quippe ad interitum ferentem ; sic præcipiens : Si quis gloriæ primatusve cupiditate teneatur, is in ministrantium et postremorum ultro ordinem descendat, humilitatique imprimis studeat.

Οὐαὶ δὲ ὑμῖν.

Οὐαὶ τοίνυν ὑμῖν, ὦ νομικοὶ, ὅτι φορτικὸν ὁμολογουμένως ὄντα τὸν νόμον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἀπαιτοῦσιν αὐτὸν, θανάτου δίκην ἐπάγετε, αὐτοὶ δὲ τοῦ νόμου οὐδὲ προσψαύετε.

Καὶ ὀμόσας ἐν τῷ οὐρανῷ, ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ.

Διὰ τοῦτο δὲ θρόνον Θεοῦ τὸν οὐρανὸν ὀνομάζουσιν αἱ Γραφαὶ, ὅτι ταῖς ἄνω δυνάμεσι Θεὸς ἐναναπαύεται. Ἐν οὐρανῷ γάρ εἰσιν οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ ἄγγελοι, καὶ ἀεὶ δοξάζοντες αὐτόν· αὕτη γὰρ αὐτῷ ἀνάπαυσις. Ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ· ἐν αὐτῇ γὰρ διὰ σαρκὸς τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. Ποῦς δὲ Θεοῦ ἡ ἁγία αὐτοῦ σὰρξ καὶ διαφόρως ὀνομάζεται.

Οὐαὶ ὑμῖν Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι ἀποδεκατοῦτε τὸ ἡδύοσμον καὶ τὸ ἄνηθον, καὶ ἀφήκατε τὰ βαρέα τοῦ νόμου, τὴν κρίσιν, καὶ τὸν ἔλεον, καὶ τὴν πίστιν· ταῦτα ἔδει ποιῆσαι, κἀκεῖνα μὴ ἀφιέναι.

Ὅρα τὴν ἐπίπληξιν· « Ἀπαιτεῖτε, φησὶν, ὦ Φαρισαῖοι, τὰς δεκάτας τάχα που καὶ λαχάνων λεπτῶν, παρέντες τὰς ἐντολὰς, ἐφ' αἷς ἐστι μείζων ἡ παράβασις. Ποῖαι αὗται αἱ ἐντολαί; Ἡ κρίσις, τουτέστι

C XXIII, 13. *Væ autem vobis.*

Væ igitur vobis legisperiti, eo quod, cum gravem esse fateamini legem, aliis quidem eam postulantibus mortis supplicium inducitis : ipsi vero ne legem quidem attingitis.

XXIII, 22. *Et qui jurat in cœlo, jurat in throno Dei, et in eo qui sedet super eum.*

78 Propterea autem sedem Dei cœlum vocant Scripturæ, eo quod in supernis potestatibus Deus requiescat. In cœlo enim sunt, qui faciunt voluntatem ejus, angeli, semperque eum glorificant, hæc enim ei requies. Terra autem scabellum pedum ejus : in ea enim cum hominibus versatus est. Pes autem Dei sancta illius caro præcipue nuncupatur.

D XXIII, 23. *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ qui decimatis mentham et anethum, et reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium et misericordiam et fidem ; hæc oportebat facere, et illa non omittere.*

Vide quomodo eos percellat. « Exigitis, inquit, o Pharisæi, decimas quodammodo etiam olerum minimorum, prætereuntes præcepta in quibus major culpa est. Qualia autem hæc sunt præcepta? Judi-

(1) Huc usque fragmentum ap. Cramerum p. 183.

cium, id est judicare quæ recta sunt, et misericordia, et fides in Deum. Hæc enim decimis ac primitiis meliora sunt. Indeque per prophetam ait universorum Dominus: «Et nunc, Israel, quid Dominus Deus requirit a te, nisi facere judicium, et diligere ac quærere misericordiam, paratumque esse ut ambules cum Deo tuo [38]? »

XXIII, 26. *Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis et paropsidis, ut fiat id quod deforis est mundum.*

79 Non de calice ac paropside dicit, seu lance, sed de anima ac corpore disserit, corpus quidem vocans quod deforis est, quod vero intus, animam. Si vero illud quod in paropside intus est, mundatione opus habet, multo magis quod in te est: vos autem contrarium, inquit, facitis exigua et exteriora observantes; majora et interiora negligitis, unde maximum oritur detrimentum. Hisce Pharisæorum vitam depingit, exhortans eos, ut non exteriori specie tantum ficti sint, sed interiora munda habeant, mentem animumque.

XXIII, 32. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.*

Quidnam ergo dicat Salvator, diligenter indagemus. Patres quidem Judæorum diversis temporibus sanctos prophetas divinam legem annuntiantes occiderunt; qui tamen ex iis nati sunt, confitentes prophetas venerandos fuisse ac honorandos, coronas iis adaptarunt, seu monumenta, honorem sanctis maxime convenientem eis tribuentes, ipsi autem prophetas esse credentes ac viros sanctos, judices facti sunt eorum qui eos occiderunt: per quæ enim honorare existimarunt eos, qui necati fuerant, hisce occisores tanquam qui impie egerint, accusant. Sed qui suis patribus in hisce adeo nefandis cædibus suffragantur, æqualibus malis obnoxii erant futuri, imo **80** vero etiam pejoribus. Occiderunt enim vitæ auctorem; adjunxerunt autem exsecrandis in eum sceleribus alia quoque contra divinos ejus discipulos: siquidem quousque aliquis aliorum iniquitates naturali ratione judicans, inquirit, videt quod malum est, et arguit; ipse vero ad eosdem adductus affectus, quasi cæcus ad ista fertur.

XXIII, 37. *Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas.*

Hoc dicens characterem divinitatis in se ostendit, quamvis in forma humana sit. De Deo enim dixit [39*] Moyses: « Expandens alas suas assumpsit eos; » et David [39**]: « Filii hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. »

XXIV, 5. *Multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, et multos seducent.*

Scopo interrogationis præcedentium Dominus in-

A τὸ κρίνειν ὀρθὰ, καὶ ὁ ἔλεος, καὶ ἡ πίστις εἰς Θεόν. Ταῦτα γὰρ ἀμείνω δεκάτης καὶ ἀπαρχῶν. Διὸ καὶ διὰ τοῦ προφήτου φησὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Καὶ νῦν, Ἰσραὴλ, τί Κύριος ὁ Θεὸς ζητεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ τοῦ ποιεῖν κρῖμα, καὶ ἀγαπᾷν καὶ ζητεῖν ἔλεον, καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῦ πορεύεσθαι μετὰ τοῦ Θεοῦ σου; »

Φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον τὸ ἐντὸς τοῦ ποτηρίου, καὶ τῆς παροψίδος, ἵνα γένηται καὶ τὸ ἐκτὸς αὐτῶν καθαρόν.

Οὐ περὶ ποτηρίου καὶ παροψίδος λέγει, ἤτοι πίνακος, ἀλλὰ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος διαλέγεται· τὸ μὲν ἔξω καλῶν τὸ σῶμα, τὸ δὲ ἔνδον τὴν ψυχήν. Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς παροψίδος τοῦ ἔνδον χρεία, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ σοῦ. Ὑμεῖς δὲ τοὐναντίον ποιεῖτε, φησὶ, B τὰ μικρὰ καὶ ἔξω φυλάττοντες, τῶν μεγάλων καὶ ἔνδον ἀμελεῖτε· ὅθεν μεγίστη γίνεται βλάβη (1). Διὰ τούτων τὸν τῶν Φαρισαίων διαγράφει βίον, παραινῶν μὴ τοῖς ἔξωθεν σχηματισμοῖς πλάττεσθαι μόνον, ἀλλὰ ἔχειν καὶ τὰ ἔσωθεν καθαρὰ, τὰ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν.

Καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν.

Τί δὴ ἄρα φησὶν ὁ Σωτὴρ, ἀκριβῶς ἐρευνήσωμεν. Οἱ μὲν τῶν Ἰουδαίων πατέρες ἀπέκτειναν κατὰ καιροὺς τοὺς ἁγίους προφήτας, τὸν θεῖον αὐτοῖς διαπορθμεύοντας λόγον· οἵγε μὴν ἐξ αὐτῶν γεγονότες, ὁμολογοῦντες ὅτι οἱ προφῆται γεγόνασι σεπτοὶ καὶ τίμιοι, περιήρμοσαν αὐτοῖς τοὺς στεφάνους, ἤτοι τὰ μνημεῖα, τιμὴν ἀπονείμαντες τὴν τοῖς ἁγίοις πρε- C πωδεστάτην, αὐτοὶ δὲ προφήτας εἶναι πιστεύσαντες καὶ ἄνδρας ἁγίους, κριταὶ γεγόνασι τῶν ἀποκτεινάντων αὐτούς. Δι' ὧν γὰρ τιμᾷν ἐγνώκασι τοὺς ἀνῃρημένους, διὰ τούτων αὐτῶν κατηγοροῦσιν ὡς ἠσεβηκότων. Ἀλλ' οἱ τῶν ἰδίων πατέρων ἐπὶ ταῖς οὕτω δειναῖς μιαιφονίαις καταψηφισάμενοι, τοῖς ἴσοις ἔμελλον ἁλῶναι κακοῖς, μᾶλλον δὲ τοῖς ἔτι χείροσιν. Ἀπέκτειναν μὲν γὰρ τὸν τῆς ζωῆς ἀρχηγόν. Προστεθείκασι δὲ ταῖς κατ' αὐτοῦ δυσσεβείαις, μιαιφονίας ἑτέρας κατὰ τῶν θεσπεσίων αὐτοῦ μαθητῶν· ἕως μὲν γάρ τις τὰς ἑτέρων ἀδικίας ἐξετάζῃ φυσικῷ λογισμῷ κρίνων, ὁρᾷ τὸ φαῦλον καὶ μέμφεται· αὐτὸς δὲ εἰς τὰ ἴσα πάθη προαγόμενος, οἱονεὶ τυφλὸς ἐπὶ ταῦτα φέρεται.

D *Ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας.*

Εἰπὼν (2) τοῦτο δείκνυσιν ἑαυτοῦ τὸ θεοπρεπὲς, καὶ ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ ὤν. Καὶ γὰρ περὶ τοῦ Θεοῦ εἶπεν Μωϋσῆς· « Διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐδέξατο αὐτούς· » καὶ πάλιν Δαβίδ· « Οἱ δὲ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιοῦσιν. »

Πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, λέγοντες· Ἐγώ εἰμι ὁ Χριστὸς, καὶ πολλοὺς πλανήσουσιν.

Ἕπεται τῷ σκοπῷ τῶν προσαγόντων τὴν πεῦσιν

[38] Mich. vi, 8. [39*] Deut. xxxii, 11. [39**] Psal. xxxv, 8.

(1) Hic incipit fragmentum apud Cramerum p. 191.

(2) *Εἰπὼν — ἐλπιοῦσιν*. Cramer. p. 194.

ὁ Κύριος, καὶ περὶ συντελείας τέως φησὶ τοῦ παρόντος αἰῶνος. Πρὶν γὰρ τὴν ἐξ οὐρανῶν γενέσθαι αὐτοῦ κάθοδον, πρόδρομοί τινες ἀναφανοῦνται, ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ἑαυτοῖς περιπλάττοντες. Ἀλλὰ μὴ ἀκολουθήσητε, φησὶν, αὐτοῖς.

A sistit, ac de consummatione adhuc agit præsentis sæculi. Priusquam enim descensus illius fiat, præcursores quidam annuntiantur pseudochristi, ac pseudoprophetæ : illius personam sibi affingentes, sed ne sequamini, inquit, eos.

Προσεύχεσθε δὲ, ἵνα μὴ γένηται ἡ φυγὴ ὑμῶν χειμῶνος, μηδὲ ἐν Σαββάτῳ.

Τοῦτο αἰνίττεται ὁ Χριστός· εὔχεσθαι ἡμᾶς μὴ γενέσθαι ἐν ἐκδημίᾳ τοῦ σώματος, μήτε ἐν ἀργίᾳ ὄντας τῶν τῆς ἀρετῆς ἔργων, ὃ ὑποσημαίνει τὸ Σάββατον· μήτε ἐνοχλουμένους ἐν ταῖς βιωτικαῖς τύρβαις τε καὶ ταραχαῖς· ὅπερ δηλοῖ ὁ χειμών.

81 XXIV, 20. *Orate autem ut non fiat fuga vestra in hieme, vel Sabbato.*

Hoc significat Christus his verbis : orandum nobis esse, ne discessus noster e corpore contingat eo tempore quo cessatio apud nos erit operum virtutis. Hanc enim cessationem indicat Sabbatum. Neque rursus tunc nos opprimat mors cum sæcularibus turbis et perturbationibus jactabimur, quas hiems designat.

Ἴσως καὶ αἴνιγμα ἔχει ὁ λόγος, ὥστε εὔχεσθαι ἡμᾶς μὴ ἐκδημῆσαι ἀπὸ τοῦ σώματος, ἐν ἀργίᾳ ὄντας ἔργου ἀγαθοῦ, ὃ ὑποσημαίνει τὸ Σάββατον· μήτε ἐν ἀκαρπίᾳ, ὃ δηλοῖ χειμών. Σημειωτέον γὰρ ὅτι χειμῶνα κακῶν ὁ Θεὸς οὐκ ἐποίησεν. Ἐν χειμῶνι δέ ἐσμεν, ὅταν τὰ πάθη τῆς σαρκὸς δυναστεύῃ ἐν ἡμῖν.

B **82** Fortasse etiam ænigma habet hic sermo, ut oremus e corpore non excedere a bono opere feriati, quod Sabbatum indicat, neque in sterilitate, quod hiems. Notandum est enim hiemem malorum Deum non fecisse. In hieme autem sumus, cum passiones carnis dominantur in nobis.

Εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται.

XXIV, 29. *Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cœlo, et virtutes cœlorum commovebuntur.*

Πῶς οὐ φρίξουσιν ἀναστοιχειουμένων οὐρανοῦ καὶ γῆς πρὸς τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ; Ἀκριβὲς γάρ τι λέγειν ἐν τοῖς τοιούτοις οὐκ ἔνι. Ὁ μὲν ἥλιος καὶ ἡ σελήνη ἀμαυρωθήσονται· τὰ δὲ ἄστρα ὡς ἄνθη πεσεῖται, τοῦ Δημιουργήσαντος αὐτὰ πάλιν μεταστοιχειοῦντος, καθὼς θέλει· θορυβηθήσονται καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα. Ἀνακαινιζομένης γὰρ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀνακεφαλαιοῦται καὶ συνανακτίζεται καὶ ἡ διὰ τὸν ἄνθρωπον δημιουργηθεῖσα κτίσις.

Quomodo non exhorrescent renovatis ad Dei beneplacitum cœli terræque elementis? Exactum enim aliquid de hisce dicere non possumus. Sol quidem C et luna obscurabuntur ; stellæ autem tanquam flores decident, Creatore eas prout voluerit, immutante : turbabuntur etiam hæc ipsa elementa. Hominum enim genere innovato, summatim recensetur, simulque restauratur etiam propter hominem condita creatura.

Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ ὥρας οὐδεὶς οἶδεν.

XXIV, 36. *De die autem illa et hora nemo scit.*

Ἐπειδὴ τὰ ὑπὲρ ἑαυτοὺς ἤθελον μανθάνειν οἱ μαθηταὶ, ἀφορμὴν εὑρίσκει τοῦ κωλύειν αὐτοὺς τῶν τοιούτων, τὸ μὴ εἰδέναι, καθὸ ἄνθρωπος. Καί φησιν, μηδὲ τοὺς κατ' οὐρανὸν ἁγίους ἀγγέλους δύνασθαι ταῦτα εἰδέναι.

Quoniam quæ supra ipsos erant audire discipuli volebant, idoneam rationem invenit coercendæ ipsorum curiositatis, dicens se nescire, quatenus homo erat videlicet. Quin addit ne ipsos quidem qui in cœlis degunt sanctos angelos posse id scire.

Κυρίλλου ἐν Ὁμιλίᾳ ἐπιγεγραμμένῃ εἰς τὸ, « Εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν (1). »

D *Cyrilli ex Homilia in hæc verba : « Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cœlo. De die autem illa et hora nemo scit. »*

Ἀλλ' ὅταν καὶ τοῦτο λέγῃ, οὐ πάντως ἑαυτὸν σημαίνει. Οὔτε γὰρ προσέθηκεν ἀκριβῶς, Οὐδὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἀπολελυμένως, « Οὐδὲ ὁ Υἱὸς, » φησίν· ἵνα τοιοῦτόν τι νοῇς· Ἐσπούδαζον κατὰ ἀκρίβειαν πάντα μανθάνειν οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐπεχείρουν, ἵνα οὕτως εἴπω, καὶ αὐτὰ περιεργάζεσθαι τὰ βάθη τοῦ Κυρίου. Ἀλλὰ ἦν τὸ πρᾶγμα λίαν ὑπὲρ αὐτούς· ἵνα τοίνυν μὴ ἀπαγορεύσας τὴν ἐξήγησιν ὡς ἠβού-

Verumtamen **83** cum hoc dicit, haud omnino seipsum denotat. Non enim diserte addidit, neque Filius Dei, sed generatim « neque filius, » dixit. Nempe ut hujusmodi aliquid intelligas : cupiebant nimirum discipuli cuncta accurate rescire ; nitebantur, ut ita dicam, profunda quoque Domini arcana scrutari. Verum ea res ipsorum modulum valde excedebat. Ne igitur rei explanationem denegando, quam illi

(1) Exstat inter fragmenta Cyrilli in Matthæum quæ ex Anastasio Vaticano edidit Mai in *Bibliotheca*, jam citato tomo II, p. 481.

cognoscere avebant, charos suos videretur contristare, obscure dicit: « De die autem illa et hora nemo scit, neque angeli, neque Filius, nisi solus Pater. » Ut verba sic intelligas: Etiamsi homo ad adoptionem vocatus est, filiusque novus declaratus, haud idcirco quæ supra naturam sunt inquirat, neque se dignum ea cognoscere putet quæ ne angelis quidem revelavit Pater. Jam si angelus nescit, ne homo quidem sciet, etiamsi ad adoptionem vocatus sit.

84 Mos erat Christo Servatori hujusmodi quid agere maxime in sanctis suis discipulis, si interrogarent aliquid eorum, quæ speciem habent discendi cupiditatis, altiori tamen scrutatione carent, explicationem indulgere et exacte etiam conari vel maxime minuta exponere; sin autem aliquid ex superioribus supervacanee discere cupiant quod modum illorum excedat, acquiescere jubet, persuadetque curare potius ea quæ utiliora ipsis sunt. Cum itaque quæ supra se erant discere volebant discipuli, utiliter dissimulat se tanquam hominem scire, ac ne ipsos quidem sanctos angelos in cœlis scire ait, ne contristentur, tanquam supra modum diffidentes. Ac vide quam accommodatis rationibus suadeat eis ut ab ista inquisitione quiescant, verecundiamque iis faciat, quasi scire affectent id quod ne angelis quidem revelavit Pater, nec ipsi Filio notum fecerit.

Cyrilli ex Commentario in Matthæum.

Ignorasse ait, atqui non ignoravit Deus. Sed et ipse, quanquam esset Deus Verbum, tamen factus est et erat homo, qui quidem ad suam naturam quod attinet et humanitatis mensuram, res futuras ignorat, sed ex Dei revelatione sæpe cognoscit. Neque vero mireris, si ignorantiæ humilitatem admittit. Nam si herus cum sit propter hominem servus appellatur; et cum sit gloriæ Dominus, **85** gloriam ceu non haberet a Patre petit; præterea si cum ipse vere sit vita et omnia vivificans, tamen potentia Spiritus resurrexisse dicitur; si denique cum sit Patri coæternus, nihilominus quasi primo ad exsistendum vocaretur, quo tempore factus est homo, audis dicentem Patrem: « Filius meus es tu, ego hodie genui te [40], » etiamsi vocabulum *hodie* præsens tempus significat; cur mirum sit, si quod reapse homini naturaliter inest, nempe ut aliquam exsistentem rem nesciat, hanc etiam cum cæteris proprietatibus sibi sumere dignatus fuerit? Certe si in harum una scandalizemur, cæteræ quoque pari modo excident. Quid inde? Destruetur deinceps incarnationis ratio, et mysterium quo salvi sumus evertetur. Etenim nos facti sumus ei similes,

A λοντο μαθεῖν, δόξῃ πως λυπεῖν τοὺς γνησιεύοντας, ἐπεσκιασμένως φησί, « Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ τῆς ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ. » Ἵνα νοήσῃς οὕτως· Εἰ καὶ κέκληται πρὸς υἱοθεσίαν ὁ ἄνθρωπος καὶ υἱὸς ἀνεδείχθη νέος, ἀλλὰ μὴ ζητείτω τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν, μηδὲ ἀξιούτω μαθεῖν ἅπερ μηδὲ τοῖς ἀγγέλοις ἀπεκάλυψεν ὁ Πατήρ. Εἰ δὲ ἄγγελος οὐκ οἶδεν, οὐδὲ ἄνθρωπος εἴσεται, κἂν εἰ κέκληται πρὸς υἱοθεσίαν.

Ἔθος ἦν τῷ Σωτῆρι Χριστῷ τοιοῦτόν τι δρᾷν ἐπὶ τοῖς ἁγίοις μάλιστα μαθηταῖς, εἰ διαπυνθάνοιντό τι τῶν ὅσα ἦν φιλομαθείας μὲν ἔχοντα δόξαν, ὑψηλοτέρας γε μὴν ἐρεύνης ἀπηλλαγμένα, χαρίζεσθαι τὴν ἀφήγησιν, καὶ ἐξακριβοῦν ὅτι μάλιστα πειρᾶσθαι
B λεπτῶς· εἰ δὲ δή τι βούλοιντο τῶν ἐπέκεινα μέτρου τοῦ κατὰ σφᾶς αὐτοὺς περιττῶς ἀναμαθεῖν περιστέλλειν ἡσυχῇ, καὶ μεταπείθειν εὖ μάλα πολυπραγμονεῖν ἑλέσθαι τὰ πρεπωδέστερα. Ἐπειδὴ οὖν τὰ ὑπὲρ αὐτοὺς ἤθελον μανθάνειν οἱ μαθηταὶ, σχήπτεται χρησίμως τὸ μὴ εἰδέναι καθὸ ἄνθρωπος, καί φησι μηδὲ αὐτοὺς εἰδέναι τοὺς κατὰ τὸν οὐρανὸν ἁγίους ἀγγέλους, ἵνα μὴ λυπῶνται ὡς μὴ θαῤῥηθέντες τὸ μέτριον. Καὶ ὅρα πῶς ἠρεμεῖν ἀναπείθει λογισμοῖς οἰκείοις, καὶ ἐκδυσωπεῖ, ὅτι μηδὲ ἀγγέλοις ἀπεκάλυψεν ὁ Πατὴρ, μηδὲ αὐτῷ τῷ Υἱῷ καθίστατο γνώριμον.

Κυρίλλου ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ὑπομνήματος.

C Ἠγνοηκέναι (1) δέ φησιν· οὐκ ἠγνόηκε Θεός. Ἀλλ' εἰ καὶ αὐτὸς καίτοι Θεὸς ὢν Λόγος, γέγονέ τε καὶ κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, ὃς ἀγνοεῖ τὰ ἐσόμενα κατά γε τὴν ἰδίαν φύσιν καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον, δέχεται δὲ πολλάκις ἐξ ἀποκαλύψεως Θεοῦ. Καὶ μή τοι θαυμάσῃς εἰ τὸ τῆς ἀγνοίας καταδέχεται μικροπρεπές (2)· εἰ γὰρ Δεσπότης ὑπάρχων, κέκληται δοῦλος διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ Κύριος ὢν τῆς δόξης, δόξαν ὡς οὐκ ἔχων αἰτεῖ παρὰ Πατρὸς, καὶ αὐτὸς ὢν κατὰ ἀλήθειαν ἡ ζωὴ καὶ πάντα ζωογονῶν, ἐν δυνάμει τοῦ Πνεύματος ἐγηγέρθαι λέγεται, καὶ συναΐδιος ὢν τῷ Πατρὶ, ὡς εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι κεκλημένος, ὅτε καὶ καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ἄκουε λέγοντος αὐτοῦ· « Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γε-
D γέννηκά σε, » καίτοι τοῦ *σήμερον* τὸν ἐνεστηκότα καιρὸν σημαίνοντος (3), τί τὸ παράδοξον, εἰ καὶ ὅπερ πρόσεστι κατὰ φύσιν, τουτέστι τὸ ἀγνοῆσαί τι τῶν ὄντων, τυχὸν μετὰ τῶν ἄλλων αὐτῆς ἰδιωμάτων οἰκειώσασθαι κατηξίωσεν; Εἰ γὰρ ἐφ' ἑνὶ δὴ τούτων σκανδαλιζόμεθα, λελύσθω μετὰ τούτου καὶ τὰ ἕτερα· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; Οἰχήσεται λοιπὸν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ λόγος, καὶ ἀνατετράφθω τὸ μυστήριον δι' οὗ καὶ σεσώσμεθα. Γεγόναμεν γὰρ κατ'

[40] Psal. II, 7.

(1) Ἠγνοηκέναι — καὶ φύσει Θεός. Mai *B. N.* II, 482.

(2) Lege apud nos Cyrillum in commentario ad Lucam II, 42 (*infra col.* 443). Tum de scientia Christi adi theologos, et Petavium in primis.

(3) Confer fragmenta a nobis edita Cyrilli ex codice Mediolanensi in ep. ad Hebr. (*Opp. Cyrilli edit. novæ tom. VII*).

A αὐτὸν ἡμεῖς, ἐπειδὴ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ αὐτός. Ὀρθῶς τοιγαροῦν νοοῦντες, εἰδέναι γὰρ φήσομεν τὸν Υἱὸν καθ' ὃ καὶ νοεῖται καὶ ἔστι Θεός· ὅσον δὲ ἧκεν εἰς ἀνθρώπου φύσιν, ἐπειδὴ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ψευδομυθήσει οὐδαμῶς ὅταν λέγῃ καὶ μὴ εἰδέναι· καὶ οὐχὶ τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασι τὸ χρῆμα προσάψομεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς πτωχείᾳ. Περιτίθησι τῷ Θεῷ Λόγῳ τὰ ἀνθρώπινα· γέγονε γὰρ οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ τινὶ, κατὰ τήν τινων ἀβουλίαν, ἀλλ' αὐτὸς κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος, μετὰ τοῦ εἶναι καὶ φύσει Θεός.

Τότε δύο ἔσονται ἐν τῷ ἀγρῷ· ὁ εἷς παραλαμβάνεται, καὶ ὁ εἷς ἀφίεται.

Ὅρα ὅτι εἰς δύο τάγματα διαιρεῖ ὁ λόγος τοὺς ἀνθρώπους, εἴς τε τῶν σωζομένων καὶ τῶν ἀπολλυμένων. B Καὶ τοὺς μὲν σωζομένους λέγει παραλαμβάνεσθαι, τοὺς δὲ ἀπολλυμένους ἀφίεσθαι, ἤγουν ἀποδοκιμάζεσθαι. Ἀγρὸν δὲ νοητέον ὧδε τὸν κόσμον· ἔνθα ὁ μὲν εἰς τὸ πνεῦμα σπείρων θερίζει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ εἰς τὴν σάρκα, φθοράν. Ταῖς δὲ ἀληθούσαις παρεικάζει τοὺς διδασκάλους, οἵτινες τρόπον τινὰ ἀπολεπτύνοντες τὰς γραφικὰς ἐννοίας, εὐπαράδεκτα καὶ εὐνόητα τοῖς ἀνθρώποις τὰ θεῖα λόγια προστιθέασι. Καὶ γὰρ νόμος κελεύων μὴ λαμβάνεσθαι εἰς ἐνέχυρον μύλον, ἢ ἐπιμύλιον, ἵνα μὴ τὰ τῆς τροφῆς ἐργαλεῖα λαβών τις ἐμποδίσῃ τοῖς τρεφομένοις δι' αὐτῶν, αἰνιγματωδῶς τοὺς διδασκάλους ὑποσημαίνει.

Καὶ διχοτομήσει αὐτόν.

C Τί δέ ἐστι τὸ διχοτομηθῆναι, ἐξετάσωμεν. Ὅταν γέγονεν ἐν ἀρχαῖς ὁ Ἀδάμ, τὸ ἐντελέστατον κάλλος ἀποδιδοὺς τῇ φύσει ὁ Θεὸς, μέτοχον αὐτὸν ἀποτελεῖ τοῦ ἰδίου πνεύματος. « Ἐνεφύσησε γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. » Τὸ γὰρ ἀληθῶς ζωοποιοῦν τὸ πνεῦμά ἐστι τῆς ζωῆς, τουτέστι Χριστοῦ. Ἐπειδὴ δὲ παρώλισθεν ἐξ ἀπάτης εἰς ἁμαρτίαν, ἀπενοσφίσθη τὸ πνεῦμα· εὐδοκήσαντος δὲ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀνακομίσαι κάλλος τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν· ἀπελάβομεν διὰ τῆς χάριτος, ὅπερ ἡ τῆς ἁμαρτίας παρεισδρομὴ ἡμᾶς ἐζημίωσεν· ἐνεφύσησε γὰρ ὁ Χριστὸς ἡμῖν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον ἡμᾶς ἀνακαινίζων κάλλος, « Λάβετε, φησὶ, Πνεῦμα ἅγιον. » Ἑνοῦται τοιγαροῦν D ἡμῖν τὸ Πνεῦμα· ὁ κολλώμενος γὰρ αὐτῷ ἓν πνεῦμά ἐστιν. Οὐκοῦν ἐν τοῖς κατ' εὐσέβειαν σπουδάσμασι κατειλη[φ]θέντες, ἀπὸ τοῦ τέλους τὸ πλῆρες ἀπολαμβάνομεν, ὡς ἐν ἀῤῥαβῶνος τάξει τὸ Πνεῦμα νῦν ἔχοντες. Κατηγορούμενοι δὲ ἐν ἁμαρτίαις, καὶ αὐτὸν ζημιούμεθα τὸν ἀῤῥαβῶνα τοῦ Πνεύματος. Ἀποτέμνεται γὰρ, καὶ ἀπανίσταται ὥσπερ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρόν· καὶ ταύτην εἶναί φαμεν, ἣν ἐνθάδε φησὶ διχοτόμησιν· οὐ γὰρ οἷόν τε σὺν τῷ Πνεύματι δοθῆναί τινα εἰς κόλασιν.

Χρονίζοντος δὲ τοῦ νυμφίου, ἐνύσταξαν πᾶσαι, καὶ ἐκάθευδον.

Ὕπνῳ παρεικάζει καὶ νυσταγμὸν ἀποκαλεῖ τὸν

ex quo ipse nobis similis factus est. Recte igitur cogitantes, scire dicemus Filium quatenus Deus esse intelligitur et est : quatenus autem ad humanam naturam accessit, seu homo factus est, haud falso loqui videbitur cum ait se nescire. Hanc vero rem haud divinitatis prærogativis accensebimus, sed servi formæ ac nostræ paupertati. Nunc Deo Verbo humana attribuit : quod quidem non in homine aliquo, secundum nonnullorum stultam sententiam, versatum est, sed verus idem homo exstitit, dum simul et suapte natura esset Deus.

XXIV, 40. *Tunc duo erunt in agro : unus assumetur et unus relinquetur.*

Attende quod in duos ordines homines hic sermo distinguat, in eos qui servandi sunt, et in eos qui perituri. Ac eos quidem qui servandi sunt, assumendos dicit ; eos vero qui perituri, relinquendos, id est reprobandos. Ager autem intelligendus est hic mundus, **86** ubi alius quidem qui in spiritu seminat, metit vitam æternam : alius vero qui in carne, corruptionem. Molentibus autem magistros assimilat, qui quodam modo excutientes scripturales intelligentias, acceptu facilia ac intelligibilia proponunt hominibus divina præcepta. Lex enim jubens non accipere molam in pignus, aut aliud ad molam pertinens, ne quis alimenti instrumenta auferens, offendat eos qui iis nutriuntur, ænigmatice magistros insinuat.

XXIV, 51. *Et dividet eum.*

Quidnam autem illud dividi sit, inquiramus. Cum principio crearetur Adam, perfectissimam ei naturæ pulchritudinem Deus tribuit, participem illum sui spiritus reddens. « Inspiravit enim in faciem ejus spiraculum vitæ [41]. » Vere enim vivificus spiritus vitæ est, id est, Christi. Cum autem exorbitavit per deceptionem in peccatum, spiritus defraudatus est ; beneplacitum autem Dei ac Patris fuit, summatim omnia recenseri in Christo, et ad antiquam pulchritudinem naturam hominum reduci. Per gratiam itaque suscepimus id, quo peccati **87** incursus nos spoliavit ; insufflavit enim Christus nobis post resurrectionem, et ad antiquam pulchritudinem renovans nos : « Accipite, inquit, Spiritum sanctum [42] ; » unitur itaque nobis spiritus : qui enim illi conjunctus est, unus est spiritus. Itaque in pietatis studiis detenti demum plenitudinem accipimus, tanquam loco arrhæ Spiritum nunc habentes. Accusati autem in peccato etiam ipsam Spiritus arrham perdimus. Exscinditur enim, et ut tempore judicii exterminatur a nobis, atque hanc esse dicimus, de qua hic agit, divisionem ; non enim cum Spiritu tradi possumus in supplicium.

XXV, 5. *Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes, et dormierunt.*

Somno comparat et dormitationem vocat corpo-

[41] Gen. II, 7. [42] Joan. XX, 22.

rerum mortem : quæ ex necessitate prudentibus juxta stultisque contingit. Ac malorum quidem nihil secum ferentium incipit dormitare anima, et quasi exstingui, atque in amentiam abire; tuncque existimare sese suppleturam proprium olei defectum velut mutuo sumenda virtute aliorum. Quamobrem hi quidem reprobantur, renuentibus mutuum dare oleum prudentibus, et dicentibus : « Ne forte non sufficiat nobis et vobis. » Vix enim ad salutem animæ sua unicuique sufficiet virtus, propterea quod vel ii etiam qui valde sancti sunt, sæpius offendant. Porro qui vendunt oleum, **88** sunt prophetæ, apostoli, evangelistæ, ex quibus cuilibet discere promptum quomodo sit virtus exercenda.

Cum Scripturæ mos sit vitam totam in quinque tempora dividere, unicuique tempori sanctas stultasque animas assignat, in quo omnes exierunt cum lampadibus : ut ostendat omnium animas a Deo fuisse illuminatas, naturali scriptaque lege. Quidam tamen Dei lucem, modeste vivendo non admiserunt; quidam vero bonis operibus illuminativam Dei gratiam sibi concessam cumulate resplendescere faciunt, ac sese etiam juvant, aliosque ad Dei gloriam. Oleum autem intelligendum est, bona amoris operatio, qua non exsistente, ad impuritatem transit lumen Dei, quod in nobis est. Somno autem seu dormitationi assimilat carnis mortem quæ ex necessitate omnibus incumbit, **89** quos resuscitat angelorum tuba, a morte exinanita, omnesque ad causam dicendam præparabuntur : hoc enim est ornare lampades, unoquoque vitam suam recensente. Improborum autem hominum gemere incipit anima, et quodammodo ad insipientiam vergere, adeo ut putent sese per aliorum virtutem misericordiam consequi posse, ideoque reprobantur; vix enim uniuscujusque virtus sufficiet ad salutem, eo quod in multis cadant nimisque sint remissi. Vendentes autem sunt rectorum dogmatum magistri, per quos aliquis discit virtutem. Emere autem, sive doceri tempus non permisit, eorum quæ in vita acta sunt faciens inquisitionem, non dans principium operationis. Operationis enim præsens tempus est, futurum autem remunerationis.

XXV, 14. *Sicut enim homo peregre proficiscens.*

Homo quidem paterfamilias hujus universi Creator ac Dominus est; profectio autem illius seu ascensus in cœlum, seu securitas ac invisibilitas divinæ naturæ est; substantiæ autem illius sunt unaquaque in regione in eum credentes. Servos autem suos vocat, quos diversis temporibus Christus coronat sacerdotii decore, quibus etiam subditos suos tradit, **90** unicuique dans gratiam spiritualem, pro uniuscujusque mente ac capacitate. Hanc enim esse dicimus talentorum distributionem non æquali mensura servis omnibus distributam, ob animi varietatem; statim autem abeuntes operati sunt, inquit, illo *statim* nobis hic insinuante, sine ulla cunctatione perficienda esse, quæ Dei sunt, veterno siquidem ac pigritiæ dediti in extremis erunt malis. Defodit enim, ait, datum sibi talentum

A τῆς σαρκὸς θάνατον· ὃς ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει φρονίμοις τε καὶ ἀσυνέτοις· τῶν γὰρ φαύλων μηδὲν ἐπιφερομένων ἄρχεται νυστάζειν ἡ ψυχὴ, καὶ οἱονεὶ κατασβέννυσθαι, καὶ εἰς παραφροσύνην χωρεῖν, καὶ οἰηθῆναι ἔλαιον λαβεῖν διὰ τῆς ἑτέρων ἀρετῆς. Διὸ ἀποδοκιμάζονται, λεγόντων ἐκείνων· « Μήποτε ἀρκέσῃ ἡμῖν τε καὶ ὑμῖν. » Μόλις γὰρ ἀρκέσει πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς ἡ ἑκάστου ἀρετή· διὰ τὸ πολλὰ πταίειν καὶ τοὺς ἄγαν ἐπιεικεῖς. Οἱ δὲ πωλοῦντες τὸ ἔλαιον εἰσὶ προφῆται, ἀπόστολοι, εὐαγγελισταί· ἐξ ὧν τις μανθάνει τὴν ἀρετὴν ἐργάζεσθαι.

Ἐπειδὴ τὸν ἅπαντα βίον ἔθος τῇ Γραφῇ εἰς πέντε
B διαιρεῖν, ἑκάστῳ καιρῷ ἀπονέμει καὶ ὁσίας, καὶ μωρὰς ψυχάς· ἐν ᾧ δὲ πᾶσαι ἐξῆλθον σὺν ταῖς λαμπάσι, δείκνυσιν ὅτι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ κατεφωτίσθησαν ὑπὸ Θεοῦ τῷ φυσικῷ καὶ τῷ γραπτῷ νόμῳ, πλὴν τινες τὸν ἐκ Θεοῦ φωτισμὸν οὐχ ἠνέσχοντο ἐπιεικῶς ζήσασαι· τινὲς δὲ δι' ἔργων ἀγαθῶν ἐπιπλέον ποιοῦσιν ἐκλάμπειν τὴν ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτοῖς φωτιστικὴν χάριν, καὶ ὠφελοῦσι καὶ ἑαυτοὺς καὶ ἑτέρους εἰς δόξαν Θεοῦ. Ἔλαιον δὲ νοητέον, τὴν ἀγαθὴν φιλεργίαν, ἧς μὴ οὔσης, ἐπὶ τὸ ἀκαλλέστερον μεταβαίνει ὁ ἐν ἡμῖν θεῖος φωτισμός. Ὕπνῳ δὲ ἡ νυσταγμῷ παρεικάζει τὸν τῆς σαρκὸς θάνατον, ὃς ἐξ ἀνάγκης πᾶσιν ἔπεισιν, οὓς ἀνίστησιν ἡ τῶν ἀγγέλων σάλπιγξ, καταργηθέντος τοῦ θανάτου, καὶ πάντες εὐτρεπίζονται εἰς ἀπολογίαν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ διακοσμῆσαι τὰς
C λαμπάδας, ἑκάστου τὸν ἴδιον ἀναλογιζομένου βίον. Τῶν δὲ φαύλων ἄρχεται στυγνάζειν ἡ ψυχὴ, καὶ οἱονεὶ εἰς παραφροσύνην χωρεῖν, ὥστε οἰηθῆναι αὐτοὺς διὰ τῆς ἑτέρων ἀρετῆς ἐλεηθῆναι· διὸ ἀποδοκιμάζονται· μόλις γὰρ ἀρκέσει πρὸς σωτηρίαν ἡ ἑκάστου ἀρετὴ, διὰ τὸ πολλὰ πταίειν καὶ τοὺς ἄγαν ἐπιεικεῖς. Οἱ δὲ πωλοῦντες εἰσὶν οἱ τῶν ὀρθῶν δογμάτων διδάσκαλοι, δι' ὧν τις μανθάνει τὴν ἀρετήν. Ὠνήσασθαι δὲ, ἤτοι διδαχθῆναι, ὁ καιρὸς οὐκ εἴασε, τῶν βεβιωμένων ποιούμενος ἐξέτασιν, οὐκ ἀρχὴν ἐργασίας διδούς. Ἐργασίας ὁ παρὼν καιρὸς, ὁ δὲ μέλλων ἀνταποδόσεως.

Ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν.

Ἄνθρωπος μὲν οἰκοδεσπότης ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς
D Δημιουργός τε καὶ Κύριος· ἀποδημία δὲ αὐτοῦ, ἤτοι [ἡ] εἰς οὐρανοὺς ἀνάβασις τοῦ Χριστοῦ, ἤγουν τὸ ἀσφαλές τε καὶ ἄποπτον τῆς θείας φύσεως· ὑπάρχοντα δὲ αὐτοῦ, οἱ ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ πιστεύσαντες εἰς αὐτόν. Δούλους δὲ αὐτοῦ καλεῖ οὓς κατὰ καιροὺς ὁ Χριστὸς στεφανοῖ τῷ τῆς ἱερωσύνης αὐχήματι, οἷς καὶ παραδίδωσι τοὺς ὑπ' αὐτὸν γεγονότας, χάρισμα πνευματικὸν ἑκάστῳ διδοὺς, ὡς ἂν ἔχῃ γνώμης, ἢ ἐπιτηδειότητος. Ταύτην γὰρ εἶναί φαμεν τὴν τῶν ταλάντων διανομὴν, οὐκ ἐν ἴσῳ μέτρῳ τοῖς οἰκέταις χορηγουμένην διὰ τὸ τῆς διανοίας ἐξηλλαγμένον. Εὐθὺς δὲ ἀπελθόντες εἰργάσαντο, φησί· τοῦ *εὐθὺς* ἡμῖν ἐνταῦθα σημαίνοντος, ὅτι μελλησμοῦ τινος δίχα πρέποι ἂν ἐργάζεσθαι τὰ Θεοῦ· οἵγε μὴν ὄκνῳ καὶ ἀργίᾳ δεδουλωμένοι ἐν ἐσχάτοις ἔσονται κακοῖς. Κατέχωσε

γάρ, φησὶ, τὸ δοθὲν αὐτῷ τάλαντον ἐν τῇ γῇ τουτέστιν, ἄπρακτον καὶ ἑτέροις ἀνωφελὲς τὸ δοθὲν αὐτῷ χάρισμα ἐτήρησεν. Ἀφαιρεῖται τοιγαροῦν ἀπ' αὐτοῦ τὸ τάλαντον, καὶ τῷ πλουτοῦντι δοθήσεται· οὐκ ἀναστήσεται γὰρ τῶν τοιούτων τὸ πνεῦμα, καὶ τῶν θείων χαρισμάτων ἡ δόσις· τοῖς δὲ φιλεργήσασι πλουσιωτέρα τις ἔσται χαρισμάτων ἐπίδοσις.

Ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ.

Πῶς δὲ (1) ἐλεύσεται; πῶς ἥξει; Ὡς αὐτὸς ἐδήλωσεν ἀλλαχοῦ λέγων· « Καὶ τότε ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλαις, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. » Ἐλεύσεται γὰρ οὐκέτι ἐν ὑφέσει οὐδὲ ἐν μικροπρεπείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ καὶ δυνάμει θεότητος· κατ' ἀμφοτέρων δὲ ἀκούσῃ τὸ *πολλῆς*· μετὰ δυνάμεως γὰρ πολλῆς καὶ δόξης πολλῆς τὴν δευτέραν αὐτοῦ ποιήσεται θεοφάνειαν, ἐπεὶ τὴν προτέραν μετὰ ἀσθενείας καὶ ἀτιμίας ἐποιήσατο, ὅσον τὸ καὶ τοῖς πολλοῖς ὁρώμενον. Διὰ τί δὲ ἐν νεφέλῃ; Ὅτι οὕτως ἀεὶ φαίνεται ὁ Θεός· « Νεφέλη γὰρ καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ. » Καί· « Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης. » Καὶ πάλιν· « Ὁ τιθεὶς νέφος τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ. » Καί· « Νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. » Καί· « Ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἐπὶ τῶν νεφελῶν. » Οὕτω γοῦν αὐτὸν καὶ Δανιὴλ θεωρεῖ· οὕτω καὶ τότε ἐλεύσεται οὐ λεληθότως, ἀλλ' ὡς Θεὸς καὶ Κύριος ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, καὶ πάντα μεταστήσει πρὸς τὸ ἄμεινον. Ἀναβιώσονται γὰρ οἱ νεκροὶ, καὶ ἀποδύσεται τὴν φθορὰν τὸ ἐκ γῆς τοῦτο εὐάλωτον τοῖς πάθεσι σῶμα, ἐνδύσεται δὲ τὴν ἀφθαρσίαν, Χριστοῦ νέμοντος αὐτὴν, καὶ συμμόρφους τοῦ σώματος τῆς δόξης αὐτοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ἀποφαίνοντος. Διὸ καὶ ἀπολύτρωσιν ἡμῶν αὐτὸς τὸ πρᾶγμα καλεῖ, λέγων· « Ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν. »

Ὥσπερ γὰρ, εἰ λέγοι τις περὶ ἀνθρώπου, ὅτι παρὰ τοῦ πατρὸς ἔλαβε τὸ λογικὸς εἶναι, ἐκ λογικοῦ σημαίνει καὶ αὐτὸν λογικὸν γεννηθῆναι· οὕτω καὶ ὁ Μονογενὴς ἐκ Θεοῦ Θεὸς, καὶ ἐκ τοῦ κρίνοντος πᾶσαν τὴν γῆν προῆλθε κριτής· καὶ οὐκ ἐπειδὴ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν τῷ Υἱῷ ὁ Πατὴρ, αὐτὸς τῆς δεσποτείας ἐψίλωται· ἀχώριστος γὰρ ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ, ὡς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου. Ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ φυσικῶς· καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστι, καὶ ἀνάπαλιν.

Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα, οὗτός με παραδώσει.

Οὐ δήπου νοήσομεν ἐκ τούτου τῶν μὲν ἄλλων οὐδένα μαθητῶν, μόνον δὲ τὸν Ἰούδαν ἐμβάψαι τὸ ψωμίον ἐν τῷ τρυβλίῳ μετ' αὐτοῦ. Οἶμαι δὲ ἔγωγε τοιαύτην ἔχειν διάνοιαν τὸ εἰρημένον· βούλεται γὰρ εἰπεῖν, κατά γε τὸ εἰκὸς, ὅτι προδότης ἔσται ὁ ἐμβά-

A in terram, id est otiosam, aliisque inutilem sibi datam gratiam conservavit. Auferetur igitur ab eo talentum et dabitur abundanti : horum enim spiritus non resuscitabitur, ac divinorum donorum elargitio : opus vero amantibus copiosior quædam erit donorum retributio.

XXV, 31. *Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua.*

Quomodo veniet? qua specie aderit? Nempe quomodo ipsemet alibi dixit : « Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus, cum virtute et gloria multa [43]. » Veniet enim nequaquam demissus et humilis humano more, sed cum gloria ac virtute
B deitatis. Porro de utraque qualitate vocabulum *multa* intelliges : nam et multa cum virtute, et simul multa cum gloria secundam faciet theophaniam, quandoquidem primam cum infirmitate et obscuritate fecit, quantum quidem vulgo visum est. Cur autem in nube? Quia sic apparere solet Deus : « Nubes enim et caligo circa eum sunt [44]. » Item : « Dominus sedet in levi nube [45]. » Et rursus : « Qui ponit nubem ascensum suum [46]. » Item : « Nubes eripuit eum ab oculis ipsorum [47]. » Item : « Sicuti Filius hominis veniens in nubibus [48]. » Sic eum vidit Daniel [49]. Sic et tum veniet haud latenter, sed uti Deus et Dominus cum gloria Deo digna, atque omnia in melius reformabit. Reviviscent enim mortui, exuetque corruptionem terrenum corpus
C his passionibus olim obnoxium, induetque immortalitatem, Christo ejusdem datore, et eos qui ipsi credunt conformes efficiente corpori gloriæ suæ. Quare et rem hujusmodi redemptionem nostram appellat dicens : « His autem fieri incipientibus, respicite et levate capita **91** vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra [50]. »

Veluti enim si quis dicat de homine, quod a patre acceperit animal esse rationale, hoc ipso eumdem significat rationalem genitum a rationali, sic etiam Unigenitus de Deo Deus, ex eo qui universum judicat mundum judex processit. Nec quia omne judicium commisit Filio Pater, idcirco dominatu
D minutus est : indivisus enim a Deo Unigenitus est, sicuti lux a sole. Inest enim ipsi naturaliter; ita ut omnia quæ Pater habet, Filii sint, et vice versa.

92 XXVI, 23. *Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.*

Non quidem ex eo intelligimus aliorum neminem discipulorum, solum autem Judam cum ipso buccellam in paropside infixisse. Arbitror autem ego talem habere sensum quod dictum est : vult enim dicere, prout verisimile est, proditorem fore, qui

[43] Matth. XXIV, 30. [44] Psal. XCVI, 2. [45] Isa. XIX, 1. [46] Psal. CIII, 3. [47] Act. I, 9. [48] Matth. XXIV, 30. [49] Dan. VII, 13. [50] Luc. XXI, 28.

(1) *Πῶς δὲ — καὶ ἀνάπαλιν.* Mai *B. N.* II, 131.

secum intingit manum in catino, id est simul cœnat ac simul comedit, et mensæ salisque communis particeps est. Ita enim eum etiam voce beati David reprehendit, dicens: « Tu, vero homo unanimis, qui mecum dulces capiebas cibos [81]. » Ac rursus: « Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem [82]. » Idipsum enimvero clarius Joannes reddit, ait enim Dominum dixisse: « Ille est cui ego intinctum panem porrexero [83]. »

93 XXVI, 26. *Cœnantibus autem illis accepit Jesus panem, et benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: Accipite, et comedite, hoc est corpus meum.*

Postquam egressus esset Judas, tradit Salvator undecim discipulis salutare mysterium. Cum enim paulo post in propria carne esset resurrecturus ac rediturus ad Patrem, ut ipsius Servatoris præsentiam haberemus (sine præsentia enim Christi fieri non potest ut salvetur homo liberetur que a morte et peccato, non coexsistente nobiscum nostra vita), dedit nobis proprium corpus et sanguinem, ut iis corruptionis vis dissolvatur, inhabitet autem animabus nostris per sanctum Spiritum, flamusque participes sanctitatis, hominesque supercœlestes et spirituales reddamur.

XXVI, 27. *Et accipiens calicem gratias egit et dedit eis, dicens: Bibite ex hoc omnes.*

Gratias agit Dominus calicem accipiens, id est, orationis forma cum Deo loquitur ac Patre, ipsum quodammodo consortem ac coapprobatorem declarans donandæ nobis vivificæ benedictionis, simul vero etiam typum nobis dans prius gratias agendi, atque ita frangendi ac distribuendi panis. Ideoque in oculis Dei prædicta ponentibus nobis opus est ad benedictionem spiritualem intense nos transformari, ut participes eorum effecti, corporaliter ac spiritualiter sanctificemur. Demonstrative autem dixit: « Hoc est corpus meum, et hic est sanguis meus, » ne figuram esse arbitreris ea quæ videntur, **94** sed arcana ratione aliqua transformari ab omnipotente Deo in corpus et sanguinem Christi vere oblata, quorum participes effecti vivificam et sanctificantem Christi virtutem suscipimus. Oportebat enim eum per Spiritum sanctum in nobis, prout Deum decet, attemperari quodammodo corporibus nostris per sanctam carnem suam et pretiosum sanguinem, quæ utique etiam habuimus ad vivificam benedictionem, tanquam in pane et vino, ne ignavi fiamus carnem illius sanguinemque in ecclesiarum mensis proposita cernentes; accommodans enim sese Deus nostris infirmitatibus, immittit propositis vitæ virtutem, transfertque ea ad vitæ suæ efficaciam, ac ne dubites verum id esse ipso clare pronuntiante: « Hoc est corpus meum; » et: « Hic est sanguis meus; » suscipe autem po-

[81] Psal. LIV, 14. [82] Psal. XL, 10. [83] Joan. XIII, 26.

A ψας μετ' ἐμοῦ τὴν χεῖρα ἐν τῷ τρυβλίῳ, τουτέστιν, ὁ συνδειπνητὴς καὶ συνέστιος, καὶ τραπέζης καὶ ἁλῶν κοινωνός τε καὶ μέτοχος. Οὕτω γὰρ αὐτὸν καὶ διὰ φωνῆς τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ᾐτιᾶτο λέγων· « Σὺ δὲ, ἄνθρωπε ἰσόψυχε, ὃς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανάς μοι ἐδέσματα. » Καὶ πάλιν· « Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν. » Αὐτὸ δὴ τοῦτο σαφέστερον ὁ Ἰωάννης ἐποίησεν· ἔφη γὰρ εἰρηκέναι τὸν Κύριον, ὅτι « Ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ βάψας δώσω τὸ ψωμίον. »

Ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, λαβὼν ὁ Ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν Ἰούδαν παραδίδωσι τοῖς ἕν-
B δεκα ὁ Σωτὴρ τὸ σωτηριῶδες μυστήριον. Ἐπειδὴ γὰρ μικρὸν ὕστερον ἔμελλεν ἀναστὰς μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς ἀναφοιτῆσαι πρὸς τὸν Πατέρα, ἵνα τὴν τοῦ σώζοντος παρουσίαν ἔχωμεν (ἄνευ γὰρ τῆς παρουσίας Χριστοῦ ἀδύνατον σωθῆναι ἄνθρωπον, καὶ ἀπαλλαγῆναι θανάτου καὶ ἁμαρτίας, μὴ συνούσης ἡμῶν τῆς ζωῆς), ἔδωκεν ἡμῖν τὸ ἴδιον σῶμά τε καὶ αἷμα, ἵνα δι' αὐτῶν τὸ τῆς φθορᾶς καταλύηται κράτος, ἐνοικίζηται δὲ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ γενώμεθα ἁγιασμοῦ μέτοχοι, καὶ οὐράνιοι ἄνθρωποι, καὶ πνευματικοὶ χρηματίσωμεν.

Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων· Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες.

Εὐχαριστεῖ ὁ Κύριος λαβὼν τὸ ποτήριον, τουτέστιν
C ἐν σχήματι προσευχῆς διαλέγεται τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κοινωνὸν ὥσπερ αὐτὸν καὶ συνευδοκητὴν ἀποφαίνων τῆς δοθησομένης ζωοποιοῦ εὐλογίας ἡμῖν· ἅμα δὲ καὶ ἡμῖν τύπον διδοὺς πρῶτον εὐχαριστεῖν, καὶ οὕτω κλᾷν τὸν ἄρτον καὶ διαδιδόναι. Διὸ καὶ ἡμεῖς ἐπ' ὄψεσι Θεοῦ τὰ προειρημένα τιθέντες, δεόμεθα ἐκτενῶς εἰς εὐλογίαν ἡμῖν μεταπλασθῆναι τὴν πνευματικὴν, ἵνα μετασχόντες αὐτῶν ἁγιασθῶμεν σωματικῶς καὶ πνευματικῶς. Δεικτικῶς δὲ εἶπε· « Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα· » καὶ, « Τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα· » ἵνα μὴ νομίσῃς τύπον εἶναι τὰ φαινόμενα, ἀλλὰ διά τινος ἀῤῥήτου τοῦ πάντα ἰσχύοντος Θεοῦ μεταποιεῖσθαι εἰς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ κατὰ τὸ ἀληθὲς τὰ παρενηνεγμένα, ὧν μετασχόντες, τὴν ζωοποιὸν καὶ ἁγιαστικὴν δύναμιν τοῦ Χριστοῦ εἰσ-
D δεχόμεθα. Ἔδει γὰρ αὐτὸν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν ἡμῖν θεοπρεπῶς συνανακίρνασθαι δὴ ὥσπερ τοῖς ἡμετέροις σώμασι διὰ τῆς ἁγίας σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τοῦ τιμίου αἵματος· ἃ δὴ καὶ ἐσχήκαμεν εἰς εὐλογίαν ζωοποιὸν ὡς ἐν ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ, ἵνα μὴ ἀπονάρκήσωμεν σάρκα τε καὶ αἷμα προκείμενα βλέποντες ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν· συγκαθιστάμενος γὰρ ὁ Θεὸς ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις, ἐνίησι τοῖς προκειμένοις δύναμιν ζωῆς, καὶ μεθίστησιν αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς· καὶ μὴ ἀμφιβάλῃς ὅτι τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, αὐτοῦ λέγοντος ἐναργῶς· « Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα, » καὶ « Τοῦτό

μού ἐστι τὸ αἷμα· » δέχου δὲ μᾶλλον πίστει τοῦ Σωτῆρος τὸν λόγον. Ἀλήθεια γὰρ ὤν, οὐ ψεύδεται.

Τότε λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· Πάντες ὑμεῖς σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ· γέγραπται γάρ· Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης.

Πόθεν καὶ τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις τοσοῦτος ἐγίνετο φόβος; Ἐταράχθησαν οἱ μαθηταὶ οὐχ ὡς ἐλαφροί τινες, ἀλλ' ὅτι πολλῆς ἔγεμεν ἀπορίας τὸ πρᾶγμα, καὶ δυσκατάληπτος ἦν ἡ γνῶσις τοῦ μυστηρίου τούτου, πῶς ὁ τοὺς νεκροὺς ἀναστήσας, καὶ μυρία ποιήσας σημεῖα ὑπὲρ ἄνθρωπον, εἰς οὕτως ἄτιμον παρεδόθη θάνατον. Οὗτος δὲ ἦν ὁ διὰ τοῦ προφήτου εἰρηκώς· « Πατάξω τὸν ποιμένα. » Διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ φησι πρὸς τὸν Πατέρα, ὅτι « Ὃν σὺ ἐπάταξας, αὐτοὶ κατεδίωξαν. » Πλὴν οὐ πάντη τοῦτο καὶ πάντως γέγονε βουλήσει τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἤθελε μὲν μὴ παθεῖν αὐτὸν, εἴγε προσεδέξαντο οἱ Ἰουδαῖοι· ἐπειδὴ καὶ οὐ προσήκαντο, ἀλλ' ἠθέλησαν φονεῦσαι, συγκατέθετο ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ τοῦτο παθεῖν. Οὕτω δὲ νοητέον καὶ τὸ εἰρημένον πρὸς Πιλάτον ὑπὸ Χριστοῦ, ὅτι « Οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν· » ἀντὶ τοῦ, [Εἰ]μὴ συνῄνεσεν ὁ Πατὴρ ἑλομένῳ μοι παθεῖν.

Μετὰ δὲ τὸ ἐγερθῆναί με, προάξω ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν.

Οὐκ ἀφῆκε τοὺς μαθητὰς μέχρι τῶν σκυθρωπῶν μεῖναι, προαναγγέλλει δὲ τὴν ἀνάστασιν, λύων αὐτῶν τὴν λύπην, καὶ ἐπαγγέλλεται προλαμβάνειν αὐτοὺς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, δι' οὗ σημαίνει, ὅτι μέλλει ἀποφοιτᾷν τῶν Ἰουδαίων, καὶ εἰς τὰ ἔθνη μεταχωρεῖν. Οὐκ ἀπ' οὐρανοῦ φαίνεται εὐθέως, οὐδὲ εἰς μακράν τινα χώραν ἄπεισιν, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ ἔθνει, ἐν ᾧ καὶ ἐσταυρώθη, ἐν αὐτοῖς σχεδὸν τοῖς χωρίοις. Ὥστε κἀντεῦθεν αὐτοὺς πιστώσασθαι, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς, αὐτὸς ἦν καὶ ὁ ἀναστὰς, καὶ ταύτῃ σκυθρωπάζοντας μειζόνως παραμυθήσασθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ εἶπεν, ἵνα τοῦ φόβου τῶν Ἰουδαίων ἀπαλλαγέντες πιστεύσωσι τῷ λεγομένῳ· διὸ καὶ ἐκεῖ ἐφάνη.

Τότε λέγει αὐτοῖς· Περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μείνατε ὧδε, καὶ γρηγορεῖτε μετ' ἐμοῦ.

Λυπεῖται ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὰ τοῦ σώματος ἴδια ποιεῖται ὁ ἀπαθὴς, ἐπειδὴ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος κοινά ἐστιν αὐτῷ· ὥσπερ καὶ τὰ μόνῃ τῇ θεότητι πρέποντα, κοινά πως γέγονε τῇ σαρκὶ, διὰ τὴν ἄῤῥητον καὶ ἀνέκφραστον ἕνωσιν. Καὶ μὴ σκανδαλιζέτω τινὰ τὸ συμβάν· ἡ γὰρ πρὸς σάρκα σύνοδος τοῦ Λόγου, παθοῦσα τὰ ἑαυτῆς, βεβαιώσει καλῶς ἐν ἡμῖν τῆς ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον.

Πάτερ μου, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ.

Ποτήριον ἐν τούτοις τὴν διὰ τοῦ θανάτου καταχάρωσιν ἀποκαλεῖ, καὶ τὴν οἱονεὶ πρὸς ὕπνον κατα-

A tius per fidem Servatoris sermonem. Veritas enim cum sit, non mentitur.

XXVI, 31. *Tunc dicit illis Jesus: Omnes vos scandalum patiemini in me, in nocte ista; scriptum est enim: Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis.*

95 Undenam Petrus quoque aliique tanto timore fuere perculsi? Turbati sunt discipuli, non tanquam molles quidem, sed eo quod perculsionis plenum esset negotium, captuque admodum difficilis hujus mysterii cognitio, quomodo qui mortuos resuscitarat ac innumera et supra hominem patrarat signa, tam ignominiosæ morti esset addicendus. Hic autem erat, de quo per prophetam dictum est: « Percutiam pastorem [84-85]; » ideoque David ad Pa-
B trem ait: « Quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt [86]. » Non tamen hoc omnino Patris voluntate factum est; sed illum quidem non pati voluit, modo suscepissent illum Judæi. Cum vero illum secuti non sint, sed interficere voluerint, condescendit Pater, ut Filius hoc pateretur. Ita autem intelligendum est, quod Pilato dictum est a Christo, quia « Non haberes potestatem adversus me ullam nisi tibi datum esset desuper [87], » id est: Si non permisisset volentem Pater me pati.

XXVI, 32. *Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam.*

Non **96** sivit discipulos semper hærere in tristitia; prænuntiat autem resurrectionem, illorum tristitiam dissolvens, denuntiatque præcessurum
C sese eos in Galilæam, quo significat sese recessurum a Judæis, et ad gentes transiturum. Non a cœlo statim prodit, neque in longinquam aliquam abit regionem, sed in hac ipsa gente versatur, in qua et cruci fuit affixus, et in iisdem fere regionibus: ut vel inde etiam ipsi crederent eum, qui cruci affixus fuerat, eumdem esse cum eo, qui resurrexerat, atque hac ratione tristitia affectos magis consolaretur. Propterea in Galilæa quoque dixit, ut metu Judæorum liberati, credant illi dicto, ideoque etiam ibi apparuit.

XXVI, 38. *Tunc ait illis: Tristis est anima mea, usque ad mortem; sustinete hic et vigilate mecum.*

D Ut homo, contristatur, ac corporis propria patitur, qui impassibilis est, eo quod illi cum humanitate fit communio: ut etiam ea, quæ solam decent divinitatem, communia quodammodo facta sunt carni, ob ineffabilem et inexplicabilem unionem, ac ne quemquam, quod accidit, scandalo afficiat; Verbi enim cum carne conjunctio recte in nobis mysterium humanitatis confirmat.

97 XXVI, 39. *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.*

Calicem in hisce mortis gravedinem vocat, et quodammodo somnum subrepentem ebrietati. Quod

[84-85] Zachar. XIII, 7. [86] Psal. LXVIII, 27. [87] Joan. XIX, 11.

autem deprecatur hujus calicis potionem, ostendit A se nequaquam antecedenti voluntate pati optasse, sed ea quæ furorem crucifigentium sequeretur, quibus hoc dicto excusationem eripit: non enim jam dicere possunt, Ipse cum pati elegisset, nos potius illius voluntatis ministri facti sumus. Hæc enim deprecatio arguet eos mentitas fabulas adornasse.

XXVI, 42. *Iterum secundo abiit, et oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.*

Intendit orationem, et propter ipsos pertexit sermonum hypotyposim, ac in exemplar se ac sua nobis offert. Arbitror autem nos non debere esse segniores, accedere autem potius frequenter, idem- B que repetentes erubescere non debere, dum nobis tandem obtingant postulata. Propterea enim etiam tertiam de iisdem Christus instituit orationem, licet clarissime Dei Patrisque **98** nosset voluntatem, imo vero tertia hac vice sese hominem factum esse confirmat.

Cyrilli ex sexto libro commentarii in Matthæum.

Et inest ei quidem patiendi facultas propter humanitatem; verumtamen ea passio statim sedatur ab inhabitantis Verbi vigore ac fortitudine. Animadverte enim quomodo postulatio humanitatem ejus demonstret; sed deitatis firmitas illico effulgeat.

XXVI, 50. *Jesus autem dixit illi: Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, et manus injecerunt in* C *Jesum, et tenuerunt eum.*

(1) Huc pertinet fragmentum apud D. Thomam. « Cyrillus. Consequitur autem inopiam non solum defectus rerum ad delectationes facientium, sed etiam depressus vultus propter mœstitiam. Unde sequitur : *Beati qui nunc fletis.* » Sunt tamen prope similia apud nos in fine sequentis fragmenti.

Ἰσραὴλ διαπορθμεύοντες λόγους, ἐδιώχθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, λοιδοριῶν ἠνέσχοντο ἀδίκως αὐτοῖς ἐπενηνεγμένων. Οὐκοῦν δίδωσιν ἐκεῖνο νοεῖν, ὡς ὧν ἂν γένοιντο μιμηταὶ, τούτων ἔσονται καὶ κοινωνοί· καὶ προφητικῶν στεφάνων οὐκ ἀμοιρήσουσι, τὴν ἐκείνοις ἐντριβῆ βαδίσαντες ὁδόν.

Οὐαὶ ὑμῖν, τοῖς πλουσίοις (1).

(A f. 100 b) Προαναφωνήσας αἰτίαν παντὸς ἀγαθοῦ τὴν διὰ Θεὸν πτωχείαν, καὶ τὸ πεινῆν καὶ κλαίειν οὐκ ἄμισθον ἔσεσθαι τοῖς ἁγίοις εἰπὼν, μεθίστησι τὸν λόγον ἐπὶ τὰ ἐναντίως ἔχοντα τούτων, καὶ διαδείκνυσιν αὐτὰ κολάσεως ὄντα καὶ δίκης ἐμποιητικὰ, ἵνα τῇ μὲν τῶν στεφάνων ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῇ τοῦ μακαρισμοῦ ἐφέσει, σαγηνεύωνται πρὸς τοὺς πόνους, καὶ τὴν διὰ Θεὸν αἱρεῖσθαι πτωχείαν πείθωνται· τῷ δὲ φόβῳ τῆς ἐπηρτημένης κολάσεως, φεύγωσι τὸ πλουτεῖν, καὶ τὸ ἐν τρυφαῖς εἶναι καὶ γέλωτι, τουτέστιν ἐν τέρψεσι κοσμικαῖς. Καὶ τοὺς μὲν κληρονόμους ἔσεσθαι τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας φησὶ, τοὺς δὲ ἐσχάταις περιπεσεῖσθαι συμφοραῖς· « Ἀπέχετε γὰρ, φησὶ, τὴν παράκλησιν ὑμῶν. » Ἔξεστι δὲ τοῦτο ἰδεῖν, ὡς ἐν πίνακι καλῶς γεγραμμένον, ἐν τῇ περὶ τοῦ πλουσίου καὶ Λαζάρου παραβολῇ· « Ἀπέλαβες γὰρ, φησὶ πρὸς τὸν πλούσιον, τὰ ἀγαθά σου ἐπὶ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος τὰ κακά· νῦν δὲ αὐτὸς ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶσαι. » Ἀλλὰ φέρε, καθ' ἑαυτοὺς ἐκεῖνο γυμνάσωμεν. Ἆρα, εἴ τίς ἐστι πλούσιος ἐν κόσμῳ, οὗτος ἀπώλισθε πάντως τοῦ προσδοκᾷν ἐλεεῖσθαι παρὰ Θεοῦ; Οὐ τοῦτό φαμεν, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον· ἐξῆν τῷ πλουσίῳ κατελεῆσαι τὸν Λάζαρον, ὡς καὶ τῆς αὐτοῦ παρακλήσεως γένηται κοινωνός. Καὶ γοῦν ὁ Σωτὴρ τοῖς τὸν ἐπίγειον ἔχουσι πλοῦτον, ὁδὸν ὑπέδειξε σωτηρίας, εἰπών· « Ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ ἀδίκου μαμωνᾶ, ἵνα ὑποδέξωνται ὑμᾶς εἰς τὰς ἑαυτῶν σκηνάς. »

Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν.

(A f. 101 b, B f. 66, C f. 118 b) Ἀληθεύει λέγων ὁ μακάριος Παῦλος, ὅτι « Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις· πάντα γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ τε καὶ δι' αὐτοῦ καινὰ, καὶ διαθήκη, καὶ νόμος, καὶ πολιτεία. » Ἄθρει δὲ ὅπως πρεπωδεστάτη λίαν ἐστὶ τοῖς ἁγίοις μυσταγωγοῖς ἡ τοιάδε πολιτεία τε καὶ ζωὴ, οἳ ἔμελλον τοῖς ἁπανταχόσε γῆς τὸ σωτήριον ἐξαγγέλλειν κήρυγμα. Καὶ ἦν ἐντεῦθεν προσδοκᾷν, οὐκ εὐαριθμήτους ἔσεσθαι τοὺς διώκοντας αὐτοὺς καὶ πολυτρόπως ἐπιβουλεύοντας· ἀλλ' εἰ συνέβη ταῖς τοιαύταις λύπαις ἀχθεσθῆναι τοὺς μαθητὰς, εἶτα θέλειν ἀμύνεσθαι τοὺς λελυπηκότας, ἐσίγησαν ἂν καὶ παρέδραμον αὐτοὺς, οὐκέτι τὸ θεῖον αὐτοῖς παρατιθέντες κήρυγμα, οὐ καλοῦντες εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Ἔδει τοίνυν ταῖς οὕτω σεπταῖς ἀνεξικακίαις, τὸν τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν ἀναχαιτίσαι νοῦν, ἵνα πάντα γενναίως φέρωσι τὰ συμβαίνοντα, κἂν ὑβρίζωσί

A persecutionem passi sunt, secti sunt, **196** gladio cæsi perierunt, convicia inique sibi inflicta pertulerunt. Ergo vult eos intelligere, quorum fuerunt imitatores, eorum fore etiam participes, et prophetarum coronis non carituros, si viam illorum terendo decurrerint.

V. 24. *Væ vobis, divitibus!*

Locutus antea de omnis boni causa propter Deum paupertate, famemque ac fletum haud sine mercede sanctis fore præfatus, ad contraria his transfert orationem, demonstratque ea pœnam ultionemque importare; ut sic coronæ cupiditate et beatitudinis studio, ad labores impellantur, et ob Dei amorem paupertatem amplecti velint; metuque vicissim impendentis pœnæ, a divitiis abhorreant, et a deB liciis atque risu, id est mundanis delectationibus. Et illos quidem regni cœlorum hæredes futuros ait, hos autem calamitates extremas subituros. « Habetis enim, inquit, consolationem vestram. » Licet autem hoc, tanquam in depicta egregie tabula, spectare in divitis Lazarique parabola. « Recepisti enim, ait diviti, bona tua dum viveres; Lazarus vero mala: nunc autem ille hoc in loco recreatur, tu contra cruciaris [88]. » Sed age nobis ipsis ita objiciamus: Num si quis in mundo dives est, hic a misericordiæ divinæ spe prorsus excidit! Haud ita dicimus, sed illud potius, potuisse divitem misereri Lazari, atque ita consolationis ejusdem particeps fuisset. Ecce enim Servator iis qui terrenas habent divitias, viam ostendit salutis, diC cens: « Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut hi in sua vos tabernacula recipiant [89]. »

V. 27. *Diligite inimicos vestros.*

Vere dicit beatus Paulus: « Si qua in Christo nova creatura; omnia enim facta **197** sunt in ipso et per ipsum nova, et fœdus, et lex, et vitæ genus [90]. » Videsis autem quam sit convenientissima sanctis doctoribus hæc agendæ vitæ ratio, qui cunctis per orbem hominibus salutarem prædicationem illaturi erant. Atqui hinc exspectandi erant persecutores innumeri et omnimodi insidiatores. Quod D si contigisset, ut his molestiis gravarentur nimis discipuli, voluissentque offensores suos ulcisci, utique tacuissent, eosque præterissent, omissa deinceps apud eos prædicatione, nec ipsos ad veritatis notitiam vocavissent. Oportebat igitur tam sancta patientia sanctorum magistrorum mentes inhibere, quo casus omnes fortiter ferrent, etiamsi quidam conviciis incesserent, et impias molirentur insidias. Ita vero se gessit ante alios ipse Jesus,

[88] Luc. XVI, 25. [89] ibid. 9. [90] II Cor. V, 17.

(1) Apud D. Thomam. « CYRILLUS. Prædicto quod paupertas apud Deum causa sit cujuslibet boni, et esurire et flere non vacabit mercede sanctorum, transfert sermonem ad opposita, et innuit ipsa damnationis et supplicii fore materiam. Unde dicitur: *Verumtamen væ vobis divitibus, quia habetis consolationem vestram.* Hæc enim dictio, *væ*, semper in Scripturis dicitur his qui non possunt evadere a futuro supplicio. »

ut exemplar nobis fieret. Namque adhuc de veneranda cruce pendens, Judaica plebe ipsum irridente, preces Patri Deo pro illis offerebat dicens: « Dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt [91]. » Utique et beatus Stephanus lapidibus licet pulsatus, flexis genibus oravit dicens: « Domine, ne statuas illis hoc peccatum [92]. » Divus denique Paulus ait: « Convicium passi, benedicimus; maledicti, obsecramus [93]. » Necessario itaque hæc ad apostolos adhortatio fit: perutilis vero nobis quoque est, ut bonam et admiratione dignam vitam instituamus. Et hæc quidem adhortatio omni philosophia redundat; sed eam nostris mentibus difficilem efficiunt præjudicia non bona, et insitarum cupiditatum superabilis ægre tyrannis. Quare cum sciret animalem hominem haud hæc admittere, quia Spiritus oracula stultitiam existimat, et factu impossibilia, idcirco separans eos qui sunt hujusmodi ab iis qui edicta audire queunt, vobis, inquit, dico qui audire et audita exsequi vultis. Etenim alacritas ad fortitudinem spiritualem, in tentationibus laboribusque manifestatur. Imitare ergo in his Christum, « Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur, **198** tradebat autem se juste judicanti [94]. » Sed enim intra te ipsum sic fortasse dices: Deus erat Christus, ego autem homo infirmus, infirma mente præditus, et quæ dominari cupiditati ac mœrori non valet. Recte ais; proclivis enim ad peccandum mens humana est. Attamen ego aio: Non te destituit nudum patrocinio suo ac benevolentia Dominus. Habes ipsum apud te, id est intra te, per sanctum Spiritum. Habitaculum quippe illius sumus, qui in animabus diligentium se diversatur. Ipse te roborat, ut irruentia mala fortiter feras, et tentationum incursibus viriliter resistas. « Ne igitur malo vincaris, sed bono malum supera [95]. »

A τινες, κἂν ἀνοσίως ἐπιβουλεύωσι. Πέπραχε δὲ τοῦτο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων αὐτὸς εἰς ὑποτύπωσιν ἡμετέραν· ἔτι γὰρ ἀπηρτημένος τοῦ τιμίου σταυροῦ, καίτοι τῆς Ἰουδαίων πληθύος ἐπιγελώσης αὐτῷ, τὰς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα λιτὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐποιεῖτο, λέγων· « Ἄφες αὐτοῖς, ὅτι οὐκ οἴδασι τί ποιοῦσι. » Ναὶ μὲν καὶ ὁ μακάριος Στέφανος, καίτοι βαλλόμενος λίθοις, θεὶς τὰ γόνατα, προσηύξατο λέγων· « Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. » Καὶ ὁ θεῖος δὲ Παῦλός φησι· « Λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν· δυσφημούμενοι, παρακαλοῦμεν. » Οὐκοῦν ἀναγκαία μὲν ἡ τοιάδε παραίνεσις τῶν ἁγίων ἀποστόλων· χρησιμωτάτη δὲ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, εἴς γε τὸ χρῆναι βιοῦν ὀρθῶς καὶ τεθαυμασμένως· μεστὴ γάρ ἐστι πάσης φιλοσοφίας· δυσκατόρθωτον δὲ ἀποτελοῦσιν αὐτὴν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις προλήψεις
B οὐκ ἀγαθαί, καὶ τῶν ἐν ἡμῖν ὄντων παθῶν ἡ δυσκαταγώνιστος τυραννίς· διόπερ εἰδὼς ὡς ψυχικὸς ἄνθρωπος ταῦτα οὐ δέχεται, μωρίαν ἡγούμενος τὰ τοῦ Πνεύματος λόγια καὶ ἀδύνατα εἰς κατόρθωσιν, διαιρῶν τοὺς τοιούτους ἀπὸ τῶν ἀκούειν δυναμένων· Ὑμῖν λέγω, φησὶ, τοῖς ἀκούουσιν, καὶ ποιεῖν ἑτοίμως τὰ λεγόμενα προαιρουμένοις. Τὸ γὰρ εὐδόκιμον εἰς ἀνδρείαν τὴν πνευματικὴν, ἐν τοῖς πειρασμοῖς καὶ πόνοις διαφαίνεται. Μίμησαι οὖν ἐν τούτοις Χριστόν· « Ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει· παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως (1). » Ἀλλ' ἴσως κατὰ σαυτὸν, ἐκεῖνο ἐρεῖς· Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, ἐγὼ δὲ ἄνθρωπος ἀσθενὴς, ἔχων τὴν διάνοιαν ἀσθενῆ, καὶ ἀνικάνως ἔχουσαν πρὸς τὸ
C δύνασθαι καὶ πλεονεξίας καὶ λύπης κατευμεγεθῆσαι. Ὀρθῶς ἐρεῖς· εὐόλισθος γὰρ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς εἰς τὸ πλημμελεῖν. Πλὴν ἐκεῖνό φημι· Οὐκ ἀφῆκέ σε γυμνὸν τῆς παρ' αὐτοῦ φειδοῦς καὶ ἀγάπης ὁ Κύριος· ἔχεις αὐτὸν ἐν σεαυτῷ, ἤτοι ἐντὸς, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οἶκος γάρ ἐσμεν αὐτοῦ, καὶ ταῖς τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν ψυχαῖς ἐναυλίζεται. Αὐτός σε νευροῖ πρὸς τὸ φέρειν γενναίως τὰ παρεμπίπτοντα, καὶ ταῖς τῶν πειρασμῶν ἐμβολαῖς ἀντανίστασθαι νεανικῶς· « Μὴ νικῶ τοίνυν ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. »

V. 29. *Percutienti te in maxillam, præbe et alteram.*

Finem legis atque prophetarum esse Christum sapientissimus ait Paulus [96]. Nam lex ad hujus mysterium erudit. Sed ut idem rursus dicit Paulus [97], postquam fides supervenit, ulterius sub ductore non sumus; neque puerilem mentem jam gerimus, sed in virum perfectum succrevimus, in ætatem plenitudinis Christi. Itaque nobis haud diutius lacte opus erat, sed cibo potius solidiore; quem nobis largitur Christus, justitiæ, quæ supra legem est, viam ostendens. Ait enim ipse sanctis apostolis: « Amen dico vobis, nisi abundaverit justitia vestra magis quam Scribarum et Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum [98]. »

Τῷ τύπτοντί σε ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην.

(A f. 103, B f. 65 b) Τέλος νόμου καὶ προφητῶν γενέσθαι Χριστὸν, ὁ σοφώτατος ἔφη Παῦλος· παιδαγωγεῖ γὰρ ὁ νόμος ἐπὶ τὸ αὐτοῦ μυστήριον. Ἀλλ'
D ὡς αὐτὸς ἔφη πάλιν ὁ μακάριος Παῦλος, ἐλθούσης τῆς πίστεως, οὐκέτι ὑπὸ διαγωγόν ἐσμεν· οὐ γὰρ ἔτι τὰς φρένας νηπιάζομεν, ηὐξήθημεν δὲ μᾶλλον εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ. Ἔδει τοίνυν ἡμῖν οὐ γάλακτος, τροφῆς δὲ μᾶλλον τῆς στερεωτέρας· τοῦτο ἡμῖν χαρίζεται Χριστὸς, τῆς ὑπὲρ νόμον δικαιοσύνης ἐμφανίζων τὴν ὁδόν· ἔφη γὰρ αὐτὸς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· « Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλέον τῶν Γραμματέων καὶ Φαρι-

[91] Luc. xxiii, 34. [92] Act. vii, 59. [93] I Cor. iv, 12. [94] I Petr. ii, 23. [95] Rom. xii, 21. [96] Rom. x, 4. [97] Ephes. iv, 13. [98] Matth. v, 20.

(1) De hac lectione ἀδίκως pro δικαίως, videsis quæ nos diximus in adn. ad commentarium Cyrilli in Epist. II ad Cor., cap. x, vers. 1. (*Opp. Cyrilli hujusce novissimæ edit* viii).

σαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.» Εἶτα, τί τὸ περιττὸν ἐν δικαιοσύνῃ τῇ κατά τι, φημὶ, τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, διειπεῖν ἀναγκαῖον. Ὁ νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως, τοῖς ἀρχαιοτέροις τεθεσπισμένος, διὰ τῶν ἴσων ἔρχεσθαι πραγμάτων ἐκέλευε· κεκώλυκε δὲ τὸ ἀδικεῖν, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον προηδικημένους ἀνεξικακεῖν, ὅπερ ὁ τοῦ Εὐαγγελίου βούλεται νόμος· «Οὐ γὰρ φονεύσεις, φησὶν, οὐ κλέψεις, οὐκ ἐπιορκήσεις.» Ἔτι τε πρὸς τούτοις· «Ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, χεῖρα ἀντὶ χειρὸς, πόδα ἀντὶ ποδὸς, τραῦμα ἀντὶ τραύματος, μώλωπα ἀντὶ μώλωπος.» Ταυτὶ δὲ κελεύοντος ἦν, μὴ ἀδικεῖν ἑτέρους· ἢ γοῦν προηδικημένους, μὴ πέρα τῶν ἴσων τὰς κατὰ τὸν ἀδικήσαντα ἐκτείνειν ὀργάς. Ἀλλ' ἦν οὐ πάντως ἀρέσκουσα τῷ Θεῷ τῆς κατὰ νόμον πολιτείας ἡ δύναμις· γέγονε δὲ τοῖς ἀρχαιοτέροις ἐν τάξει παιδαγωγοῦ κατὰ βραχὺ προσεθίζοντος εἰς δικαιοσύνην σύμμετρον, καὶ ἀναβιβάζοντος εὐφυῶς ἐπὶ τὸ τελέως ἔχειν ἀγαθόν· γέγραπται γάρ· «Ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς, τὸ ποιεῖν τὰ δίκαια.» Πᾶσα δὲ λοιπὸν τελειότης ἐν Χριστῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ θεσπίσμασι· «Τῷ γὰρ τύπτοντί σε, φησὶν, ἐπὶ τὴν σιαγόνα, πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην.» Τῆς εἰς λῆξιν ἀνεξικακίας ἐν τούτοις ὁδὸς ἡμῖν ὑποδείκνυται. Βούλεται δὲ, πρὸς τούτῳ, καὶ χρημάτων εἶναι καταφρονητὴν, ὥστε, κἂν εἰ μόνον ἱμάτιον ἔχοι, μὴ ἀφόρητον ἡγεῖσθαι τὸ συναποβαλεῖν αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα τυχόν. Ἀρετὴ δὲ αὕτη ψυχῆς ὁλοτρόπως ἀπεστραμμένης τὸ φιλόπλουτον πάθος· «Μὴ γὰρ ἀπαίτει, φησὶ, τὸν αἴροντά τι τῶν σῶν· ἀλλὰ καὶ παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου·» ὅπερ ἀγάπης καὶ φιλοπτωχίας τεκμήριον. Τὸν δὲ φιλοικτίρμονα χρὴ πάντως εἶναι καὶ ἀμνησίκακον· ὥστε καὶ τὰ φίλων εἰς ἐχθροὺς ἐργάζεσθαι.

Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως.

(A f. 106, B f. 66, C f. 119, G f. 15 b) Ἀλλ' ἦν εἰκὸς οἰηθῆναι τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τάχα που δυσκατόρθωτα εἶναι ταυτί. Ὁ τοίνυν πάντα εἰδὼς, τὸν τῆς ἐν ἡμῖν φιλαυτίας δέχεται νόμον βραβευτὴν ὧν ἂν βούλοιτό τις παρ' ἑτέρου τυχεῖν. Γενοῦ τοιοῦτος, φησὶν, εἰς ἑτέρους αὐτὸς, ὁποίους περ ἂν εἶναι θέλῃς περὶ σέ· εἰ μὲν σκληροὺς καὶ ἀσυμπαθεῖς, θρασεῖς καὶ ὀργίλους, μνησικάκους καὶ πονηροὺς, ἴσο καὶ αὐτὸς τοιοῦτος· εἰ δὲ τοὐναντίον, χρηστοὺς καὶ ἀμνησικάκους, μὴ ἀφόρητον ἡγοῦ τὸ εἶναι τοιοῦτος· καὶ τάχα που τοῖς οὕτω διακειμένοις περιττὸς ὁ νόμος, ἐγγράφοντος Θεοῦ ταῖς καρδίαις ἡμῶν τὴν τοῦ ἰδίου θελήματος γνῶσιν· «Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, φησὶ Κύριος, διδοὺς δώσω νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς.»

Γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες.

(A f. 109 b) Μέγα τῆς ἐλεημοσύνης τὸ καύχημα. Καὶ γοῦν γέγραπται, ὡς «Μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων.» Μορφοῖ γὰρ ἡμᾶς πρὸς Θεὸν ἡ ἀρετὴ, καὶ τῆς ἀνωτάτω φύσεως οἱονεί τινας χαρακτῆρας ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐνεργάζεται.

A Deinceps quæ sit justitiæ abundantia, illius, inquam, quæ secundum evangelicam Servatoris doctrinam fit, dicere necesse est. Lex a Moyse priscis hominibus lata, res pari conditione esse jubebat; namque injuriam facere vetabat, haud vero antea offensum patienter se gerere præcipiebat, quod tamen Evangelii lex fieri vult. « Non occides, lex aiebat, non furaberis, non pejerabis [99]. » Tum addebat: « Oculum pro oculo, manum pro manu, pedem pro pede, vulnus pro **199** vulnere, livorem pro livore [1]. » Hæc erant verba imperantis ne alios injuste læderemus; vel si forte antea læsi, ne ultra talionem iram nostram extenderemus. Atqui non satis placebat Deo vitæ secundum legem actæ ratio: sed ea fuit antiquis instar pæ-
B dagogi paulatim deducentis ad justitiam congruam, atque ad perfecti boni adeptionem prudenter provehentis. Scriptum est enim: « Initium bonæ viæ justa facere [2]. » Reliqua vero perfectio omnis in Christo præceptisque ejus conficitur. « Nam percutienti te, inquit, in maxillam, præbe et alteram. » Summæ nobis patientiæ in his via demonstratur. Vult præterea hominem divitiarum esse contemptorem, ita ut, etiamsi unum pallium fortasse habuerit, ne grave judicet dimittere cum illo etiam tunicam, si opus fuerit. Est autem hæc virtus animæ prorsus alienatæ ab avaritiæ passione. « Ne enim repetas, inquit, si quis tuarum rerum partem aliquam abstulerit: sed et cuilibet a te aliquid
C petenti, da; » quod est charitatis et erga pauperes benignitatis indicium. Jam misericordem oportet simul esse injuriarum immemorem, it aut amice se cum inimicis gerat.

V. 31. *Prout vultis ut vobis faciant homines, et vos facite illis similiter.*

Sed verisimile erat hæc sanctis apostolis difficilia fortasse factu videri. Qui ergo cuncta novit, proprium cujusque suimet amorem regulam constituit ac definitorem eorum quæ ab aliis consequi vellet. Talis esto, inquit, in alios ipse, quales eos erga te ipsum velles experiri: si duros, immisericordes, procaces, iracundos, ultores, et improbos; tu quoque hujusmodi esto. Sin contra, mites, injuriarum obliviosos, ne intolerandum putes te
D quoque talem præstare. Fortasse hæc regula hominibus sic recte compositis superflua est, quorum in cordibus suæ voluntatis notitiam Deus scribit. « Etenim diebus illis, inquit Dominus, dabo legem meam in mentem eorum, et in eorumdem corde inscribam illam [3]. »

200 V. 36. *Estote ergo misericordes.*

Magna est misericordiæ gloria. Quare scriptum est: « Magna res homo, et pretiosum quid vir misericors [4]. » Certe Deo nos conformat virtus, et supernæ naturæ veluti quosdam characteres in animis nostris imprimit.

[99] Exod. xx, 15. [1] Exod. xxi, 24. [2] Prov. xvi, 5. [3] Jerem. xxxi, 33. [4] Prov. xx, 6.

V. 37. *Nolite judicare, et non judicabimini.*

Diram abscindit ex animis nostris passionem, superbiæ initium et causam. Nam quidam cum se ipsos deberent considerare, et secundum Deum vivere, minime id agunt, sed aliorum potius facta scrutantur. Et si forte aliquos vitio quolibet laborantes viderint, suarum veluti obliti infirmitatum, vituperandi occasionem atque obtrectandi materiam hinc arripiunt. Condemnant enim illos, neque reputant quod cum ipsi eadem ac illi, quos reprehendunt, infirmitate laborent, semet ipsi condemnant. Sic enim alicubi sapientissimus quoque Paulus scribit : « Nam in quo alium judicas, te ipsum condemnas ; eadem enim facis qui judicas [5]. » Cum contra opus foret infirmantium misereri, ceu qui passionum incursibus strati fuerint, et peccati laqueis inevitabiliter irretiti : ideoque orandum pro ipsis, et consolandos, atque ad resipiscendum hortandos, cavendumque ne in pares culpas incurramus ? Nam « Qui fratrem suum judicat, ait Christi discipulus, detrahit legi, et judicat legem. Unus autem est legislator et judex [6]. » Oporteret itaque superiorem esse peccanti animæ illum qui de hac judicat. Tu vero cum non sis hujusmodi, cur de proximo tuo judicas ? respondebit judicanti is qui peccat. Quod si nihilominus damnare audes, etsi hujus rei potestatem non habes, ipse potius damnaberis, quia lex non sinit de aliis judicium ferre. Certe qui recto intellectu regitur, haud aliena peccata inspicit, nec quid iniquum sit in suo proximo scrutatur, sed mala potius propria considerat. Ita se beatus gerebat Psalmista, Deo supplicans pro peccatis suis ac dicens : « Si iniquitates observaveris, Domine, **201** Domine, quis sustinebit [7] ? » Interdum vero humanæ naturæ infirmitatem prætendens, non incongruam petebat veniam dicens : « Memento quod pulvis sumus [8]. »

V. 38. *Date, et dabitur vobis.*

Affinem veluti prædictis benignitatibus sermonem intulit eleemosynæ. Optima enim res est ac Deo gratissima, et sanctas animas apprime decens. « Estote enim, inquit, misericordes, sicuti Pater vester est. » Quod autem divitiore manu accepturi remunerationem simus a Deo, qui diligentibus se abundanter omnia largitur, ipse testatur dicens : « Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. » Videtur tamen priori quodammodo contradicere alterum. Nam si supereffluentem mercedem accipiemus, qui fieri poterit ut qua mensura mensi fuerimus remetiatur nobis ? Ubi paritas potius, quam redundantia dandæ nobis mercedis significari videtur. Quid ergo dicimus ? Omni nos difficultate expediet sapientissimus Paulus, quæstionis solutionem præbens. Ait enim : « Qui parce seminat, id est modice contractaque manu, parce et metet : qui autem in benedictionibus seminat, in benedictionibus

A *Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆτε.*

(A f. 110, C f. 119) Παγχάλεπον ἀποκείρει πάθος τῶν ἡμετέρων διανοιῶν, ὑπεροψίας ἀρχὴν καὶ γένεσιν. Καίτοι γὰρ δέον τινὰς ἑαυτοὺς κατασκέπτεσθαι καὶ κατὰ Θεὸν πολιτεύεσθαι, τοῦτο μὲν οὐ δρῶσιν, πολυπραγμονοῦσι δὲ τὰ ἑτέρων· κἂν ἀσθενοῦντας ἴδωσί τινας, ὥσπερ εἰς λήθην ἐρχόμενοι τῶν ἰδίων ἀῤῥωστημάτων, φιλοψογίας ὑπόθεσιν ποιοῦνται τὸ χρῆμα, καὶ καταλαλιᾶς ἀφορμήν· καταψηφίζονται γὰρ αὐτῶν, οὐκ εἰδότες ὅτι νοσοῦντες τὰ ἴσα τοῖς παρ' αὐτῶν διαβεβλημένοις, ἑαυτοὺς κατακρίνουσι. Οὕτω που καὶ ὁ σοφώτατος γράφει Παῦλος· « Ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. » Καίτοι μᾶλλον ἐχρῆν ἀσθενοῦντας ἐλεεῖν, ὡς ταῖς τῶν παθῶν ἐφ-
B
όδοις ὑπεστρωμένους, καὶ τοῖς ἁμαρτίας βρόχοις ἀφύκτως ἐνειλημμένους, καὶ ὑπερεύχεσθαι τῶν τούτων, καὶ παρακαλεῖν αὐτοὺς, καὶ διεγείρειν εἰς νῆψιν, καὶ πειρᾶσθαι μὴ τοῖς ἴσοις περιπεσεῖν αἰτιάμασιν. Ὁ γὰρ κρίνων τὸν ἀδελφὸν, καθά φησιν ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς, καταλαλεῖ νόμου, καὶ κρίνει νόμον· εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτής. » Ἄνω γὰρ δεῖ τῆς ἁμαρτανούσης ψυχῆς εἶναι τὸν ταύτης κριτήν· σὺ δὲ μὴ τοιοῦτος ὤν, τί κρίνεις τὸν πλησίον; Ἀπολογήσεται τῷ κριτῇ ὁ ἁμαρτάνων· εἰ δὲ τολμᾷς κατακρίνειν, καίτοι τούτου μὴ ἔχων τὴν ἐξουσίαν, κατακριθήσῃ μᾶλλον αὐτὸς, ὡς οὐκ ἐῶντος τοῦ νόμου τὸ κρίνειν ἑτέρους· ὅ γε μὴν συνέσει κυβερνώμενος, οὐκ εἰς τὰς ἑτέρων ἁμαρτίας ὁρᾷ, οὐδὲ τί ἐστι τὸ φαῦλον ἐν τῷ πέλας περιεργάζεται, ἀλλ'
C
ἐν τοῖς ἰδίοις ἐνατενίζει κακοῖς· τοιοῦτος ἦν ὁ μακάριος Ψαλμῳδὸς, προσπίπτων Θεῷ καὶ λέγων ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων· « Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; » Ποτὲ δὲ πάλιν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὴν ἀσθένειαν προϊσχόμενος, εὔλογον ἀπῄτει συγγνώμην, λέγων· « Μνήσθητι ὡς χοῦς ἐσμεν.

Δίδοτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν.

(A f. 111, C f. 119) Γείτονα ὥσπερ ταῖς εἰρημέναις ἐπιεικείαις τὸν περὶ τῆς ἐλεημοσύνης ποιεῖται λόγον· ἄριστον γὰρ τὸ χρῆμα, καὶ Θεῷ θυμηρέστατον, καὶ ὁσίαις ψυχαῖς ὅτι μάλιστα πρέπον· « Γίνεσθε γὰρ, φησὶν, οἰκτίρμονες, καθὼς ὁ Πατὴρ ὑμῶν. » Ὅτι δὲ πλουσιωτέρᾳ χειρὶ ληψόμεθα τὴν ἀνταπόδοσιν παρὰ τοῦ πάντα πλουσίως νέμοντος Θεοῦ τοῖς
D
ἀγαπῶσιν αὐτὸν, αὐτὸς πεπληροφόρηκεν εἰπών· « Μέτρον καλὸν, πεπιεσμένον καὶ σεσαλευμένον καὶ ὑπερεκχυνόμενον δώσουσιν εἰς τὸν κόλπον ὑμῶν. » Καὶ δοκεῖ μέν πως εἰσφέρεσθαι τῷ πρώτῳ τὸ δεύτερον· εἰ γὰρ μέτρον ὑπερεκχυνόμενον ληψόμεθα, πῶς ᾧ μέτρῳ μετροῦμεν ἀντιμετρηθήσεται ἡμῖν; Ἔοικε γὰρ ἐν τούτοις ἰσότης μᾶλλον οὐ πλεονασμὸς εἶναί τις τῆς δοθησομένης ἡμῖν ἀμοιβῆς. Τί οὖν ἄρα φαμέν; Ἀπαλλάξει πραγμάτων ἡμᾶς ὁ σοφώτατος Παῦλος, τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν ἐπενεγκών· ἔφη γὰρ, ὅτι « Ὁ σπείρων φειδομένως, ἀντὶ τοῦ, συμμέτρως καὶ συνεσταλμένῃ χειρὶ, φειδομένως καὶ θε-

[5] Rom. II, 1. [6] Jacob. IV, 11. [7] Psal. CXXIX, 3. [8] Psal. CII, 14.

ρίσει· καὶ ὁ σπείρων ἐπ' εὐλογίαις, ἐπ' εὐλογίαις καὶ θερίσει· » τουτέστι, εἰ δέ τις μὴ ἔχοι, οὐχ ἥμαρτε τοῦτο μὴ δρῶν· καθ' ὃ γὰρ ἂν ἔχοι, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθ' ὃ οὐκ ἔχει. Τοῦτο καὶ ὁ διὰ Μωϋσέως ὑπετύπου νόμος· προσεκόμιζον γὰρ εἰς θυσίαν τῷ Θεῷ, τὸ κατὰ χεῖρά τε καὶ ἰσχὺν, ἕκαστος τῶν ὑπὸ τὸν νόμον· οἱ μὲν μόσχους, οἱ δὲ κριοὺς, ἢ ἀμνοὺς, ἢ τρυγόνας, ἢ περιστερὰς, ἢ σεμίδαλιν ἐλαιοβρεχῆ. Πλὴν ὁ καὶ τοῦτο προσάγων τὸ οὕτω μικρὸν καὶ εὐπόριστον, διὰ τὸ μόσχον μὴ ἔχειν, ἴσος ἦν ἐκείνῳ κατὰ πρόθεσιν.

Εἶπε δὲ παραβολὴν αὐτοῖς.

(A f. 111, B f. 67 b) Ἀναγκαιοτάτην ταύτην τῶν εἰρημένων προσέθηκε τὴν παραβολήν. Ἔμελλον ἔσεσθαι μυσταγωγοὶ καὶ διδάσκαλοι τῆς ὑπ' οὐρανὸν οἱ μακάριοι μαθηταί· ἔδει τοίνυν αὐτοὺς ἀρτίως ἔχοντας εἰς εὐσέβειαν ἀναφαίνεσθαι τῶν ἁπάντων, ἐχρῆν εἰδέναι τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν ὁδὸν, καὶ τεχνίτας εἶναι πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, καὶ τὸν ἀκριβῆ καὶ σωτήριον καὶ ἀποξεσμένον εἰς ἀλήθειαν ἐνιέναι λόγον τοῖς πεπαιδευμένοις· ὡς ἤδη προαναβλέψαντας, καὶ τῷ θείῳ φωτὶ καταλαμπομένην τὴν διάνοιαν ἔχοντας· ἵνα μὴ τυφλοὶ τυφλῶν εἶεν ὁδηγοί· οὐ γὰρ οἱ ἐν σκότῳ τῆς ἀγνωσίας ἐνισχημένοι, τοὺς τὰ ὅμοια νοσοῦντας, εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν ὁδηγήσειεν· εἰ γὰρ τοῦτο βουληθεῖεν, εἰς τὸν βόθρον τῶν παθῶν ἀμφότεροι ἐγκυλισθήσονται. Εἶτα τὸ φιλόκομπον πάθος τῆς ἀλαζονείας τῶν πολλῶν ἀναιρῶν, ἵνα μὴ τῶν διδασκόντων φιλονικοῖεν ὑπερβαίνειν τιμὴν, ἐπήγαγεν· « Οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ. » Κἂν εἰ γένοιτο προελθεῖν εἰς τοῦτό τινας ὥστε καὶ ἰσάμιλλον τοῖς παιδεύουσι κατακτήσασθαι τὴν ἀρετὴν, εἰς τῶν διδασκόντων στήσονται μέτρον, κἀκείνων ἔσονται μιμηταί· καὶ πιστώσει πάλιν ὁ Παῦλος, λέγων· « Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. » Τοῦ τοίνυν διδασκάλου μήπω κρίνοντος, τί κρίνεις αὐτός; Οὐ γὰρ ἦλθε κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλ' ἐλεῆσαι. — (A f 111) Κατὰ δέ γε τὴν προτέραν διάνοιαν, Εἰ ἐγὼ, φησὶν, οὐ κρίνω, μηδὲ σὺ ὁ μαθητής· εἰ δὲ καὶ μείζοσιν ἐνέχῃ ἐφ' οἷς ἕτερον κρίνεις, πῶς οὐκ ἂν αἰσχυνθείης εἰς αἴσθησιν ἐλθών; Τοῦτο διὰ παραβολῆς ἑτέρας ὁ Κύριος παρίστη λέγων·

Τί δὲ βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου;

(A f. 111, B f. 68, C f 119) Ἐξ ἀναγκαίων ἡμᾶς ἀναπείθει συλλογισμῶν, ἀποσχέσθαι μὲν τοῦ βούλεσθαι κρίνειν ἑτέρους, τὰς ἑαυτῶν δὲ μᾶλλον καρδίας περιεργάζεσθαι καὶ τῶν ἐνόντων αὐταῖς παθῶν ἀπαλλάττεσθαι ζητεῖν, αἰτοῦντας τοῦτο παρὰ Θεοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ ψυχικῶν ἡμᾶς νοσημάτων ἐλευθερῶν. Τί γὰρ εἰ νοσῶν αὐτὸς τὰ ἔτι μείζω καὶ χαλεπώτερα τῶν ὄντων ἐν ἑτέροις, ἀφεὶς τὰ κατὰ σαυτὸν, ἐκείνοις ἐπιτιμᾷς; Οὐκοῦν ἅπασι μὲν τοῖς ἐθέλουσιν εὐσεβεῖν, ἀναγκαία εἰς ὄνησιν ἡ ἐντολή, μάλιστα δὲ τοῖς τὸ διδάσκειν ἑτέρους ἐγκεχειρισμένοις. Εἰ μὲν εἶεν

A quoque metet [9]. » Id est, si quis non habuerit, non peccat dum dare omittit: nam quatenus quisque habet, gratus fiet, non quatenus non habet. Hoc in Moysis quoque lege præfigurabatur. Afferebant enim ad sacrificandum Deo, pro copia et viribus, quicunque sub legis potestate erant, alii vitulos, alii hædos, aut agnos, aut turtures, aut columbas, aut similam oleo conditam. Verumtamen is etiam qui tam exigua et parabilia adducebat, quia vitulum non haberet, par diviti erat, quod attinet ad mentis propositum.

V. 39. *Dicebat autem illis similitudinem.*

Necessario in primis hanc adjecit dictis similitudinem. Futuri enim erant initiatores atque magistri terrarum orbis beati discipuli. Oportebat igitur B valde eruditos in **202** religionis negotio videri præ omnibus: opus erat scire evangelicæ vitæ viam, ad omne opus bonum peritos artifices esse, accuratam ac salutarem et ad veritatis regulas exactam alumnis doctrinam tradere; ceu qui jampridem oculos veritati intendissent, divinoque lumine illustratam mentem haberent, ne cæci cæcorum duces fierent. Non enim qui tenebris inscitiæ tenentur, iis qui pari calamitate urgentur, ad veritatis cognitionem ducatum præstabunt. Nam si hoc forte velint, in passionum foveam ambo devolventur. Deinde jactantiæ pervulgatum morbum perimens, ne aliquando vellent magistrorum superare honorem, addidit: « Non est discipulus supra ma-C gistrum. » Quod si forte etiam adeo nonnulli proficerent, ut parem antecessoribus virtutem discipuli consequerentur, tunc eos intra fines modestiæ magistrorum perstare debere, atque horum esse imitatores. Quam rem item testabitur Paulus dicens: « Imitatores mei estote, sicut et ego Christi [10]. » Cum ergo magister nondum judicet, cur tu judicium fers? Non enim venit ut judicet mundum, sed ut misereatur. — Secundum prædictum sensum, si ego, inquit, non judico, ne tu quidem id agas, discipulus cum sis. Quod si etiam magis reus es, quam ille de quo judicas, quomodo id sentiens non erubescis? Hoc alia similitudine demonstravit Dominus dicens:

V. 41. *Cur autem vides festucam in oculo fra-* D *tris tui?*

Evidentibus syllogismis persuadet nobis, ut judicando de aliis abstineamus, ipsa potius corda nostra examinemus et hærentes illis passiones expellere studeamus, implorato divino auxilio. Ipse enim contritos corde sanat, et animæ nos morbis liberat. Cur enim, si tu magis graviusque aliis laboras, omissis peccatis tuis, illos objurgas? Ergo omnibus piis esse volentibus necessario prodest hoc mandatum, præcipue vero iis qui aliorum erudiendorum munus susceperunt. Si enim boni solertesque **203** erunt, evangelicæ velut vitæ imaginem semetipsos exhibentes, utique illos qui

[9] II Cor. IX, 6. [10] I Cor. XI, 1.

pariter se gerere nolunt, confidenter objurgabunt, ceu qui hærentis doctoribus suis pietatis non exprimant mores. Sin vero ignavi fuerint, pravisque voluptatibus obnoxii, quo pacto cæteros secum pariter ægrotantes increpabunt? Propterea sapienter beati discipuli ita in suis scriptis aiunt: « Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quod majus judicium sumemus [11], » ut dixit Christus præmiorum distributor, et peccantibus pœnas imponens: « Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum [12]; » secus qui minime faciens, nihilominus docuerit, minimus erit. Sane, quomodo tu multis magnisque suffocatus peccatis, paucarum culparum reum damnas? Quomodo dices fratri tuo: « Sine ejiciam ex oculo tuo festucam, cum ipse trabem in tuo habeas [13], » qui nempe magnis peccatis gravaris? id enim trabs significat. Quomodo, inquam, eum condemnas qui exigua prorsus, et aliquando nihil peccavit?

V. 42. *Ejice primum trabem de oculo tuo.*

Hoc est, teipsum magnis peccatis purum præbeto; tum denique consilium dabis ei qui levia peccavit. Itaque ipse sibi magister erit qui sapit, non alium condemnabit. Hoc etiam Mosaica lex præcipit cum ait: « Attende tibi, non alii [14]. » Attende autem dicitur, pro, quæ tua sunt observa. — Sed, o Domine, dicet ut reor aliquis, quomodo dignoscemus habentem in oculo trabem, et increpantem simul eos qui festucam habent, ac leviter infirmantur? Nulla, inquit, rei hujus difficultas: potest enim quilibet pro suo libito cognoscere. Etenim uniuscujusque vita mores proprios luculenter ostendit. Quippe haud externa venustate, neque simulata pietate, bonæ reapse vitæ pulchritudo exprimitur, sed ex iis potius quæ quisque facit operibus. Hoc item alicubi dixit Christus: « Cavete ab iis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, **204** intrinsecus autem sunt lupi rapaces [15]. » En itaque quod non ex vestitu, sed ex rei veritate cognoscendos esse eos qui ad nos accedunt, præcipit Christus. Etenim « Ex fructu, inquit, arbor cognoscitur. » Sicuti stulte quis de spinis maturos eximiosque fructus requiret, uvam dico et ficus, ita speratur ridicule egregium aliquid invenire, id est virtutis nobilitatem, in hypocritis et impuris. Hos potius appellare decet tribulos atque rubos. Apud hos dulce nihil, sed amara omnia ac spuria. Non enim de spinis germinat ficus, neque de rubo paritur uva. Ergo non de externa specie, sed de acta ab unoquoque vita dignoscendus magister est. Dicta sunt hæc etiam in quinto Matthæi capitulo [16]. Sed tamen ibi agebatur de deceptoribus, hic autem de mundis aliosque mundantibus et de

A ἀγαθοὶ καὶ νηφάλιοι, καθάπερ εἰκόνα ζωῆς εὐαγγελικῆς τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐνστήσαντες, τοῖς μὴ τὰ ἴσα δρᾷν ἑλομένοις εὐπροσώπως ἐπιτιμήσουσι, ὡς μὴ τοὺς ἐνούσης αὐτοῖς ἐπιεικείας ἀναμάξαντας τρόπους· εἰ δὲ ῥᾴθυμοί τινες εἶεν, καὶ ταῖς εἰς τὸ φαῦλον ἡδοναῖς εὐάλωτοι, πῶς ἂν ἑτέροις τὰ ἴσα νοσοῦσιν ἐπιτιμήσειαν; Διὰ τοῦτο σοφῶς οἱ μακάριοι μαθηταὶ γεγράφασί τε καὶ λέγουσι· « Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὡς μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα, » ὡς ἔφη Χριστὸς, ὁ τῶν στεφάνων διανομεὺς καὶ τοῖς πλημμελοῦσι τὰς δίκας ἐπάγων· « Ὃς ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· » ὁ δὲ μὴ ποιήσας καὶ διδάξας, ἐλάχιστος· ἐπεὶ πῶς ὁ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἔσθ' ὅτε καταπνιγόμενος ἁμαρτίαις κατακρίνεις τὸν B ὀλίγοις ἔνοχον πταίσμασι; Πῶς ἐρεῖς τῷ ἀδελφῷ σου· « Ἄφες ἀναβάλω τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, αὐτὸς τὴν δοκὸν ἔχων ἐν σεαυτῷ, » ὁ μεγάλαις ἁμαρτίαις ἔνοχος; τοῦτο γὰρ ἡ δοκὸς σημαίνει. Πῶς κατακρίνεις τὸν ὀλίγα παντελῶς ἢ καὶ ἔσθ' ὅτε μηδὲν ἡμαρτηκότα;

Ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ σου.

(A f. 111) Τουτέστι, σαυτὸν ἐπίδειξον καθαρὸν τῶν μεγάλων ἁμαρτημάτων, καὶ τότε σύμβουλος ἔσῃ τῷ πταίοντι μικρά. Οὐκοῦν ἑαυτῷ μὲν ἔσται διδάσκαλος ὁ σοφὸς, ἕτερον δὲ οὐ κατακρινεῖ. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωϋσέως παραγγέλλει, λέγων· « Πρόσεχε, φησὶ, σεαυτῷ, οὐχ ἑτέρῳ· » τὸ δὲ, « Πρόσεχε, » C ἀντὶ τοῦ, Περιβλέπου τὰ κατὰ σαυτόν.—(A f. 111 b) Ἀλλ', ὦ Δέσποτα, φαίη ἂν, οἶμαι, τὶς, πῶς ἄρα διαγνωσόμεθα τὸν ἔχοντα μὲν ἐν ὀφθαλμῷ τὴν δοκὸν, ἐπιπλήττοντα δὲ τοῖς κάρφον ἔχουσι καὶ ἀσθενοῦσιν ἐκ μέρους; Χαλεπὸν οὐδὲν ἐν τούτῳ, φησί· πρόκειται γὰρ τοῖς ἐθέλουσιν εὐκόλως ἰδεῖν. — (B f. 68) Οὐκοῦν ὁ ἑκάστου βίος τῶν αὐτοῦ τρόπων ἔσται παραδεικτικός· οὐ γὰρ τοῖς ἔξωθεν ὡραϊσμοῖς, καὶ πεπλασμέναις ἐπιεικείαις τὸ τῆς ἀληθοῦς εὐζωΐας χαρακτηρίζεται κάλλος, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἐργάσαιτό τις. Τοῦτο πάλιν ἔφη που ὁ Χριστός· « Προσέχετε ἀπὸ τῶν ἐρχομένων πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. » Ἰδοὺ δὴ πάλιν οὐκ ἐκ τῶν ἐνδυμάτων, ἀλλ' ἐξ ὧν εἰσι κατὰ ἀλήθειαν οἱ πρὸς ἡμᾶς ἐρχόμενοι, διαγινώσκεσθαι δεῖν αὐτοὺς D ἐπιτάττει Χριστός· « Ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ, φησὶ, τὸ δένδρον γινώσκεται. » Ὥσπερ ἐστὶν ἀμαθὲς τὸ ἐν ἀκάνθαις ζητεῖν τὰ τῶν ὡρίμων ἐξαίρετα, σταφυλήν τέ φημι καὶ σῦκον [alius cod. σῦκα], οὕτω καταγέλαστον ἐννοεῖν ἐν ὑποκριταῖς καὶ βεβήλοις εὑρεῖν δύνασθαί τι τῶν τεθαυμασμένων, ἤγουν ἀρετῆς εὐγένειαν· τούτους καὶ τριβόλους καὶ βάτους φαίη τις ἄν. Παρὰ τοῖς τοιούτοις γλυκὺ μὲν οὐδὲν, πικρὰ δὲ πάντα καὶ δυσγενῆ· οὐ γὰρ ἐν ἀκάνθαις φύεται σῦκον, οὐδὲ ἐν βάτῳ τίκτεται σταφυλή· οὐκοῦν οὐκ ἀπό γε τῶν σχημάτων, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων, διαγνωστέον τὸν διδάσκαλον. Εἴρηται ταῦτα

[11] Jacob. III, 1. [12] Matth. V, 19. [13] Matth. VII, 5. [14] Deut. VIII, 2. [15] Matth. VII, 15. [16] Ed. Vulg. VII.

καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον· [A] πλὴν ἐκεῖ μὲν περὶ τῶν πλάνων, ἐνταῦθα δὲ περὶ τῶν κεκαθαρμένων καὶ καθαιρόντων ἑτέρους, καὶ περὶ τῶν ἀκαθάρτων καὶ καθαίρειν ἄλλους πειρωμένων. Παραβολικῶς δὲ τούτους μὲν ὠνόμασε δένδρα, καρποὺς δὲ τὰς πράξεις αὐτῶν· καὶ παραινεῖ προσέχειν ταῖς πράξεσι τούτων, αἵ εἰσι καρπὸς, καὶ μὴ τοῖς λόγοις, οἵ εἰσι φύλλα.

Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προφέρει τὸ ἀγαθόν.

(A f. 112) Ἀποδείξας ἐν τοῖς προλαβοῦσι, πόθεν ἂν διαγνωσθείη ὁ ἀγαθὸς καὶ ὁ πονηρὸς, ὅτι ἐπὶ τῶν ἔργων, ὡς τὸ δένδρον ἐκ τοῦ καρποῦ, νῦν καὶ δι' ἑτέρου σημείου τοῦτο κατασκευάζει. Ὁ μὲν γὰρ ἀγαθὸς, φησὶν, ὡς ἐξ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας, πηγάζει τὰ ἀγαθά· ὁ δὲ μὴ οὕτως ἔχων, φαυλότητι [B] δὲ καὶ πονηρίᾳ κεκρατημένον ἔχων τὸν νοῦν, ἐνδώσει πάντως τὰ ἐν τῷ βάθει κεκρυμμένα· τὰ γὰρ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἐπιπηδᾷ διὰ τοῦ πρὸς τὰ ἄνω τρέχοντος λόγου. Οὐκοῦν ὁ χρηστὸς τοὺς τρόπους τὰ αὐτῷ πρέποντα λαλεῖ· ὁ δὲ φαῦλός τε καὶ πονηρὸς τὴν ἐν τῷ βάθει κειμένην ἀκαθαρσίαν ἐρεύξεται.

Τί δέ με καλεῖτε, Κύριε, Κύριε;

Μόνῃ μέντοι πρέπει τῇ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω φύσει τὸ τῆς κυριότητος ὄνομά τε καὶ πράγματα· κρατεῖ γὰρ καὶ κατεξουσιάζει τῶν ὅλων· « Εἷς γὰρ Κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα. » Καὶ αὖθις· « Εἴπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι πολλοὶ ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' [C] οὗ τὰ πάντα. » Μόνον οὖν εἰδότες τὸν φύσει τε καὶ ἀληθῶς Κύριον, τὸν συμβασιλεύοντα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ Θεὸν Λόγον (1), οὕτως αὐτὸν ὀνομάζομεν· ἀλλὰ, « Τί δῆτα, φησὶ, καλεῖτε Κύριον, » οὐ ποιεῖτε δὲ ἃ λέγω; ἀληθὲς γὰρ τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένον· « Εἰ Πατήρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἦν ἡ δόξα μου; Καὶ εἰ Κύριός εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ὁ φόβος; Υἱὸς δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ, λέγει Κύριος παντοκράτωρ. » Ἐπισφαλὲς οὖν ἄρα καὶ τῆς ἐσχάτης ἄξιον δίκης, τὸ μὴ ὑποκεῖσθαι θέλειν τῷ τῶν ὅλων κρατοῦντι Χριστῷ. Κατίδῃ δ' ἄν τις ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, κἀκ τῶνδε μέντοι· τὸν μὲν γὰρ γνήσιον οἰκέτην, ἐξαιρέτοις τιμαῖς στεφανούμενον, τὸν δὲ ἀπειθῆ καὶ ῥᾴθυμον, εἰς τὸ σκότος δραμόντα τὸ ἐξώτερον. Οἱ γὰρ λαβόντες τὰ τάλαντα, καὶ [D] διπλασιάσαντες τῷ δεσπότῃ τὸ δοθὲν, ἐπαίνοις τετίμηνται· τόν γε μὴν εἰς γῆν καταχώσαντα τὸ δοθὲν ὡς ῥᾴθυμον, σκληρᾷ καὶ ἀφύκτῳ περιβέβληκε δίκῃ. Κἀκεῖνο δὲ, οἶμαι, τοῖς εἰρημένοις προσεπενεχθῆναι δεῖ. Ἐν γὰρ τῷ βούλεσθαι τοῖς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑποκεῖσθαι λόγοις, καὶ δουλεύειν αὐτῷ, τὸ τῆς ἐλευθερίας ἀξίωμα διὰ τῶν αὐτοῦ πάλιν νευμάτων καταπλουτήσομεν. Ἔφη γοῦν τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτόν· « Ἐὰν ὑμεῖς μείνητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐμῷ, ἀληθῶς μαθηταί μού ἐστε, καὶ γνώσεσθε τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἡ

immundis aliosque mundare conantibus. Parabolice autem hos nominavit arbores, fructus vero opera eorum. Hortaturque insistere horum actibus, qui sunt fructus; non autem verbis, quæ folia sunt.

V. 45. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum.*

Postquam in superioribus demonstravit unde nam bonus a malo distinguatur, nempe ex operibus, sicut ex fructu arbor, nunc et alio indicio idem præstat. Nam bonus, inquit, homo de bono thesauro cordis sui bona profert; qui autem secus est, nequitia scilicet et improbitate occupatam mentem habens, effundet prorsus quæ intus celabat. Nam quæ mente et corde sunt reposita, ea per decurrentem exterius sermonem exsiliunt. Itaque bene moratus homo, congrua sibi loquitur; nequam vero et improbus jacentem intus impuritatem eructabit.

V. 46. *Cur autem vocatis me, Domine, Domine?*

Profecto uni congruit supremæ altissimæque naturæ, dominationis appellatio et actus: etenim rerum omnium dominatum tenet ac potentatum. « Unus enim Dominus, **205** una fides, unum baptisma [17]. » Et rursus: « Etsi multi dii sint dominique multi in cœlo ac terra, attamen nobis unus est Deus Pater, ex quo omnia; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia [18]. » Unum itaque scientes natura sua vereque Dominum, cum Deo Patre regnantem Deum Verbum, sic illum nominamus. Sed enim, « Cur demum, inquit, vocatis me Dominum, » neque dicta mea exsequimini? Nam vere ab uno sanctorum prophetarum dictum fuit: « Si Pater ego, ubi est honor meus? Et si Dominus ego, ubi timor mei? filius patrem honorat, et servus dominum suum, ait Dominus omnipotens [19]. » Damnosum itaque, et extremo supplicio dignum, nolle omnium Domino Christo subjacere. Quam rem tum ex aliis argumentis cognoscere licet, tum etiam ex iis quæ dicemus. Nempe fidelem servum eximiis præmiis fuisse coronatum, contumacem vero et ignavum ad exteriores tenebras relegatum. Nam qui accepta talenta danti domino duplicaverunt, laudibus ornati fuere; at ignavum illum, qui datum talentum humi infodit dura et inexorabili sententia feriit. Illud quoque prædictis adjungendum puto. Nam si voluerimus Servatoris nostri dictis obtemperare, eique servire, libertatis dignitatem, secundum ipsius item nutum, adipiscemur. Dixit enim credentibus in eum: « Si vos manseritis in doctrina mea, vere discipuli mei estis, et veritatem cognoscetis: veritas autem vos liberabit [20]. » Ergo

[17] Ephes. IV, 5. [18] I Cor. VIII, 5, 6. [19] Malach. I, 6, 7. [20] Joan. VIII, 32.

(1) Adhuc observa Cyrillum de Christo Deo contra Arianos prædicantem. Merito enim Cyrillus ab Eulogio Alexandrino apud Photium cod. 230, p. 837 dicitur per antonomasiam ὁ φύλαξ τῆς ἀκριβείας, ὁ θερμὸς τῆς ἀκριβείας ἐραστής· *accuratæ fidei custos ferridusque amator.*

libertatis donum obediendo lucramur. Talis est apud eum servitus. Hæc nos hæredes Dei facit, et ipsius Christi cohæredes. Quod ipse denuo testabitur dicens: « Omnis qui facit peccatum, servus est peccati [31]. » Servi haud est perpetua in dominica domo mansio; filii contra perpetua. « Si ergo filius vos liberaverit, vere liberi estis [32]. » Si ergo Dominum appellamus Servatorem omnium Christum, **206** quæ ipse dixit exsequamur. « Non enim quivis, inquit, qui mihi dixerit, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed utique ille qui Patris mei cœlestis voluntati obediverit [33]. » Quænam vero futura sit utilitas mandatis obediendi, quodnam item inobedientiæ damnum, ipse docuit Servator dicens:

V. 47, 48. *Omnis qui venit ad me, similis est homini ædificanti domum*, etc.

Homo obediens ac docilis, et qui non tam auditor legis est, quam auctor operum, firmissimam habebit in omni pulchro bonoque negotio stabilitatem, eritque similis domui bene stabilitæ, inconcussumque habenti fundamentum: adeo ut, etiamsi torrentis instar aut aquarum exundantiæ, tentationes incurrant, et cupiditatum nostrarum rabies, nihil infaustum experturus sit. Secus qui aures tantum Christi verbis præbet, nihil vero mente recondit, nec ullam præceptorum partem exsequitur, hic vicissim domui similis erit, quæ ad ruinam proxime vergit: pertrahetur enim quo non licet, impellente voluptate atque ad peccati foveas devehente. Oportet enim quotidiano exercitio nosmetipsos Dominicis in præceptis confirmare, ne tanquam aquarum violentia irruens voluptas, nutantia in nobis dogmata dissipet. Sed contrariis potius actibus inclarescat. invicta virtus; ut nequaquam casu, sed victoria celebres evadamus. Nam celebris fit casus illorum qui plurima doctrina pollebant, si quando magno culmine decidant. Miseros autem facit homines laborum negligentia, judiciique languor et instabilitas. Hi sunt stultis illis similes, qui in infirmæ sententiæ suæ arena, spiritalis ædificii fundamentnm locaverunt; quod paucæ tentationum guttæ, exiguusque torrens diabolicarum illusionum impingens, basem commovet et discindit, ita ut ne brevi quidem tempore adversus pluviam ventosque consistat.

207 CAP. VII.

V. 9. *Ne in Israele quidem tantam fidem inveni.*

Sancto igitur Dei decreto, ab ejus familiaritate

A ἀλήθεια ἐλευθεροῖ ὑμᾶς. » Οὐκοῦν τῆς ἐλευθερίας τὴν δόσιν διὰ τῆς ὑπακοῆς κερδαίνομεν· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ ὑπ' αὐτῷ δουλεία· τοῦτο καὶ υἱοὺς ἡμᾶς ἀποτελεῖ καὶ κληρονόμους Θεοῦ, καὶ συγκληρονόμους αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Καὶ αὐτός σε πάλιν πιστώσεται λέγων· « Πᾶς ὁ ποιῶν ἁμαρτίαν, δοῦλός ἐστιν τῆς ἁμαρτίας· » ὁ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα. « Ἐὰν οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροί ἐστε. » Οὐκοῦν εἰ Δεσπότην ὀνομάζομεν τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστὸν, ποιῶμεν ἃ λέγει· « Οὐ πᾶς γάρ, φησὶν, ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ὁποία γε μὴν ἡ ὄνησις ἐν τῷ βούλεσθαι τηρεῖν τὰ προστεταγμένα, τί δ' ἂν B γένοιτο βλάβος ἐν τῷ μὴ ὑποτάττεσθαι θέλειν, αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ εἰπών·

Πᾶς ὁ ἐρχόμενος πρός με, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν, κ. τ. λ.

(A f. 112 b, B f. 68 b) Ὁ γὰρ εὐπειθὴς καὶ εὐάγωγος, οὐκ ἀκροατὴς νόμου γενόμενος μᾶλλον, ἀλλὰ ποιητὴς ἔργων, ἑδραιοτάτην ἕξει τὴν στάσιν, τὴν ἐν παντὶ πράγματι καλῷ τε καὶ ἀγαθῷ· ἔσται δὲ οἰκίᾳ παραπλήσιος ἱδρυμένῃ καλῶς, καὶ ἀκατάσειστον ἐχούσῃ τὸν θεμέλιον· ὥστε κἂν χειμάῤῥου δίκην ἤτοι πλημμύρας ὑδάτων προσβάλωσιν οἱ πειρασμοὶ, καὶ ἡ τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν ἀγριότης, πείσεται τῶν ἀπευκτῶν οὐδέν. Ὁ δὲ μόνην ὑπέχων τὴν ἀκοὴν οἷς ἂν λέγοι Χριστὸς, ἀπόθετον δὲ εἰς νοῦν ἔχων οὐδὲν, οὔτε μὴν κατορθώσας τι τῶν κεκελευσμένων, ἔσται πάλιν οἰκίᾳ C προσεοικὼς ἑτοιμοτάτῃ πρὸς πτῶσιν· κατενεχθήσεται γὰρ ἐφ' ἃ μὴ θέμις, κατερεθιζούσης ἡδονῆς, καὶ εἰς τοὺς τῆς ἁμαρτίας ἐκφερούσης βόθρους. — (B f. 68 b) Δεῖ γὰρ διὰ τῆς καθ' ἡμέραν ἀσκήσεως βεβαιοῦν ἑαυτοὺς τοῖς τοῦ Κυρίου παραγγέλμασιν, ἵνα μὴ καθάπερ βιαίων ὑδάτων προσβαλοῦσα ἡδονὴ, σαθρὰ τὰ ἐν ἡμῖν δόγματα διασκεδάσῃ· ἀλλ' ἐνευδοκιμήσῃ τοῖς ἐναντίοις πράγμασιν, ἀκατάλυτος οὖσα ἡ ἀρετή· καὶ μὴ τῷ πτώματι περιφανεῖς, ἀλλὰ τῇ νίκῃ γενώμεθα. Περιφανὲς γὰρ καὶ τὸ πτῶμα τῶν μεγάλα δεδιδαγμένων, ὅταν μεγάλων ἀποπίπτωσιν. Ἀθλίους δὲ ποιεῖ τοὺς ἀνθρώπους ἡ περὶ τοὺς πόνους ὀλιγωρία, καὶ τὸ τῆς κρίσεως σαθρὸν καὶ ἀβέβαιον· οὗτοί εἰσιν οἱ τοῖς μωροῖς ὁμοιωθέντες, οἱ ἐπὶ τῆς D ψάμμου τῆς κατὰ τὴν γνώμην ἀβεβαιότητος, τὸν θεμέλιον τῆς πνευματικῆς τιθέντες οἰκοδομῆς, ὃν ὀλίγαι ψεκάδες πειρασμῶν, καὶ βραχὺς χειμάῤῥους τῶν τοῦ πονηροῦ προσπαιγμάτων ὑφελκύσας, τὴν ὑποβάθραν διέλυσέ τε καὶ διεσκόρπισε, μηδὲ ὀλίγον ἐπισχόντα πρὸς τὴν βροχὴν καὶ τὰ πνεύματα.

ΚΕΦ. Ζ'. (1)

Οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραὴλ τοσαύτην πίστιν εὗρον.

(A f. 114) Ὁσίᾳ δὴ οὖν ψήφῳ Θεοῦ τῆς μὲν πρὸς

[31] Joan. VIII, 34. [32] Ibid. 35. [33] Matth. VII, 21.

(1) Ad cap. VII, v. 4, hæc habentur in Latina Corderii catena. « CYRILLUS. Considera autem, ut Judæorum quidem seniores voluerint Jesum ad ipsam domum venire illius qui eum invocabat, quasi non aliter potuisset erigere decumbentem, nisi ad illum accessisset. Hic vero (centurio) credebat, quod etiam absens posset id præstare. »

αὐτὸν οἰκειότητος ἀπώλισθεν ὁ Ἰσραήλ· ἀντεισκέκληται δὲ καὶ προσελήφθη τὰ ἔθνη, ἑτοιμοτέραν ἔχοντα τὴν καρδίαν εἰς τὸ πιστεύειν εἰς αὐτόν. Καὶ πιστώσεται πάλιν ἡμᾶς τοῦτο λέγων ὁ θεσπέσιος Μελῳδὸς περὶ αὐτῶν· ποτὲ μέν· « ὅτι Τὴν ἑτοιμασίαν τῆς καρδίας αὐτῶν, προσέσχε τὸ οὖς σου· » ποτὲ δέ· « Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν, μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν. » Εἰ γὰρ καὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις ἦσαν βεβαρημένοι, ἀλλ' ὅμως ἐτάχυναν πρὸς παραδοχὴν τῶν Χριστοῦ παιδευμάτων. Περὶ δέ γε τοῦ Ἰσραὴλ προφητικός φησι λόγος· « Ἀπώσεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς ὅτι οὐκ εἰσήκουσαν αὐτοῦ, καὶ ἔσονται πλανῆται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

Ἐπορεύετο εἰς πόλιν καλουμένην Ναΐν.

(A f. 115 b) Ὅρα δὲ πῶς παραδόξοις συνείρει παράδοξα. Καὶ ἐκεῖ μὲν καλούμενος ἀπαντᾷ· ἐνταῦθα μὴ καλούμενος παραγίνεται· οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν ἐκάλει ἐπὶ νεκροῦ ἀνάστασιν, ἀλλ' αὐτόκλητος ἐπὶ ταύτην ἀφικνεῖται. Οἰκονομικώτατα δέ μοι δοκεῖ, τῷ πρώτῳ συνάψαι καὶ τοῦτο· οὐδὲν γὰρ ἦν τὸ ἀπεικὸς ἐννοεῖν, ὡς ἐνστήσεταί τις ἔσθ' ὅτε τῇ τοῦ Σωτῆρος δόξῃ μαχόμενος, εἶτα λέγων· Τί τὸ θαῦμα ἐπί γε τῷ παιδὶ τοῦ ἑκατοντάρχου τετελεσμένον; Ἄῤῥωστος ἦν, οὐ πάντως ἔμελλε τελευτᾷν· καὶ τοῦτο γέγραφεν ὁ εὐαγγελιστής, τὰ πρὸς χάριν μᾶλλον ἢ τὰ πρὸς ἀλήθειαν ἀφηγούμενος· ἵνα τοίνυν τὴν ἀκόλαστον τῶν τοιούτων ἀποφράξῃ γλῶσσαν, τεθνεῶτι τῷ νεανίσκῳ Χριστὸν ὑπαντῆσαί φησι, μονογενεῖ υἱῷ χήρας· ἐλεεινὸν τὸ πάθος καὶ θρῆνον κινῆσαι δυνάμενον, καὶ δακρύων ἀφορμάς· εἵπετο δὲ τῷ πάθει μεθύουσα καὶ παρειμένη λοιπὸν ἡ γυνή, καὶ πολλοὶ σὺν αὐτῇ.

Προσελθὼν ἥψατο τῆς σοροῦ.

(A f. 115 b) Διὰ τί δὲ οὐ λόγῳ μόνον ἐπλήρου τὸ θαῦμα, ἀλλὰ καὶ ἥψατο τῆς σοροῦ; Ἵνα γνοίης ὡς ἔστιν ἐνεργὲς πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπου τὸ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ· σῶμα γάρ ἐστι ζωῆς, καὶ σὰρξ τοῦ πάντα ἰσχύοντος Λόγου καὶ τὴν αὐτοῦ πεφόρηκε δύναμιν. Ὥσπερ γὰρ σίδηρος ὁμιλήσας πυρὶ, τὰ πυρὸς ἐνεργεῖ, καὶ τὴν αὐτοῦ χρείαν πληροῖ, οὕτως, ἐπειδήπερ ἰδία γέγονε τοῦ Λόγου ἡ σὰρξ τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος, ταύτῃ τοι ζωοποιός τι καὶ αὐτή, καὶ θανάτου καὶ φθορᾶς ἀναιρετική· ζωοποιὸν γὰρ τὸ σῶμα Χριστοῦ εἶναι πιστεύομεν, ἐπείπερ ἐστὶ τοῦ ζῶντος Λόγου ναός τε καὶ ἐνδιαίτημα, πᾶσαν ἔχον αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν. Οὐχ ἠρκέσθη τοίνυν μόνῳ τῷ προστάξαι, καίτοι λόγῳ κατορθοῦν εἰθισμένος ὅσαπερ ἂν βούλοιτο, ἀλλ' ἐπετίθει τῇ σορῷ καὶ τὰς χεῖρας, δεικνὺς ὡς καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ τὴν ζωοποιὸν ἐνέργειαν ἔχει.

***Ἔλαβε δὲ φόβος ἅπαντας, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν**, κ. τ. λ.*

(A f. 115 b, C f. 120 b) Μέγα καὶ τοῦτο παρά γε ἀναισθήτῳ καὶ ἀχαρίστῳ λαῷ· μικρὸν γὰρ ὕστερον οὐδὲ προφήτην οὐδὲ εἰς ἀγαθὸν τοῦ λαοῦ πεφηνότα νομίζουσιν αὐτόν· ἀλλὰ τὸν θανάτου καταλυτὴν θανάτῳ παραδιδῶσιν· οὐκ εἰδότες ὅτι τότε δή, τότε κατέλυε θάνατον, ἡνίκα ἐφ' ἑαυτοῦ τὴν ἀνάστασιν ἐποιήσατο.

excidit Israel, cujus in locum vocati sunt et assumpti ethnici, utpote qui cor ad ei credendum paratius habebant. Rei item testis erit divinus Vates de ipsis dicens, modo quidem : « Quoniam præparationi cordis eorum attendit auris tua [24]; » modo autem : « Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt [25]. » Quamvis enim peccatis multis erant gravati, nihilominus ad recipiendas Christi doctrinas festinaverunt. De Israele autem propheticus ait sermo : « Repellet illos Deus, quia ei non auscultaverunt, et erunt vagantes in gentibus [26]. »

V. 11. *Ibant in civitatem quæ vocatur Nain.*

Animadverte quomodo miris mira connectit. Et illic quidem vocatus occurrit; hic autem non vocatus, adest : nemo enim ipsum ad mortuum resuscitandum vocaverat, sed sponte ad id negotium venit. Porro mihi videtur prudentissime priori miraculo hoc etiam alterum copulavisse. Namque incredibile non erat, consurrecturum aliquem Servatoris gloriæ adversarium, qui diceret : Quodnam, oro, in centurionis puero patratum fuit miraculum? Infirmus erat, nullatenus tamen moriturus : scripsit ergo hoc evangelista, gratiæ potius quam veritati velificans. Ut ergo intemperantem ejusmodi hominum linguam cohiberet, mortuo adolescenti occurrisse Christum ait, filio viduæ unico. Miserabilis casus erat, et luctui commovendo, lacrymisque eliciendis idoneus. Sequebatur funus lymphata mœrore ac dolore resoluta mulier, multique cum ipsa.

V. 14. ***Accedens tetigit loculum.***

Cur haud solo sermone miraculum perfecit, sed loculum quoque tetigit? Nempe **208** ut scires efficax esse ad hominis salutem sanctum Christi corpus. Est enim corpus vitæ, caro omnipotentis Verbi, quæ potentiam ejus portabat. Sicut enim ferrum igni admotum vim ignis exserit, ejusque vice fungitur; sic posteaquam caro propria facta est vivificantis omnia Verbi, consequenter et ipsa est vivificans, mortisque et corruptionis destructiva. Nam revera vivificum Christi corpus esse credimus, quoniam viventis Verbi templum est et habitaculum, cunctam ejus efficaciam continens. Haud ergo satis Christo fuit jubere, quanquam verbis quidquid ei libuisset solebat efficere, sed manus quoque loculo imposuit, demonstrans scilicet suum etiam corpus vivifica potentia pollere.

V. 16. ***Corripuit autem omnes timor, et magnificabant Deum**, etc.*

Magnum est hoc in stupido et ingrato populo; qui paulo post neque prophetam neque ad gentis salutem natum judicavit; sed mortis destructorem morti tradidit. Neque agnovit illum tum maxime mortem vicisse, cum resurrectionem suam peregit.

[24] Psal. x, 17, sec. Hebr. [25] Psal. xv, 4. [26] Osee ix, 17.

V. 17. *Exiit hic sermo in universam Judæam de eo.* A

A γοῦντα θεοπρεπῶς· οὐδὲν οὖν ἄρα τὸ ἀπεικὸς, ἐκεῖνό που τάχα πρὸς ἑαυτοὺς εἰπεῖν, τίνα τοῦτον εἶναι νομίσομεν; ἆρα Θεὸν, ἢ ἄνθρωπον, καὶ ὡς ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς ἤγουν τῶν ἁγίων προφητῶν; Θαυματουργεῖ μὲν γὰρ, ὡς Θεὸς, ἔστι δὲ ἀνάρμοστον αὐτῷ κατὰ φύσιν Θεῷ τὸ προσεύχεσθαι. Τίνος γὰρ ὅλως δεῖται Θεός; Ἵνα τοίνυν τὸν τῶν τοιούτων ἐννοιῶν ἀποσοβήσῃ θόρυβον, ποιεῖται τὴν πεῦσιν· οὐδὲν μὲν ἠγνοηκὼς τῶν περὶ αὐτοῦ θρυλλουμένων παρά γε τοῖς ἔξω· ἀποφέρων δὲ μᾶλλον τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας, καὶ ὀρθὴν αὐτοῖς τὴν πίστιν ἐμφυτεῦσαι θέλων. « Τίνα δὴ οὖν, φησὶν, οἱ ὄχλοι με λέγουσιν εἶναι; » — (B f. 91, C f. 126 b) Ὁρᾷς τὸ τῆς πεύσεως εὐτεχνές; Οὐκ εὐθὺς εἶπεν· « Ὑμεῖς τίνα με λέγετε εἶναι; » Ἀποφέρει δὲ μᾶλλον, ἐπὶ τὸν τῶν ἔξω θρύλλον· ἵν'
B ἐκβαλὼν αὐτὸν καὶ ἀδόκιμον ἀποφήνας, μετασοβήσῃ λοιπὸν εἰς δόξαν ἀληθινὴν, ὃ δὴ καὶ πέπρακται. Εἰπόντων γὰρ τῶν μαθητῶν τὴν τοῦ ὄχλου δόξαν, ἔφη αὐτοῖς· « Ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; » Ὢ πῶς ἐξαίρετον τὸ, *ὑμεῖς!* Ἔξω τίθησιν αὐτοὺς τῶν ἄλλων, ἵνα καὶ τὰς ἐκείνων φύγωσιν ὑπονοίας, καὶ μὴ μικρὰν ἔχωσι περὶ αὐτοῦ τὴν δόξαν. Ὑμεῖς, φησὶν, πρὸς ἀποστολὴν, οἱ τῶν ἐμῶν τερατουργημάτων οἱ ἐξειλεγμένοι, οἱ ψήφῳ τῇ παρ' ἐμοῦ κεκλημένοι μάρτυρες, « τίνα με εἶναί φατε; »

Erumpit ecce præ cæteris Petrus, et universi collegii fit os, plenaque Dei amore verba pronuntiat, atque accuratam fidei confessionem facit dicens, eum esse Christum Dei. Citra dubium loquitur discipulus; non enim dicit eum simpliciter Christum sed Christum Dei. Plurimi enim per tempora exstiterant, qui utpote a Deo uncti, dicti fuerant christi: alii enim ut reges, alii ut prophetæ fierent, uncti fuerant; alii denique, nempe nos, accepta ab omnium nostrum Servatore Christo redemptione, et sancto Spiritu uncti, christi appellationem contraximus. Dictum est itaque Psalmistæ voce de antiquioribus: « Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite malignari [64]. » De nobis autem Habacuci voce: « Egressus es in salutem populi tui, ut salves christos tuos [65]. » Ergo plurimi christi; sic autem ex re ipsa vocitati fuere; sed unus solusque ille Patris Dei: non quia nos christi simus ab alio potius quolibet quam a Deo uncti; sed quia ille solus proprium habet in cœlis Patrem. Constat igitur a Petro reliqua multitudine separatum Jesum, relatum fuisse ad Patrem, ceu ipsius solius proprium. Nam Deus naturaliter exsistens, et ex Deo Patre singulariter effulgens unigenitum **235** ipsius Verbum, caro factum est secundum Scripturas. Sed illud necesse est cognoscere, quod nempe in Matthæi Scriptura beatum discipulum invenimus dicentem: « Tu es Christus Filius Dei vivi [66]. » Brevians autem veluti incarnationis mysterium sapientissimus Lucas, pari quidem sententia est, sed tamen paucioribus ver-

Προπηδᾷ δὲ πάλιν τῶν ἄλλων ὁ Πέτρος, καὶ παντὸς τοῦ χοροῦ γίνεται στόμα, καὶ τὰς φιλοθέους ἐρεύγεται φωνάς· ἀκριβῆ δὲ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὁμολογίαν ἐκφέρει, λέγων, Τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. Ἀσφαλὴς ὁ μαθητής· οὐ γάρ τοι φησὶν ἁπλῶς Χριστὸν
C αὐτὸν εἶναι, τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν δὲ μᾶλλον. Πλεῖστοι μὲν γάρ οἱ, ὡς ἀπό γε τοῦ κεχρῖσθαι παρὰ Θεοῦ, κατὰ διαφόρους τρόπους ὠνομασμένοι χριστοί· οἱ μὲν γὰρ ἐχρίσθησαν εἰς βασιλέας, οἱ δὲ εἰς προφήτας, οἱ δὲ καὶ τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ λαβόντες λύτρωσιν, τουτέστιν ἡμεῖς, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι κατακεχρισμένοι, τὴν τοῦ χριστοῦ κλῆσιν ἐσχήκαμεν. Εἴρηται γοῦν διὰ τῆς τοῦ Ψάλλοντος φωνῆς περὶ τῶν ἀρχαιοτέρων· « Μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε. » Ἡμῶν δὲ πέρι διὰ φωνῆς Ἀββακούμ· « Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τοὺς χριστούς σου. » Οὐκοῦν πλεῖστοι μὲν οἱ χριστοὶ, κέκληνται δὲ οὕτως ἐπὶ τοῦ πράγματος·
D εἷς δὲ καὶ μόνος ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· οὐχ ὡς ἡμῶν μὲν ὄντων χριστῶν, καὶ οὐ Θεοῦ μᾶλλον, ἀλλ' ἑτέρου τινός· ἀλλ' ὡς αὐτοῦ καὶ μόνου, ἴδιον ἔχοντος Πατέρα, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Δῆλον οὖν ἐστιν ὅτι τῆς ἑτέρων πληθύος ὑπεξαίρων αὐτὸν, προσνενέμηκε τῷ Πατρὶ, ὡς ὄντα μόνον αὐτοῦ. Θεὸς γὰρ ὢν φύσει, καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἐλλάμψας ἐξαιρέτως ὁ μονογενὴς αὐτοῦ Λόγος, γέγονε σὰρξ (1), κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐκεῖνό γε μὴν ἀναγκαῖον εἰδέναι· ἐν γὰρ τῇ τοῦ Ματθαίου συγγραφῇ, τὸν μακάριον μαθητὴν εὑρήσομεν εἰπόντα· « Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. » Ἐπιτεμὼν δὲ ὥσπερ

[63] I Thess. v, 17. [64] Psal. civ, 15. [65] Habac. iii, 13. [66] Matth. xvi, 16.

(1) Adhuc contra Arianos sine pausa Cyrillus.

τὴν οἰκονομίαν ὁ σοφώτατος Λουκᾶς, συμφέρεται A μὲν κατὰ τὰς ἐννοίας, βραχυλογήσας δέ φησι, εἰπεῖν αὐτὸν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ὁ παρὰ τοῦ Σωτῆρος γεγονὼς πρὸς αὐτὸν, σεσίγηται λόγος. Ἐν δὲ τῷ Ματθαίῳ πάλιν εἰπόντα σαφῶς εὑρήσομεν· « Μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Ἐστὶν οὖν ὁμολογουμένως θεοδίδακτος ὁ μαθητὴς, εἰς ἐπίγνωσιν αὐτὸν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου ποδηγήσαντος αὐτοῦ τοῦ Πατρός. Σημειωτέον δὲ ὡς ἕνα τὸν Χριστὸν ὡμολόγει ὁ σοφώτατος Πέτρος, διὰ τοὺς εἰς δύο τέμνειν τολμῶντας Χριστοὺς τὸν Ἐμμανουήλ (1). Οὐ γὰρ ἤρετο αὐτοὺς λέγων· Τίνα λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ἀλλὰ « Τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· » καὶ τοῦτον ὁ Πέτρος ὡμολόγει εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. B Πῶς δὲ ἀξιοθαύμαστος ἡ ὁμολογία Πέτρου, εἰ μηδὲν ἔχοι τὸ βαθὺ καὶ κεκρυμμένον, καὶ οἷον ἄποπτον τοῖς πολλοῖς; Τί γὰρ ὅλως ἀπεκάλυψεν αὐτῷ ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ; Ὅτι ἄνθρωπός ἐστι; Τοῦτο θεοδίδακτόν ἐστιν μυστήριον; Ἐπὶ τούτῳ τεθαύμασται, καὶ τῶν οὕτως ἐξαιρέτων ἠξιώθη γερῶν; Ἤκουσε γάρ· « Μακάριος εἶ, Σίμων Βὰρ Ἰωνᾶ. » Ἀλλὰ τεθαύμασται, καὶ σφόδρα δικαίως. Διὰ ποίαν αἰτίαν; Ὃν γὰρ τεθέαται ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, τοῦτον πεπίστευκεν εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ Πατρὸς, τουτέστι σαρκωθέντα καὶ ἐνανθρωπήσαντα τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ προελθόντα Λόγον.

Ὁ δὲ ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, παρήγγειλε μηδενὶ εἰπεῖν τοῦτο.

C (A f. 130 b) Ὁμολογήσαντος τὴν πίστιν τοῦ μαθητοῦ, ἐπετίμησεν αὐτοῖς ὁ Κύριος, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός. Καί τοι πῶς μᾶλλον ἔδει τοὺς μαθητὰς τοῖς ἁπανταχόσε κηρύττειν αὐτόν; Τοῦτο γὰρ ἦν ἔργον τῶν παρ' αὐτοῦ προκεχειρισμένων εἰς ἀποστολήν· ἀλλ' ὥς φησι τὸ Γράμμα τὸ ἱερὸν, καιρὸς παντὶ πράγματι· ἔδει τοῖς παρ' ἑαυτοῦ κηρύγμασι ἀκολουθῆσαι τὰ λείποντα τοῖς ἤδη προτετελεσμένοις· τοῦτο δὲ ἦν ὁ σταυρὸς, τὸ πάθος, ὁ κατὰ σάρκα θάνατος, ἡ ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις· τὸ μέγα καὶ ἐξαίσιον ἀληθῶς σημεῖον, δι' οὗ μεμαρτύρηται Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ Υἱὸς κατὰ φύσιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ὁ Ἐμμανουήλ. Τὸ γὰρ ὅλως καταργῆσαι θάνατον, καὶ ἀνατρέψαι τὴν φθορὰν καὶ σκυλεῦσαι τὸν ᾅδην, καὶ καταλῦσαι τοῦ διαβόλου D τὴν τυραννίδα, καὶ ἐκ μέσου ποιῆσαι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀνοῖξαι τοῖς ἐπὶ γῆς τὰς ἄνω πύλας, καὶ συνάψαι τὴν γῆν οὐρανῷ, Θεὸν ὄντα κατὰ ἀλήθειαν ἀπέφηνεν αὐτόν. Οὐκοῦν ἐν καιρῷ κελεύει σιγῆσαι τὸ μυστήριον, ἄχρις ἂν ὁ σύμπας τῆς οἰκονομίας λόγος, εἰς τὸ αὐτῷ πρέπον ἐξέλθῃ πέρας· τότε γὰρ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν, ἀπογυμνοῦσθαι τοῖς ἁπανταχόσε γῆς προστέταχε τὸ μυστήριον, προθεὶς ἅπασι τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν, τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος κάθαρσιν· ἔφη γάρ· « Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξ-

A bis utens, dixit ipsum Christum Dei; reticet autem Servatoris ad Petrum orationem. Apud Matthæum vero dicentem Jesum comperiemus : « Beatus es, Simon Bar-Jonæ, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. » Sine dubio itaque divinitus edoctus fuit discipulus, Patre ipso deducente eumdem ad Christi mysterium cognoscendum. Adnotandum insuper, sapientissimum Petrum, unum confiteri Christum, propter eos qui in duos dividere Christos Emmanuelem audent. Non enim interrogavit discipulos dicens : Quem dicunt homines esse Verbum Dei, sed « Filium hominis. » Porro hunc Petrus confessus est Christum esse Dei. Cur vero Petri confessionem B miraremur, si nihil haberet profundum atque reconditum, ac cæteris veluti invisibile? Nam quid omnino Pater Deus ei revelavit? Num quod homo esset? Ergone hoc erat a Deo revelatum mysterium? Hujusne rei causa Petrum admiramur, et ipse tam singulari præmio dignus evasit? Sibi enim dictum audivit : « Beatus es, Simon Bar-Jonæ. » Atqui reapse dignus summa admiratione est. Quamobrem? Quia quem in forma nostra cernebat, hunc credidit esse Christum Patris, id est incarnatum et humanatum, quod ex ipso prodierat, Verbum.

V. 21. *At ille increpans eos, præcepit ne cui dicerent hoc.* C

Cum fidem suam discipulus fuisset confessus, comminatus est illis Dominus, ne se esse Christum cuipiam dicerent. Attamen quidni potius oportebat discipulos **236** ubique ipsum prædicare? Hoc enim ad apostolatum designatorum officium erat. Verumtamen, ut sacræ Litteræ aiunt, omni rei suum tempus est [87]. Sciebat prædicationem suam subsecutura ea quæ priorum complementa forent. Erant autem hæc, crux, passio, mors in carne, resurrectio e mortuis, magnum hoc videlicet vereque eximium prodigium, quo Deus verus comprobatur, naturalisque Dei Patris Filius, Emmanuel. Namque omnino mortem destruere, corruptionem annihilare, inferos spoliare, diaboli tyrannidem abolere, aperire terrestribus supernas januas, D terram cum cœlo copulare, hæc, inquam, Jesum Deum verum esse demonstrarunt. Ergo ad tempus sileri mysterium jubet, donec universa humanationis ratio ac cursus ad congruum sibi exitum perduceretur. Tunc enim e mortuis resuscitatus, revelari ubique terrarum jussit mysterium, proponens cunctis in fide justificationem, et per sanctum baptisma purgationem. Dixit enim : « Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra : euntes docete omnes gentes, in nomine Patris et Filii et

[87] Eccle. III, 1.

(1) Nestorii hæresim Cyrillus sugillat, adversus quam tot aliis scriptis pugnavit.

Spiritus sancti baptizantes, monentes eas observare A omnia quæcunque vobis præcepi. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque in finem [88]. » Nobiscum enim reapse est, et in nobis per sanctum Spiritum, atque in omnium animabus inhabitat Dominus.

οὐσία, ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· πορευθέντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας. » Μεθ' ἡμῶν γάρ ἐστιν καὶ ἐν ἡμῖν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς ἐναυλίζεται Κύριος (1).

V. 26. *Nam qui me erubuerit*, etc.

Multa simul utilia, imo necessaria his verbis exsequitur. Primo quidem ostendit, fore ut eos omnino qui se suosque sermones erubuerint, par eventus corripiat. **237** Certe undenam nobis major alacritas accidat? Nam si judex quosdam reveretur, ceu ipsis obsequii præstiti mercedem debens, vel amoris præmia, vel benevolentiæ retributionem : cur B sine ulla dubitatione non dicemus fore ut in æternis honoribus gloriaque versentur ii, qui adeo splendida consequentur bona? Deinde timorem quoque illis injicit, se cœlo esse descensurum, haud jam vili illa priore cum specie, et conditionis nostræ humilitate, sed cum Patris majestate, stipantibus angelis. Ergo gravissimum est et exitiosum, damnari nos ceu pusillanimitatis atque ignaviæ reos a superveniente cœlitus judice, et angelicis ordinibus circumstantibus. Magnum quid autem et admiratione dignum et summam præbens felicitatem, si quis exantlatis suis laboribus lætari possit, et sudoris præmia sperare. Laudabuntur enim hi, dicente Christo : « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum jam inde a mundi C constitutione [89]. »

Ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με, κ. τ. λ.

(B f. 92) Πολλὰ κατὰ ταὐτὸν ἐργάζεται χρήσιμά τε καὶ ἀναγκαῖα διὰ τούτων τῶν λόγων. Πρῶτον μὲν δείκνυσιν ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως ἕψεται τοῖς αἰσχυνομένοις αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους τὸ τῶν ἴσων τυχεῖν. Τί δ' ἂν γένοιτο ἴσον εἰς εὐθυμίας δύναμιν; Εἰ γὰρ ἐπαισχύνεταί τινας ὁ κριτής, ὡς ἐποφείλων αὐτοῖς τὸν τῆς εὐπειθείας μισθὸν, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὰ γέρα, καὶ τὸν τῆς εὐνοίας στέφανον, πῶς οὐκ ἔστιν ἀναμφιλόγως εἰπεῖν, ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως ἐν ἀτελευτήτοις ἔσονται τιμαῖς τε καὶ δόξαις οἱ τῶν οὕτω λαμπρῶν τετυχηκότες ἀγαθῶν; Εἶτα πρὸς τούτοις φόβον αὐτοῖς ἐντίκτει, καταβήσεσθαι λέγων ἐξ οὐρανοῦ, οὐκ ἐν σμικροπρεπείᾳ τῇ πρώτῃ καὶ ὑφέσει τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ τῇ τοῦ Πατρὸς, δορυφορούντων ἀγγέλων. Οὐκοῦν παγχάλεπον καὶ ὀλέθρου μεστὸν τὸ καταγνωσθῆναι μὲν ἐπὶ δειλίᾳ τε καὶ ἀφιλεργίᾳ, καταφοιτήσαντος ἄνωθεν τοῦ κριτοῦ, καὶ ἀγγελικῶν ταγμάτων περιεστηκότων. Μέγα δὲ καὶ παντὸς θαύματος ἄξιον, καὶ τῆς εἰς λῆξιν εὐημερίας πρόξενον, τὸ ἐπὶ τοῖς ἤδη προπεπονημένοις χαίρειν αὐτοὺς, καὶ τὸ προσδοκᾶν τῶν ἱδρώτων τὰς ἀμοιβάς. Ἐπαινεθήσονται γὰρ οἱ τοιοῦτοι, Χριστοῦ λέγοντος· « Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

V. 27. *Dico autem vobis : sunt quidam de hic stantibus*, etc.

Cum nondum ex alto virtutem accepissent discipuli, congruum erat eos humanis infirmitatibus laborare, Christique verba apud se reputantes, dicere : Ecquis semet ipse negabit? vel quomodo, si animam suam amiserit, denuo inveniet eam? Quodnam vero hæc damna passis par præmium erit? Ut igitur ab his cogitationibus eos avocaret, atque ad animi robur transferret, eventuræ ipsis felicitatis cupiditatem injiciens ait : « Di- D co autem vobis, sunt quidam de hic stantibus, » et reliqua. Regnum porro Dei ipsam dicit gloriæ visionem, in qua ipsemet coram spectabitur, quo

Λέγω δὲ ὑμῖν· εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, κ. τ. λ.

(B f. 92, C f. 127, F f. 811 b) Οὔπω τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν ἐσχηκότας τοὺς μαθητὰς, εἰκὸς ἦν ἀνθρωπίναις ἀσθενείαις περιπεσεῖν, καί τι τοιοῦτον περὶ αὐτοῦ ἐννενοηκότας εἰπεῖν· Πῶς ἀρνήσεταί τις ἑαυτόν; ἢ πῶς ἀπολέσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν εὑρήσει πάλιν αὐτήν; τί δὲ τοῖς τοῦτο παθοῦσι τὸ ἰσοστατοῦν ἔσται γέρας; Ἵνα τοίνυν τῶν τοιούτων αὐτοὺς ἀποστήσῃ λογισμῶν, καὶ οἷον μεταχαλκεύσῃ πρὸς εὐανδρίαν, τῆς ἐσομένης αὐτῆς εὐκλείας ἐπιθυμίαν ἐντεκὼν φησι· « Λέγω δὲ ὑμῖν, εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων, » καὶ τὰ ἑξῆς. Βασιλείαν δὲ Θεοῦ αὐτὴν τὴν θέαν λέγει τῆς δόξης, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς ὀφθήσεται,

[88] Matth. xxviii, 18. [89] Matth. xxv, 34.

(1) Ad v. 22 : *Oportet Filium hominis multa pati*, etc., sunt apud D. Thomæ catenam : « Cyrillus. Ducum magnanimi strenuos in armis ad audaciam provocant, non solum eis honores pollicendo victoriæ, sed etiam ipsum pati generosum esse fatentes. Tale quid videmus docere Dominum Jesum Christum : prædixerat enim apostolis quod oporteret eum perpeti Judæorum calumnias, occidi, et tertia die resurgere. Ne igitur putarent, Christum quidem passurum persecutiones pro vita mundi, eis vero licere lentam vitam ducere, ostendit quod necessario per æqua certamina gradi decet cupientes ejus gloriam obtinere; unde dicitur (v. 23) : *Dicebat autem ad omnes*, » etc.

Item ad v. 25 apud D. Thomæ catenam, nec non paulo melius apud Corderium : « Cyrillus. Quod autem Christo in charitate placere, incomparabiliter præstat mundi splendoribus atque deliciis, declarat dicens : *Quid enim prodest* » etc.

καθ' ὃν καιρὸν ἐπιλάμψει τοῖς ἐπὶ γῆς. Ἥξει γὰρ ἐν A δόξῃ, καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ οὐκ ἐν σμικροπρεπείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς· ταῦτα ὑποσχόμενος ἄνεισιν εἰς τὸ ὄρος, τρεῖς αὐτῶν τοὺς ἀπολέκτους ἔχων. — (E f. 344) Δεικνὺς ὅτι χθαμαλὴς νοῦς οὐκ ἂν γένοιτο πρὸς θεωρίαν ἐπιτήδειος, ἀλλ' ὁ τῶν γηΐνων κατεπαρθεὶς καὶ ὑπεράνω πάντων τῶν κατὰ σῶμα γενόμενος, καὶ ἔξω φροντίδων βιωτικῶν κατ' ἰδίαν ἐν ἡσυχίᾳ καταστὰς, καὶ τῆς τῶν παθῶν ὑψηλότερος καταδυναστείας χρηματίσας. Εἶτα μεταπλάττεται πρὸς ἐξαίρετόν τινα καὶ θεοπρεπῆ λαμπρότητα, ὥστε καὶ ἱματισμὸν αὐτοῦ τῇ τοῦ φωτὸς προσβολῇ διαλάμψαι, καὶ ὅσον ἀπαστράψαι δοκεῖν. Εἶτα Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας περιεστηκότες τὸν Ἰησοῦν προσελάλουν ἀλλήλοις τὴν ἔξοδον αὐτοῦ, ἣν ἔμελλε πληροῦν, φησὶν, ἐν Ἱερουσαλὴμ, τουτέστι τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκο- B νομίας τὸ μυστήριον, καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ σωτήριον πάθος. Καὶ γάρ ἐστιν ἀληθὲς, ὅτι ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν ὁ λόγος, τὸ Χριστοῦ μυστήριον προανέδειξαν, ὁ μὲν ἐν τύποις καὶ σκιαῖς, μονονουχὶ καθάπερ ἐν πίνακι καταγράφων αὐτό· οἱ δὲ πολυτρόπως προηγορευκότες, ὡς καὶ ὀφθήσεται κατὰ καιροὺς ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, καὶ τῆς πάντων ἕνεκεν σωτηρίας οὐ παραιτήσεται τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον. Οὐκοῦν ἡ Μωϋσέως καὶ Ἡλιοῦ παράστασις, καὶ τὸ προσλαλεῖν ἀλλήλοις αὐτοὺς, οἰκονομία τις ἦν, εὖ μάλα δεικνῦσα, δορυφορούμενον μὲν ὑπὸ νόμου καὶ προφητῶν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς καὶ νόμου καὶ προφητῶν Δεσπότην, προδειχθέντα δὲ παρ' αὐτῶν, δι' ὧν ἀλλήλοις συνῳδὰ προεκήρυττον. Οὐ γὰρ ἀσύμ- C βατα τοῖς διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν· καὶ τοῦτο, οἶμαι, ἔστι τὸ ἀλλήλοις προσλαλεῖν Μωϋσέα τὸν ἱερώτατον, καὶ τὸν τῶν προφητῶν πανάριστον Ἡλίαν.

Ἀλλ' οἱ μὲν μακάριοι μαθηταὶ βραχύ πως απονυστάζουσι, τῇ προσευχῇ σχολάζοντος τοῦ Χριστοῦ· εἶτα διαγρηγορήσαντες, θεωροὶ γεγόνασι τῆς οὕτω σεπτῆς καὶ παραδόξου μεταβολῆς· ἤγουν ἀνενεγκόντες τοῦ κάρου, ἐγίνωσκον ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν· καὶ οἰηθεὶς λοιπὸν ἴσως ὁ θεσπέσιος Πέτρος, ὅτι τάχα ἔνεστιν ὁ καιρὸς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἀποδέχεται μὲν τὰς ἐν τῷ ὄρει διατριβὰς, σκηνὰς δὲ τρεῖς δεῖν γενέσθαι φησίν. Ἀλλ' οὐκ ᾔδει, φησὶν, ὃ λέγει· οὐ γὰρ ἦν καιρὸς τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, D καὶ τοῦ λαβεῖν τοὺς ἁγίους τῆς ἐπηγγελμένης ἐλπίδος τὴν μέθεξιν. Οὔσης οὖν ἐν ἀρχαῖς ἔτι τῆς οἰκονομίας, πῶς ἦν εἰκὸς καταλῆξαι τὸν Χριστὸν τῆς εἰς τὸν κόσμον ἀγάπης, ἀποφοιτήσαντα τοῦ παθεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ; Σέσωκε γὰρ τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ αὐτὸν ὑπομείνας τὸν κατὰ σάρκα θάνατον, καὶ διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καταργήσας αὐτόν. Οὐκ ᾔδει τοιγαροῦν ὁ Πέτρος, ὅπερ ἔφη.

Ἐγένετο τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον.

(B f. 93 b) Ἐπειδὴ ἤκουον, ὅτι δεῖ ἀναστῆναι τὴν ἡμετέραν σάρκα, ποίῳ δὲ σχήματι ἄδηλον ἦν, ἵνα δῷ δεῖγμα τῆς μεταβολῆς, αὐτοῦ τὴν σάρκα μετέβαλεν, ἵνα ἡμῖν τὴν ἐλπίδα βεβαιώσῃ· μεταμορφοῦται τοιγαροῦν ἔμπροσθεν αὐτῶν. Πεπρᾶχθαι δέ φαμεν τὴν

tempore scilicet terræ incolis illucescet. Veniet enim cum Dei Patris gloria, non vero in humili nostra specie. His promissis, scandit in montem, tres habens in comitatu delectos discipulos. — Ut ostendat depressam humi mentem minime aptam contemplationi fore; sed illam potius quæ cunctis superior sit corporalibus rebus, et extra mundanas curas seorsum cum silentio constiterit, quæ denique passionum tyrannide celsior fuerit. Deinde semet transfigurat in eximium quemdam Deoque congruum **238** splendorem, ita ut etiam vestis ejus luce aspersa fulgeret, ac veluti radiis scintillare videretur. Mox Moyses atque Elias Jesum circumstantes loquebantur invicem de excessu ejus, quem erat, inquit, Hierosolymis completurus, id est de assumptæ carnis mysterio, et de salutari in cruce passione. Vere enim in lege sua Moyses, nec non sanctorum prophetarum litteræ, Christi mysterium præmonstrarunt; ille quidem umbris atque figuris, tanquam pene in tabula illud depingens, hi autem aliis aliisque modis prænuntiarunt, ipsum et in forma nostra statuto tempore visum iri, et pro omnium salute necem in ligno perferre non recusaturum. Itaque Moysis atque Eliæ præsentia, atque colloquium, prudente quodam consilio contingebat, ut præclare demonstraret, stipatum quidem a lege prophetisque Dominum nostrum Jesum Christum, utpote legis ac prophetarum Dominum, ab ipsis vero præmonstratum, quatenus consona de eo prædicaverant. Non enim a dictis in lege et prophetis discrepabant. Atque hoc fuisse colloquium sacratissimi Moysis cum præstantissimo propheta Elia puto.

Sed enim beati quidem discipuli parumper dormitant, Christo orationi operam dante: deinde experrecti, spectatores fiunt tam venerandæ ac mirabilis immutationis. Nempe sopore discusso veritatem agnoverunt. Putansque mox fortasse divus Petrus, tempus regni Dei adesse, vult quidem in monte habere stationes, tria tamen fieri debere tabernacula dicit. Atqui nesciebat, inquit Scriptura, quid diceret: nondum enim tempus consumendi mundi erat, neque recipiendæ a sanctis promissæ spei participationem. Cum ergo nonnisi initium esset sacræ dispensationis, cur oportuisset Christum, omisso suo erga mundum amore, passionem ejus causa subeundam recusare? Reapse enim orbem terrarum salvavit Christus patiens pro eo mortem, et hanc ipsam per suam a mortuis resurrectionem destruens. **239** Constat ergo Petrum sine rei sensu verba fecisse.

V. 29. *Facta est species vultus ejus altera.*

Quoniam audierant, fore quidem ut caro nostra resurgeret, quanam tamen figura nesciebant, ut ejus mutationis exemplum proponeret, carnem suam transfiguravit, ut spem nostram firmaret. Coram ipsis itaque transformatur. Factam

vero transfigurationem putamus, haud abjiciendo humani corporis formam, sed lucida quadam gloria illud ambiente, et vilissimam carnis speciem in nobiliorem aspectum mutando, juxta illud, « Seminatur in ignominia, surgit in gloria, » a divo Paulo præclare dictum [90]. Nunc enim corpus hoc caro nuda est, nullo honore vestita, nullo naturali decore ornata, sed nihil aliud, quam naturæ suæ ignobilitatem infirmitatemque habens. Verumtamen cum resurrectio fiet, transformatio quædam mirifica accidet, et gloriæ non tamen figuræ mutatio. Tunc enim corpus divini honoris vestitu jam splendescet. Fulgebunt quippe justi tanquam sol in regno Patris ejus, secundum Servatoris effatum [91]. Futuræ itaque illius gloriæ exemplum exhibebat discipulis demonstrata transfiguratio; quæ idcirco in corpore peracta fuit, ut sub mortalium oculorum visionem caderet, etiamsi illi splendoris nimietatem non pertulerunt.

V. 35. *Vox de nube facta est.*

Aliud quoque utile peractum fuit firmandæ erga Christum fidei tum discipulorum tum omnium nostrum. Namque ex nube superne, tanquam a Deo Patre, emissa vox fuit, dicens: « Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite. » Dumque hæc vox fieret, inventus est, inquit Scriptura, Jesus stans solus. Præcipit ergo hunc magis audiri quam Moysen atque prophetas. Ne quis autem forte veritati calumniam struat, quasi Deus Moysen ab iis potius audiri mandaverit, caute adnotavit evangelista dicens, dum ea vox fieret, inventum esse solum
240 Jesum. Hunc ergo audiri Deus præcepit; namque ipse et legis et prophetarum complementum est; qui idcirco Judæis aiebat: « Si crederetis Moysi, utique et mihi crederetis; de me enim ille scripsit [92]. » Et Dei quidem Patris præclara et mirabilis vox fuerat; summo autem terrore correpti discipuli procumbunt in faciem: ut hinc etiam denuo cognoscamus, necessariam apprime terræ incolis Servatoris fuisse præsentiam et mediatricem operam, quæ videlicet per humanationem contigit. Nam nisi conditionem nostram subiisset unigenitum Dei Verbum, quis ex nobis venientem de cœlo Deum pertulisset? quis ineffabilem majestatem ejus, et mortalium nemini tolerabilem sustinuisset? Namque cum lucem inaccessibilem inhabitare Paulus dicit [93].

V. 38. *Et ecce vir de turba exclamavit*, etc.

Haud inculpabilem vir hic fecit accessum; incusavit enim sanctorum apostolorum cœtum, qui dæmonium increpare nequivissent. Oportebat autem eum potius reverentiam Jesu exhibentem, auxilium ejus implorare. Ideo Christus ait: « O generatio incredula! » propter tuam scilicet incredulitatem gratia non est operata. Nam quod et ad

A μεταμόρφωσιν αὐτοῦ, οὐχὶ δή που τὸ σχῆμα τὸ ἀνθρώπινον ἀποβαλόντος τοῦ σώματος, ἀλλὰ δόξης τινὸς φωτοειδοῦς περιστελλούσης αὐτὸ, καὶ τὸν ἀτιμότατον τῆς σαρκὸς χαρακτῆρα μεταχρωννύσης ὥσπερ εἰς ὄψιν εὐκλεεστέραν· κατὰ τὸ, « Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ, » παρὰ τοῦ θείου Παύλου καλῶς εἰρημένον. Νῦν μὲν γὰρ αὐτὸ τοῦτο σάρξ ἐστι γυμνή· οὐ δόξῃ τινὶ καταχεχρωσμένη, οὐ λαμπρότητι φυσικῇ κατηγλαϊσμένη, ψιλὴν δὲ καὶ μόνην τὴν ἐκ φύσεως ἀδοξίαν τε ὁμοῦ καὶ ἀσθένειαν ἔχουσα. Κατὰ δὲ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν ἐξαλλαγή τις ἔσται θεοπρεπὴς, καὶ δόξης οὐ σχήματος μεταβολή. Θείας γὰρ δόξης ἐπιβλήμασι περιαστράψει λοιπόν· ἐκλάμψουσι γὰρ οἱ δίκαιοι καθάπερ ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος
B φωνήν. Ἐκείνης οὖν τῆς μελλούσης δόξης ὑπόδειγμα παρεδήλου ἡ παραδειχθεῖσα τοῖς μαθηταῖς μεταμόρφωσις· καὶ σωματικῶς ἐπεδείκνυτο πρὸς τὸ καὶ τοῖς θνητοῖς αὐτῶν εἰς θέαν ὑποπεσεῖν ὀφθαλμοῖς, εἰ καὶ τὴν ὑπερβολὴν οὐχ ἤνεγκαν τῆς λαμπρότητος.

Φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῆς νεφέλης.

(B f. 95, F f. 817) Πέπρακταί τι καὶ ἕτερον χρήσιμον εἰς βεβαίωσιν τῆς ἐπ' αὐτῷ πίστεως τοῖς τε μαθηταῖς καὶ πᾶσιν ἡμῖν. Ἐκ νεφέλης γὰρ ἄνωθεν ὡς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς κατεπέμφθη φωνὴ λέγουσα· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, αὐτοῦ ἀκούετε· » καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη, φησὶν, ὁ Ἰησοῦς ἑστὼς μόνος. Μωϋσέως δὲ καὶ προφητῶν μᾶλλον αὐτοῦ ἀκούειν ἐπιτάττει. Ἵνα δὲ μὴ συκοφαντῆται παρά τινων ἡ ἀλήθεια λεγόντων, ὅτι
C Μωϋσέως μᾶλλον ἀκούειν αὐτοὺς προστέταχεν, ἐπεσημήνατο ὁ εὐαγγελιστὴς λέγων, ὅτι ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνὴν, εὑρέθη ὁ Ἰησοῦς μόνος. Αὐτοῦ τοιγαροῦν προστέταχεν ἀκούειν· καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς τέλος νόμου καὶ προφητῶν· διὸ καὶ πρὸς Ἰουδαίους ἔλεγεν· « Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψεν. » Ἡ μὲν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς φωνὴ καλή τε καὶ ἀξιάγαστος· ἀκράτῳ δὲ ἤδη κατεχόμενοι οἱ μαθηταὶ δείματι, πίπτουσιν ἐπὶ πρόσωπον, ἵνα πάλιν καὶ διὰ τούτου μάθωμεν, ὡς ἀναγκαιοτάτη τοῖς ἐπὶ γῆς ἡ τοῦ Σωτῆρος γέγονε παρουσία καὶ μεσιτεία γενομένη δηλαδὴ κατὰ τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως τρόπον. Εἰ μὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, τίς ἂν ἡμῶν ἤνεγκεν ἄνωθεν προσβάλλοντα Θεόν; τίς δ' ἂν ὑπέστη
D τὴν ἄφραστον αὐτοῦ δόξαν, τὴν οὐδενὶ τάχα τῶν γενητῶν φορητήν; Φῶς γὰρ αὐτὸν οἰκεῖν ἀπρόσιτον, καὶ ὁ θεσπέσιός φησι Παῦλος.

Καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου ἀνεβόησε, κ. τ. λ.

(B f. 95 b, C f. 127 b) Οὐκ ἀμώμητον οὗτος τὴν πρόσοδον ἐποιήσατο, κατεβόησε γὰρ τοῦ χοροῦ τῶν ἁγίων μαθητῶν, ὡς μὴ ἰσχυσάντων ἐπιτιμῆσαι τῷ δαιμονίῳ. Ἔδει γὰρ τιμῶντα μᾶλλον τὸν Ἰησοῦν τὴν παρ' αὐτοῦ αἰτεῖν ἐπικουρίαν. Διό φησιν ὁ Χριστός· « Ὦ γενεὰ ἄπιστος! » Διὰ τὴν σὴν, λέγων, ἀπιστίαν οὐκ ἐνήργηκεν ἡ χάρις. Ὅτι γὰρ χρὴ μετὰ

[90] I Cor. xv, 43. [91] Matth. xiii, 43. [92] Joan. v, 45. [93] I Tim. vi, 16.

πίστεως καὶ Χριστῷ προσιέναι, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ A τὴν τοῦ δύνασθαι θαυματουργεῖν χάριν λαβοῦσιν, αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξε, πανταχοῦ τὴν πίστιν αἰτῶν παρὰ τῶν προσιόντων αὐτῷ. Ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας αὐτοῦ καταβοᾷ ὁ Χριστὸς, γενεὰν ἄπιστον καὶ διεστραμμένην αὐτόν τε καὶ τοὺς ὁμογνώμονας αὐτοῦ ἀποκαλῶν· ὁ γὰρ ἄπιστος, καὶ διεστραμμένος πάντως, κατ' οὐδένα τρόπον ὀρθοποδεῖν εἰδώς· τοῖς οὕτω γνώμης ἔχουσιν ἀνοσιώτατα, οὐκ ἀξιοῖ συνεῖναι Χριστός. Καὶ εἰ χρή τι τῶν ἀνθρωπίνων εἰπεῖν, ὀλιγωρεῖ καὶ ἀκηδιᾷ· « Ἕως τίνος, λέγων, ἔσομαι πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἀνέξομαι ὑμῶν; » Ὁ γὰρ λέγων ἀσθενῆ πρὸς τὴν κατὰ τῶν πνευμάτων ἐνέργειαν τοὺς παρ' αὐτοῦ λαβόντας τὴν χάριν, αὐτῆς μᾶλλον κατηγορεῖ τῆς χάριτος, οὐ τῶν λαβόντων αὐτήν. Αὐτοῦ γοῦν ἀνοσίως κατηγόρησεν ὁ εἰπὼν περὶ τῶν μαθητῶν, ὅτι B οὐκ ἠδυνήθησαν αὐτὸ ἐκβαλεῖν.

Ἐπετίμησε δὲ ὁ Ἰησοῦς τῷ πνεύματι τῷ ἀκαθάρτῳ.

(B f. 96) Ἔδει μὲν οὖν τὸν τοῦ δαιμονῶντος πατέρα λυπούμενον ἀπελθεῖν, οὐ τετυχηκότα τῆς φιλοτιμίας. Ἵνα δὲ μή τις οἴηται καὶ αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἀτρνῆσαι πρὸς τὴν θαυματουργίαν, ἐπετίμησε τῷ ἀκαθάρτῳ πνεύματι, καὶ παραχρῆμα ἐφυγαδεύετο, « Καὶ ἀπέδωκεν αὐτὸν, φησὶ, τῷ πατρὶ αὐτοῦ· » οὐ γὰρ ἦν ἔτι τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ τοῦ κρατοῦντος πνεύματος. Ἐπειδὴ δὲ ἀπεσείσατο τὴν πλεονεξίαν, γέγονε πάλιν τοῦ ἰδίου πατρὸς τῇ Χριστοῦ δυνάμει, ὃς καὶ τοῖς ἰδίοις ἀποστόλοις δέδωκεν ἐξουσίαν τὰς θεοσημείας κατορθοῦν, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις ἐπιτιμᾷν πνεύμασι. C

Θέσθε ὑμεῖς εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν τοὺς λόγους τούτους.

(B f. 96) Ποία τις ἡ παρασκευάσασα πρόφασις τὸν Χριστὸν ταῦτα νῦν εἰπεῖν πρὸς τοὺς μαθητάς; Ἀνήνεγκε μὲν τοὺς κορυφαίους αὐτῶν εἰς τὸ ὄρος, καὶ μεταμορφωθεὶς ἔδειξεν αὐτοῖς τὴν δόξαν, μεθ' ἧς κατὰ καιροὺς ἐπιλάμψει· κατελθὼν δὲ ἐκ τοῦ ὄρους, πονηροῦ καὶ ἀπηνοῦς πνεύματος ἠλευθέρωσέ τινα. Ἀλλ' ἔδει πάντως αὐτὸν τὸ σωτήριον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομεῖναι πάθος, καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀνασχέσθαι σκαιότητος· οὗ γεγονότος, οὐδὲν ἀπεικὸς ἐννοεῖν ἐν θορύβοις ἔσεσθαι τοὺς μαθητὰς, καὶ τοιαῦτά που καθ' ἑαυτοὺς ἐννοεῖν τε καὶ λέγειν· Ὁ τοσοῦτος, ὁ νεκροὺς ἀναστήσας ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ, ὁ θαλάσσαις ἐπιτιμῶν καὶ πνεύμασιν, ὁ λόγῳ συντρίβων τὸν Σα- D τανᾶν, πῶς ἥλω νυνὶ, καὶ τοῖς τῶν φονώντων ἐμπέπτωκε βρόχοις; Ἆρ' οὖν ἠπατήμεθα, Θεὸν εἶναι νομίζοντες αὐτόν; Ἵν' οὖν εἰδεῖεν τὸ πάντως ἐσόμενον, ἀπόθετον ὥσπερ εἰς νοῦν ποιεῖσθαι κελεύει τὸ μυστήριον· « Θέσθε γὰρ ὑμεῖς, φησὶν, εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. » Τὸ δὲ *ὑμεῖς* ἐν τούτοις, διαστέλλοντός ἐστιν ἀπὸ τῶν ἄλλων αὐτούς. Ἤθελε γὰρ εἰδέναι αὐτοὺς τὸ συμβησόμενον, οὐ μὴν καὶ λαλεῖν ἑτέροις· τούς τε γὰρ ἀγελαίους λαθεῖν ἔδει, ὅτι πείσεται· καὶ αὐτοὺς

Christum cum fide sit accedendum, et ad eos qui ab ipso miraculorum gratiam sunt consecuti, ipse nos docuit, fidem ubique exigens ab accedentibus ad se. Atque ob hanc causam hominem objurgat Christus, generationem incredulam et perversam ipsum appellans et ejusdem mentis homines. Etenim qui incredulus est et omnino perversus, nullatenus recte incedere sciet. His corruptissima mente præditis haud dignatur Christus adesse. Et si quid humano more loqui licet, negligit hos et fastidit, « Quandiu, dicens, apud vos ero, et patiar vos? » Nam qui dixerat infirmas fuisse adversus spiritus vires illorum, qui acceperant a Christo gratiam, ipsam gratiam incusaverat potius, quam ejusdem compotes. Itaque Christum impie vituperavit, **241** qui discipulos ejus dixit non potuisse dæmonium ejicere.

V. 42. *Et increpavil Jesus spiritum immundum.*

Consentaneum fuit dæmoniaci patrem mœstum discedere, beneficio non impetrato. Ne quis tamen existimaret Christo ipsi deesse ad miracula patranda vires, imperavit immundo spiritui, qui illico fugatus est, « Tradiditque, inquit Scriptura, puerum parenti suo. » Neque enim is antea in parentis sui potestate erat, sed ejus a quo obsidebatur. Sed postquam diaboli tyrannidem a se depulit, rursus sub proprio parente fuit, Christi virtute, qui et propriis apostolis miraculorum potestatem tradidit, et impuros spiritus objurgandi.

V. 44. (1) *Ponite vos in cordibus vestris sermones istos.*

Quamobrem Christus hæc discipulis ait? Duxerat præcipuos illorum in montem, ubi transfiguratus gloriam ipsis ostenderat, qua constituto tempore radiaturus erat. Mox de monte redux, malo crudelique spiritu quemdam liberaverat. Nihilominus opus erat ipsum salutarem obire passionem, et Judæorum improbitatem sustinere; quæ cum fierent, satis apparebat discipulos perturbandos fore, atque hæc fere secum reputaturos atque dicturos: Qui talis tantusque erat, qui potestate Deo congrua mortuos suscitavit, qui mari et spiritibus imperavit, qui verbo Satanam contrivit; quomodo hic, inquam, captus est, et in hostium suorum cruentorum laqueos incurrit? Num ergo falsi sumus, dum Deum ipsum esse credidimus? Ut ergo scirent quod omnino futurum erat, depositum quodammodo vult in illorum mentibus hoc mysterium. « Ponite enim, inquit, vos in cordibus vestris. » Jam vocabulum *vos* hoc loco distinguit eos a cæteris. Volebat enim rem eventuram ab ipsis cognosci, **242** non autem cæteris edici. Nam plebem latere volebat futuram suam passionem: ipsos au-

(1) Ad hunc versiculum sic apud cat. D. Thomæ « Cyrillus: Omnia quæcunque operabatur Jesus, admiratione digna penes omnes erant: irradiabat enim quiddam præcipuum et divinum in qualibet operatione ipsius, secundum illud Psal. xx: *Gloriam et decorem superpones ei.* Etsi omnes mirarentur in his quæ faciebat, ipse tamen hæc quæ sequuntur, non omnibus, sed discipulis, retulit: *Ponite vos,* » etc.

tem sibimet insuper persuadere, fore ut resurgeret morte conculcata, atque ita facile scandali detrimentum vitare.

V. 45. *At illi ignorabant verbum istud.*

Quomodo ignorabant discipuli mysterium Christi, quod sæpissime in lege fuerat adumbratum? Erant quidem ipsi de Judæorum grege, non tamen incuriosi ac rudes Mosaicarum litterarum; ideoque et a Christo electi fuerant. Sed enim, ut beatus ait Paulus, « Cæcitas ex parte Israeli contigit, et usque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen super cor eorum jacet nondum ablatum quia non nisi per Christum tollitur [14]. » Oportet igitur ad Christum accedentes dicere: « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua [15]. »

V. 46. *Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum major esset.*

(1) Non omnes morbo hoc beatos discipulos laborasse puto; neque enim credibile est communem cunctos unamque infirmitatem præ se tulisse. Sed uno, ut arbitror, hanc miseriam experto, ne quem nominatim condiscipulorum accusare sapientissimus evangelista videretur, indefinite narrat, dicens cogitationem eis incidisse, quis ipsorum major esset.— Itaque vanæ gloriæ passio sanctorum aliquem apostolorum invasit. Namque in mente revolvere quisnam eorum major esset, ambitiosi hominis est et aliis præminere volentis. Sed qui omnia scit Christus Deus noster, in discipuli mente cogitationem hanc, tanquam amarum quid et noxium, uti scriptum est, priusquam alte succresceret, antequam roboraretur, ex ipsa radice malum germen evertit. Namque incipientes intra nos passiones facile vincuntur; adultæ autem ægre **243** expelluntur (2). Qua ergo ratione vanæ gloriæ passionem amputat spirituum medicus? Manu cepit puerum, et juxta se collocavit. Id vero juvandi causa fecit tum sanctos apostolos, tum etiam nos post illos. Depascitur enim hic morbus omnino homines, si certe sint in aliquo superiore gradu præ aliis. Cujusnam itaque rei typum et imaginem hunc coram exhibitum puerum esse volebat? Utique innocuæ et sine ambitione vitæ. Hæc enim ætas mentem habet incorruptam, sincerum cor, et cogitationum simplicitatem; vanæ gloriæ non studet, nescit ambitionis mores. Deinde ait Christus: « Qui hunc puerum receperit in nomine meo, » et reliqua. Id est, « Qui minimus est ex omnibus vobis,

A πεπληροφορημένους, ὅτι ἀναβιώῃ πατήσας τὸν θάνατον, διαφυγεῖν ἑτοίμως τὰ ἐκ τοῦ σκανδαλίζεσθαι βλάβη.

Οἱ δὲ ἠγνόουν τὸ ῥῆμα τοῦτο.

(B f. 96 b) Πῶς ἠγνόουν οἱ μαθηταὶ τὸ Χριστοῦ μυστήριον, πλειστάχου διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς προγραφόμενον; Ἦσαν μὲν γὰρ ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀγέλης, οὐ ῥάθυμοι δὲ οὐδὲ τῶν Μωϋσέως γραμμάτων ἀνεπιστήμονες· καὶ γοῦν διὰ τοῦτο ἀπόλεκτοι γεγόνασι παρὰ Χριστοῦ. Ἀλλ' ὡς ὁ μακάριός φησι Παῦλος· « Πώρωσις ἀπὸ μέρους γέγονε τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἄχρι τῆς σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. » Χρὴ τοιγαροῦν προσιόντας τῷ Χριστῷ λέγειν· « Ἀπο-
B κάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. »

Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν.

(B f. 96 b) Οὐ πάντας οἶμαι τοὺς μακαρίους μαθητὰς τὴν τοιαύτην ἐσχηκέναι νόσον· ἀπίθανον γὰρ ἅπαντας κοινὴν καὶ μίαν εὐθὺς εἰσδέξασθαι νόσον· ἑνὸς δὲ, ὡς οἶμαι, παθόντος αὐτὴν, ἵνα μή τινα διαβολὴν κατά τινος τῶν συμμαθητῶν ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστὴς ἐξυφαίνων εὑρεθῇ, ἀδιορίστως ἀποφαίνεται λέγων, ὅτι « Εἰσῆλθε διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν. »— (C f. 127 b) Πάθος δὴ οὖν διακένου δόξης εἰσδεδράμηκέ τινα τῶν ἁγίων ἀποστόλων· τὸ γὰρ ὅλως διαλογίζεσθαι τὸ, τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν, φιλονεικοῦντός ἐστι καὶ τὸ προεστάναι τῶν ἄλλων ἐπιθυμήσαντος. Ἀλλ' ὁ τὰ πάντα εἰ-
C δὼς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ μαθητοῦ διανοίᾳ διαλογισμὸν ὥσπερ τινὰ πικρίαν ἄνω φύουσαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, πρὶν εἰς ὕψος ἀρθῆναι, πρὶν ἀδρυνθῆναι, ἐκ ῥίζης αὐτῆς ἀναβαθρεύει τὸ κακόν. Ἀρχόμενα γὰρ ἐν ἡμῖν τὰ πάθη, νικᾶται (cod. νικᾷ) ῥᾳδίως, ἀδρυνθέντα δὲ δυσαπόβλητά ἐστι. Πῶς οὖν ἄρα τὸ φιλόδοξον πάθος ἀποκείρει ὁ πνευμάτων ἰατρός; Ἐπελάβετο τὸ παιδίον, καὶ ἔστησεν αὐτὸ παρ' ἑαυτῷ. Ὠφελείας δὲ χάριν ἐποιεῖτο τὸ χρῆμα καὶ αὐτοῖς τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, καὶ ἡμῖν δὲ τοῖς μετ' ἐκείνους. Περιβόσκεται γὰρ ἡ τοιάδε νόσος ὡς ἐπίπαν τοὺς ἀνθρώπους, εἴπερ ἂν εἶεν ἐν ὑπεροχῇ τῇ κατά τινων [cod. καταπίνων]. Τίνος οὖν ἄρα τύπον καὶ εἰκόνα τὸ παρενεχθὲν ἐποιεῖτο παιδίον; Ἀπονήρου
D καὶ ἀφιλοδόξου ζωῆς· ἀκαπάλευτον γὰρ ἔχει τὴν γνώμην, ἀνώθευτον τὴν καρδίαν, καὶ ἔστιν ἐν ἁπλότητι διαλογισμῶν· οὐ φιλοδοξίας ἐρᾷ, οὐκ οἶδεν ὑπεροχῆς τρόπον. Εἶτά φησιν, ὅτι· « Ὃς ἂν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, » καὶ τὰ ἑξῆς

[14] II Cor. III, 14. [15] Psal. CXVIII, 18.

(1) Auctior hic initio Cyrillus apud D. Thomam. « CYRILLUS. Insidiatur diabolus multimode diligentibus optimam vitam; et siquidem per carnales illecebras, obsidere valet alicujus mentem, affectus voluptatum exacuit; si quis hos effugerit laqueos cupidinis, gloriæ suscitat passionem, quæ quidem passio vanæ gloriæ invasit quemdam apostolorum suorum; unde dicitur: *Intravit autem*, etc. »

(2) Hic interponitur apud D. Thomam ex Cyrillo. « Unde sequitur: *At Jesus videns cogitationes*, etc. Discat qui nudum hominem putat esse Jesum, se errasse: quamvis enim Verbum caro factum sit, mansit tamen Deus: nam solius Dei est posse rimari corda et renes. »

τουτέστιν, « Ὁ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῖν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας, » τὸν μετριόφρονα λέγων, καὶ οὐδὲν ὑψηλὸν περὶ ἑαυτοῦ λογιζόμενον δι' εὐλάβειαν.

Ὃς ἂν δέξηται τοῦτο τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, κ. τ. λ.

(B f. 98 b) Ὅτε τοίνυν τοῖς τιμῶσιν ἁγίους εἷς τε καὶ ὅμοιος ὁ μισθὸς, κἂν μικρὸν εἴη τις τυχὸν, κἂν τῶν ἐν προὔχοντι μέτρῳ τε καὶ δόξῃ (« Ὁ δεχόμενος γὰρ, φησὶ, τὸ παιδίον τοῦτο, ἐμὲ δέχεται, καὶ τὸν Πατέρα μου »), πῶς οὐχ ἕωλον παντελῶς τὸ ἀλλήλοις φιλονεικεῖν, καὶ πρωτείων ἐρᾷν; Διατρανοῖ δὲ ἐπὶ πλέον τὸν ἐπὶ τούτῳ τῷ λόγῳ σκοπὸν, καί φησιν, τὸν μικρότερον ἐν πᾶσι διὰ ταπεινοφροσύνην, τοῦτον εἶναι μέγαν. Διότι γέγραπται, ὅτι « Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· ὁ δὲ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται (1). »

Εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, κ. τ. λ.

(B f. 98 b) Δικαίως τοῦτον ἀπεπέμψατο· ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν λαβεῖν τὸν ἑαυτοῦ σταυρὸν, ἤγουν ἀποτάξασθαι τοῖς ματαίοις τοῦ βίου τούτου περισπασμοῖς. « Ἡ γὰρ φιλία τοῦ κόσμου ἔχθρα τοῦ Θεοῦ ἐστι. » Τοιοῦτον ὄντα τὸν ἄνθρωπον ἐλέγχει πλαγίως, οὐκ ὀνειδίζων μᾶλλον, ἀλλ' ἐπανορθῶν· διὰ τοῦτό φησιν·

A hic magnus erit : » modestum nempe dicens, et nihil altum de se cogitantem propter insitam religionem.

V. 48. *Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo*, etc.

Cum igitur honorantibus sanctos una æqualisque sit merces, sive tenuis quidam sit ille, sive in magna fortuna ac dignitate constitutus : (nam « Qui hunc puerum, inquit, suscipit, me suscipit et Patrem meum : ») quidni vanum omnino sit invicem æmulari, primatumque ambire? Scopum autem sermonis sui magis explanat dicens, eum qui minimus omnium propter animi humilitatem fuerit, hunc revera esse magnum. Propterea scriptum est,
B quod « Omnis qui se exaltat, humiliabitur ; qui autem se humiliat, exaltabitur [96]. »

244 V. 58. *Dixit illi Jesus : Vulpes foveas habent*, etc.

Merito hunc dimisit, quem oportuisset crucem suam sibi sumere, et vanis vitæ curis valedicere. Nam « Mundi amicitia, inimica Dei est [97]. » Hunc hominem ita se habentem oblique reprehendit, non tam convicians quam corrigens. Propterea dicit : « Vulpes foveas habent, et cœli volucres habitacula ;

[96] Luc. XIV, 11. [97] Jacob. IV, 4.

(1) Ad v. 49. Sic apud D. Thomam : « CYRILLUS. Sed oportebat magis pensare, non hunc ipsum esse miraculorum auctorem, sed gratiam quæ est in eo qui in virtute Christi miracula perficit. Quid autem si non connumerentur apostolis, qui Christi gratia coronantur? Multæ sunt differentiæ Christi donorum: sed quia tradidit Salvator potestatem apostolis ut spiritus immundos ejicerent, putaverunt nulli aliorum quam sibi solis licere concessam gerere dignitatem, et ideo accedunt sciscitantes an liceat et aliis hoc gerere. »

Ad v. 50. Apud D. Thomam : « CYRILLUS. Quasi dicat : pro vobis, qui Christum diligitis, sunt qui prosequi volunt ea quæ ad ipsius gloriam spectant, ejusdem gratia coronati. »

Ad v. 51. D. Thomas et Corderius in catenis : « CYRILLUS. Hoc est, cum immineret tempus, quo decebat de reliquo Dominum tolerata salubri passione in cœlum quidem conscendere, consedere vero Deo ac Patri, decrevit ascendere in Jerusalem. Hoc enim existimo significare illud, *Firmavit faciem suam.* » etc.

Item ad v. 52. Corderius in catena : « CYRILLUS. Misit nuntios qui sibi comitibusque suis diversorium pararent. Illi vero cum in oppidum Samaritanorum venissent, non fuere recepti ; quamobrem indignabantur sancti discipuli, non tam sui ipsorum causa, quam quod Servatorem omnium ac Dominum non honorassent. Deinde potentiæ ipsi insitæ magnitudinem non ignorantes, dixerunt : *Domine, vis dicimus, ut ignis descendat de cœlo, et consumat illos?* Hoc autem aiebant nondum nova gratia confirmati, sed adhuc pro antiqua consuetudine ad Eliam respicientes, qui bis quinquaginta cum eorum ducibus combussit. Hoc autem cum dicerent, increpavit illos Christus, quod persequentium se Samaritanorum impietatem sine misericordia judicarent. Et non placuit hoc illis audientibus quod nondum participassent de mansuetudine ac spiritus benignitate. »

Item D. Thomas in catena : « CYRILLUS. Sed cum
C Dominus, qui omnia noverat, sciret quod ejus nuntii non essent a Samaritanis recipiendi, ideo tamen præcepit eis ut præcederent, quia mos erat ei omnia satagere erga profectum discipulorum. Ascendebat quidem Hierosolymam propinquante tempore passionis. Ut igitur quando pati eum viderent, non scandalizarentur, considerantes quod oportet patientes esse cum contumelias inferunt aliqui, præmisit quasi quoddam præludium Samaritanorum repulsam. Profuit autem eis et aliter. Futuri enim erant doctores orbis terrarum, civitates et villas percurrentes ad prædicandum evangelicam doctrinam ; quibus aliquando occurrerent aliqui minime recipientes sacram prædicationem, quasi non concedentes secum habitare Jesum. Docuit igitur eos, quod divinam annuntiantes doctrinam, pleni esse deberent patientia et mansuetudine, non autem hostiles et iracundi, et adversus peccantes in eos atrociter insurgentes. Sed adhuc non erant tales ; imo zelo fervido concitati volebant ignem de cœlo super eos deducere. »

Ad v. 57, apud D. Thomam in cat. : « CYRILLUS. Etsi munificus sit omnium Dominus, non simpliciter et improvide singulis dat superna et divina
D dona, sed illis qui digni sunt recipere, qui scilicet animam suam alienant a maculis pravitatum ; et hoc nos docet evangelicorum verborum virtus, cum dicitur : *Factum est autem, ambulantibus illis*, » etc.

Item ad v. 57, sic apud Corderium et D. Thomam : « CYRILLUS. Quid igitur ad hæc dicemus? Non erat ille scopus ejus, uti conspicuum fit attente considerantibus, quoniam primum quidem plurima in accessu ejus continetur inertia, et consequenter nimia impudentia plenus est. Non enim simpliciter Christum sequi petebat, ut et plurimi alii ex multitudine Judæorum, sed magis insiliebat ad apostolicas dignitates, ac talem ipse quærebat sequelam a semetipso vocatus ; cum beatus Paulus dicat : *Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo* (*Hebr.* v, 4.) »

Filius autem hominis non habet ubi caput suum A reclinet. » Profecto simplicior loci sensus hic est. Videtur tamen profundiore sensu vulpes et cœli volucres dicere maleficos et dolosos dæmonum greges; sic enim sæpenumero apud sacram Scripturam appellantur (1) : « Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliuntur vineas [88]. » Et ipse Dominus Herodem vulpem vocitavit [89]. Et de jactis in terra seminibus dicit, ea volucres cœli vorasse, malos nimirum spiritus innuens [1]. Si quidem igitur 245 hujusmodi vulpes et volucres caveas suas recessusque in nobis habent, quomodo veniet Christus? Ubinam requiescet? Quænam societas lucis cum tenebris [2] (2)?

« Αἱ ἀλώπεκες φωλεοὺς ἔχουσι, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατασκηνώσεις· ὁ δὲ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ. » Καὶ ἡ μὲν ἁπλουστέρα διάνοια αὕτη. Ἔοικε δὲ κατὰ τὴν βαθοτέραν ἔννοιαν ἀλώπεκας καὶ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τὰς πανούργους καὶ δολερὰς τῶν δαιμόνων ἀγέλας ἀποκαλεῖν· οὕτω γὰρ πολλαχοῦ τῆς θείας Γραφῆς κέκληνται· « Πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικροὺς ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος τὸν Ἡρώδην ἀλώπεκα προσεῖπε. Καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ καταβληθέντων σπερμάτων φησὶ, ὅτι τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατέφαγεν αὐτὰ, περὶ τῶν πονηρῶν πνευμάτων λέγων. Ὅτε τοίνυν αἱ τοιαῦται ἀλώπεκες καὶ τὰ πετεινὰ φωλεοὺς καὶ καταδύσεις ἔχουσιν ἐν ἡμῖν, πῶς ἔλθῃ Χριστός; Ποῦ δὲ ἀναπαύσεται; Τίς κοινωνία φωτὶ B πρὸς σκότος;

V. 59. *Permitte mihi primum ire, et sepelire patrem meum.*

Ἐπίτρεψόν μοι ἀπελθόντι πρῶτον θάψαι τὸν πατέρα μου.

Honestum hic et laudabile propositum demonstraverat. Verumtamen postulatio ut suis sibi valedicere liceret, bipertitam seu vacillantem innuit mentem. Nam velle omnino communicare antea cum iis, qui idem vitæ institutum non sunt amplexuri, haud est firmi judicii documentum. Propterea dicit ei : « Nemo mittens manum suam, » et reliqua. Nam sicut arator, si forte ad absolvendum opus torpuerit, fructuum ubertatem non est visurus, sic etiam qui Christum quidem sequi decrevit, neque tamen mundanis negotiis valedicit, neque cognatis hominibus, præsertim iis qui idem C propositum non ceperunt, nequaquam hic bonam animi sui fiduciam consummabit, neque aptus erit regno cœlorum. Nam qui hujusmodi est, is aratro quidem manum applicat, ideoque ad sequendum videtur paratus; sed tamen retro respicit, quia moræ causam facit colloquia cum suis et deliberationem. Atqui haud tales fuisse comperiemus sanctos apostolos. Vix enim audita Christi voce, « Venite post me, » relicta navi et patre secuti sunt illum. Quorum exemplum imitari oportet Christi asseclas (3).

(B f. 99 b) Ἀξιοζήλωτον μὲν οὗτος τὴν ὑπόσχεσιν ἐνεδείξατο καὶ ἐπαινουμένην· τὸ δὲ ζητεῖν ἀποτάξασθαι τοῖς οἰκείοις, μεμερισμένην ἔχειν ἐνδείκνυται τὴν διάνοιαν· τὸ γὰρ ἐθέλειν ὅλως προανακοινοῦσθαι τοῖς μὴ ἀποδεξομένοις, οὐ βεβηκότος ἐστὶ λογισμοῦ. Διὸ καί φησι πρὸς αὐτόν· « Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀροτριῶν, ὅταν ὀκνήσῃ πρὸς τὸ λεῖπον, οὐκ ὄψεται τοὺς καρποὺς πληθύνοντας, οὕτως καὶ ὁ ἑλόμενος μὲν ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ, οὐκ ἀποτασσόμενος δὲ τοῖς κοσμικοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς κατὰ σάρκα οἰκείοις, μάλιστα τοῖς μὴ τὸν σκοπὸν ἀποδεχομένοις αὐτοῦ, οὐδαμῶς οὗτος κατορθώσει τὴν ἀγαθὴν εὐτολμίαν, οὐδὲ εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ γὰρ τοιοῦτος ἐπιβάλλει μὲν ἀρότρῳ τὴν χεῖρα, διὸ πρόθυμός ἐστιν ἀκολουθεῖν· ὀπίσω δὲ βλέπει, διότι ἀναβολῆς πρόφασιν ποιεῖται τὴν πρὸς τοὺς οἰκείους διάλεξιν καὶ συμβουλήν. Ἀλλ' οὐδαμῶς τοιούτους εὑρήσομεν ὄντας τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· ἅμα γὰρ τῷ ἀκοῦσαι τοῦ Χριστοῦ λέγοντος· « Δεῦτε ὀπίσω μου, » ἀφέντες τὸ πλοῖον, καὶ τὸν πατέρα αὐτῶν, ἠκολούθησαν αὐτῷ. Οὓς μιμεῖσθαι χρὴ τοὺς ἀκολουθοῦντας Χριστῷ.

[88] Cant. II, 15. [89] Luc. XIII, 32. [1] Luc. VIII, 5. [2] II Cor. VI, 14.

(1) In catena Corderii hic ex Cyrillo interseritur : « De quibusdam enim beatus Psalmodes ait : *Partes vulpium erunt.* (*Psal.* LXII, 11.) In Canticorum autem cantico, » etc.

(2) Additur apud Cord. « Requiescit siquidem in iis qui ipsum diligunt, vitat autem profanum. »

(3) Ad hunc v. 59, sic in catenis Lat. Corderii et D. Thomæ : « Vel aliter. CYRILLUS : Erat enim pater senectute gravatus. Putat autem honestum aliquid agere, dum proponeret observare ei debitam pietatem, secundum illud Exod. XX, 12: *Honora Patrem tuum et matrem tuam*. Unde ubi vocatus est ad evangelicum ministerium, dicente Domino, *Sequere me*, quærebat inducias quæ sufficere possent ad decrepiti patris sustentationem, dicens : *Permitte mihi*, etc. Neque dicimus quod pridem defunctum patrem sepelire voluerit; non enim prohibuisset hoc facere volentem Christus : D sed sepelire dixit, pro, usque ad sepulturam de alimentis providere. Quid igitur ad ipsum Salvator? *Sine ut mortui sepeliant mortuos suos; tu autem vadens, annuntia regnum Dei*. Erant siquidem etiam alii domestici et propinqui, qui patris illius curam gerebant; sed adhuc mortui, uti autumo, eo quod necdum in Christum crederent, neque per Spiritum sanctum in vitam aliam regenerati adhuc essent. Illi, inquit, sepeliant mortuos suos, cum et ipsi mentem habeant mortuam, neque annumerari possint iis qui Christo vivunt. — Hinc percipe quod præferenda sit pietas qua Deo tenemur, amori parentum; quibus reverentiam exhibemus, qui per eos geniti sumus. Sed omnium Deus, cum non essemus, ad exsistendum nos perduxit; parentes autem facti sunt ministri introitus ad exsistentiam. »

ΚΕΦ. Ι'.

Ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα.

Καὶ ἐπειδὴ πολλή τις ἔμελλεν ἔσεσθαι τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων ἡ πληθὺς, ἐσαγηνεύετο γὰρ οὐ μόνον ὁ Ἰσραὴλ, ἀλλὰ γὰρ καὶ αἱ τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι· διὰ τοῦτο ἀνεδείχθησαν παρὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πρὸς τοῖς δύο καὶ δέκα καὶ ἕτεροι ἑβδομήκοντα. (Τὰ ἀκόλουθα τούτων, οἷον· « Ὁ μὲν θερισμὸς πολύς (1), » καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ, « Μὴ μεταβαίνετε ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν, » ὅπερ ῥεμβασμὸν δηλοῖ, καὶ μισθὸν αἰτούντων, καὶ διαβολῆς ἐστι τεκμήριον· προεγράφετο εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον (2). Ἔτι δὲ καὶ τὰ τούτων ἀκόλουθα ἕως ὧδε· « Ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με. »)— (B f. 100 b) Τούτου ὁ τύπος καὶ ἐν τοῖς Μωϋσέως προεγράφετο λόγοις· ἑβδομήκοντα μὲν γὰρ ἐπελέξατο, καὶ αὐτῆς Θεοῦ προστάττοντος· ἐπηφίει δὲ τοῖς ἐξειλεγμένοις τὸ Πνεῦμα Θεός· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον τούς τε δώδεκα μαθητὰς, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἑβδομήκοντα, διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς σημαινομένους εὑρήσομεν· γέγραπται γὰρ ἐν τῇ ἐξόδῳ περὶ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· « Ἦλθον, φησὶν, Ἐλὴμ (ἑρμηνεύεται δὲ *ἀνάβασις*, ἤτοι *αὔξησις*), καὶ ἦσαν ἐκεῖ δώδεκα ὑδάτων πηγαὶ, καὶ ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων. » Ἀναβαίνοντες γὰρ εἰς τελεωτέραν σύνεσιν καὶ αὔξησιν πνευματικὴν, εὑρίσκομεν τοὺς δώδεκα ἁγίους ἀποστόλους, καὶ τοὺς ἀναδειχθέντας ὑπὸ Χριστοῦ ἑβδομήκοντα. Ἀρυόμεθα γὰρ ὡς ἐκ πηγῶν ἁγίων τῶν τοῦ Σωτῆρος μαθητῶν παντὸς ἀγαθοῦ εἴδησιν. Θαυμάζομεν δὲ καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα, καὶ οἱονεὶ φοίνικας εἶναί φαμεν· εὐκάρδιον γὰρ τὸ φυτὸν, εὔκαρπόν τε καὶ εὔριζον, καὶ ἀεὶ τοῖς ὕδασιν ἐντεθηλός.

Ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ἄρνας ἐν μέσῳ λύκων. — Μὴ βαστάζετε βαλάντιον, κ. τ. λ.

(B f. 101) Προλέγει τοὺς διωγμοὺς, ἵνα ἐνέγκωσι τὴν πεῖραν. Καὶ πῶς ἂν περιγένοιτο πρόβατον λύκου; Ἐγὼ, φησὶ, συνέσομαι, καὶ συνασπιῶ, μεταβάλλων τοὺς λύκους εἰς πρόβατα· οὐδὲν γάρ μου τῷ θελήματι ἀνθέστηκεν· καὶ τοῦτο ἡ πεῖρα ἔδειξεν ἐπὶ Παύλου· τὸν γὰρ παντὸς λύκου ἀπηνέστερον τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, προβάτου πεποίηκεν ἡμερώτερον. (B f. 101) Οὐδὲ τὴν περὶ τοῦ σώματος ἔχειν φροντίδα ἐπιτρέπει, μὴ ὅτι περὶ τὰ ἔξω τοῦ σώματος ἀσχολεῖσθαι, ὅπου μὴ δὲ ἐφοδίων φροντίσαι, μηδὲ ἐπικομίσασθαί τι τῶν οὐχ ἤδη περικειμένων τῷ σώματι, οἷον ὑποδήματα· ἀλλ' ἐπ' αὐτῷ πᾶσαν τίθεσθαι

A 246 CAP. X.

V. 1. *Designavit Dominus et alios septuaginta.*

Et quia multus futurus erat credentium in eum numerus; namque haud Israel solus sagena conclusus fuit, sed etiam ethnicorum greges: propterea designati fuerunt a Deo nostro Christo, ultra illos duodecim, alii quoque septuaginta. (Jam vero quæ his subtexuntur, nempe, « Messis quidem multa » et reliqua; et, « Ne transieritis de domo in domum, » id quod inconstantiam demonstrat, et mercedis postulationem, nec non queruli ingenii indicium est; hæc, inquam, in Matthæo jam scripsimus. Insuper et his consectanea usque huc: « Qui me negat, negat mittentem me. ») — Numeri hujus exemplum in Moysis scriptis ferebatur; namque et hic, Deo jubente, septuaginta delegit, quibus Deus Spiritum largitus est [3]. Alio quoque modo tum duodecim discipulos, tum et ipsos septuaginta, legis umbra denotatos inveniemus. Scriptum est enim in Exodo de filiis Israelis: « Venerunt, inquit, in Elim (quod vocabulum interpretatur *ascensus* vel *incrementum*); erantque ibi duodecim fontes aquarum, et septuaginta palmarum plantæ [4]. » Sane si ad perfectiorem intelligentiam et spiritale incrementum ascendimus, duodecim invenimus apostolos, itemque illos designatos a Christo septuaginta. Haurimus enim tanquam e sanctis fontibus discipulorum Servatoris omne bonorum genus. Miramur etiam septuaginta illos, et palmarum instar esse dicimus. Nam bona medulla, fructuque ubere, et firma radice pollet hæc arbor, semperque juxta aquas viget (3).

247 V. 3, 4. *Ego mitto vos ut agnos in medio luporum.—Nolite portare sacculum*, etc.

Persecutiones prædicit, ut earum experimentum postea tolerent. Quomodo autem lupum superabit ovis? Ego, inquit, vobiscum ero, et protegam, lupos in oves transformans. Nihil enim meæ voluntati resistit. Quod sane experimento in Paulo cognitum est; nam qui lupo quolibet sævior erat adversus fideles Christi, eum ove mansuetiorem effecit. Sed ne corporis quidem curam gerere sinit, neque earum rerum quæ extra corpus sunt: siquidem nec de viatico esse sollicitis concedit, neque quidquam circumferre eorum quæ corpori adhibentur, veluti calceos; sed in Deo spem omnem vult reponi. De-

[3] Num. XI, 16. [4] Exod. XV, 27.

(1) Apud D. Thomam in cat.: « Cyrillus. Sicut autem agri spatiosi messores multos exigunt, sic multitudo credituorum in Christum. Unde subdit: *Rogate*, etc. Illud autem attende, quod cum dixisset *Rogate Dominum*, etc., ipse postmodum hoc peregit. Ipse igitur est dominus messis, ac per eum et cum eo Deus Pater omnibus dominatur. »

(2) Videlicet ad Matth. IX, 1 seqq. Sed enim Cyrilliani ad hos Matthæi locos commentarii vix raræ laciniæ in symbolis a Corderio et Possino editis occurrunt.

(3) Pergit in catena Divi Thomæ Cyrillus de palma: « alta simul, et frondes porrigens sursum. »

Ad v. 3. In cat. D. Thomæ: « Cyrillus. Narrat Lucas, consequenter septuaginta discipulos vindicasse sibi a Christo apostolicam eruditionem, modestiam, innocentiam, æquitatem, nihilque mundanorum sacris prædicationibus anteferre; aspirare autem adeo ad fortitudinem mentis, ut nihil terribile formident, neque ipsam mortem. Unde dicit: *Ite*, etc. »

nique ne officii quidem aliquam appendicem retineri vult, neque ipsos obvios salutari : id quod olim Elisæo quoque misso indictum fuit, nempe ut recto itinere ad demandatum opus pergeret, neque salutantem resalutaret [a]. Sedulitati enim nocet respectus ad alios. Neque prædicationem impediat colloquium incidens, neque moras nectamus amicitiæ causa. Nulla itaque diabolica malitia nos abripiat.

V. 17, 18. *Reversi sunt cum gaudio*, etc. *Videbam Satanam*, etc.

Ne forte existimarent virtute propria ad prædicandum accedere, testis aderat data ipsis Spiritus gratia. Nam adjunctis doctrinæ miraculis, nullum contra eos prævalebat calumniæ genus. Gaudebant itaque ceu digni habiti qui miracula ederent, et dæmonia subjugarent. — Jam quod ceu fulgur decidisset, significat Satanam ex alto humi dejectum, ex gloria in ignominiam, ex viribus in infirmitatem. Ante enim Servatoris incarnationem, dominabatur orbi Satanas, ab omnibus ferme cultus. Sed ceu fulgur demum decidit, qui omnes errore deceptos habebat adoratores, et nunc sub pedibus cultorum suorum jacet. Id enim significant verba : « Ecce dedi vobis potestatem serpentes scorpiosque calcandi ; » dæmonas **248** scilicet serpentium scorpionumque vocabulis denotans.

V. 21. *In ipsa hora exsultavit Jesus Spiritu sancto, et dixit*, etc.

Videamus quoque sermonem, quo propter nos et pro nobis Christus Patrem suum allocutus est. « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli ac terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. » (1) En, aiunt hi mente perversi, gratiam se Patri debere ait. Quomodo igitur non est illo minor? At enim, o egregii, quid impedit, dicet aliquis, quominus consubstantialis Filius commendet dilaudetque Patrem suum, qui per ipsum salutem mundi efficiebat? Quod si putas, propter hanc confessionem, Filium esse minorem, audi reliqua. Dominum cœli ac terræ suum vocat Patrem. Atqui omnipotentis Dei Filius, sine dubio cum illo rebus omnibus dominatur, superque omnia est Deus ex Deo, omnino æqualis ei substantialiter. — Nobis revelavit Deus Pater absconditum

A τὴν φροντίδα. Ἀλλ' οὐδὲ τῆς σπουδῆς παρελκυσμόν τινα παρῆκε προσδέξασθαι, μηδὲ ἄχρι τοῦ τῶν συντυγχανόντων ἀσπασμοῦ συγχωρήσας ἀφέλκεσθαι· ὃ καὶ πάλαι ὑπὸ Ἐλισσαίου ἐλέγετο τῷ ἀποσταλέντι, εὐθείᾳ ὁρμῇ ἐπὶ τὸ ἔργον χωρεῖν, καὶ μηδὲ εὐλογοῦντα ἀντευλογεῖν. Ζημία γὰρ τῆς σπουδῆς ἡ πρὸς ἑτέρους ἀπόνευσις· μηδὲ τοῦτο, φησὶν, ἐμπόδιον τοῦ κηρύγματος γένηται, ὁμιλίας ἐν μέσῳ παρεμπιπτούσης, καὶ βραδύτητος προφάσει φιλίας. Μηδεμία οὖν διαβολικὴ κακουργία ὑμᾶς ἀποσπάσῃ.

Ὑπέστρεψαν μετὰ χαρᾶς, κ. τ. λ. *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν*, κ. τ. λ.

(B f. 102 b) Ἵνα γὰρ μὴ νομίζοιντο οἴκοθεν ἥκειν πρὸς τὸ κήρυγμα, ἐμαρτύρει ἡ δοθεῖσα αὐτοῖς τοῦ Πνεύματος χάρις· ἐπαγομένης γὰρ τῷ λόγῳ τῆς
B θεοσημείας, οὐδεὶς ἂν ἴσχυσεν κατ' αὐτῶν συκοφαντίας τρόπος. Ἔχαιρον ὡς ἀξιωθέντες θαυματουργεῖν, καὶ ὑποτάσσειν τὰ δαιμόνια. — (B f. 103) Τὸ ὡς ἀστραπὴν πεσεῖν, δηλοῖ τὸ ἐξ ὕψους αὐτὸν κατενεχθῆναι πρὸς γῆν, ἐκ δόξης εἰς ἀτιμίαν, ἐξ ἰσχύος εἰς ἀσθένειαν. Πρὸ μὲν γὰρ τῆς οἰκονομίας τοῦ Σωτῆρος κατεκράτησε τῆς ὑπ' οὐρανὸν, προσκυνηθεὶς σχεδὸν παρὰ πάντων· τότε δὲ πέπτωκεν ὡς ἀστραπὴ, ὁ πάντας ἔχων προσκυνητὰς τοὺς πεπλανημένους, καὶ ὑπὸ πόδας τέθειται τῶν προσκυνούντων αὐτόν· τοῦτο γὰρ μηνύει τό· « Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων· » τοὺς δαίμονας, ὄφεις καὶ σκορπίους καλῶν (2).

Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ Πνεύματι (3) *ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν*, κ. τ. λ.

C (A f. 137) Ἴδωμεν δὲ καὶ τοὺς λόγους, οὓς δι' ἡμᾶς ὑπὲρ ἡμῶν Χριστὸς ἐποιήσατο πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα· « Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. » (B f. 103 b) Ἰδοὺ, φασὶν οἱ διεστραμμένοι τὸν νοῦν, χάριν ὁμολογεῖ τῷ Πατρί· πῶς οὖν οὐκ ἐλάττων αὐτοῦ; Καὶ τί τὸ κωλύον, ὦ βέλτιστοι, φαίη τις ἂν, τὸ ὁμοούσιον Υἱὸν ἀποδέχεσθαι, καὶ ἐπαινεῖν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, σώζοντα δι' αὐτοῦ τὴν ὑπ' οὐρανόν; Εἰ δὲ νομίζεις διὰ τὴν ἐξομολόγησιν ἐλάττονα εἶναι, ἄκουσον τῶν ἑξῆς. Κύριον οὐρανοῦ καὶ γῆς τὸν ἑαυτοῦ καλεῖ Πατέρα· ὁ Υἱὸς δὲ τοῦ τῶν ὅλων κρατοῦντος Θεοῦ, πάντως που σὺν αὐτῷ δεσπόζει τῶν ὅλων,
D καὶ ἐπάνω πάντων ἐστὶν ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν ἰσότητα πρὸς αὐτὸν ἔχων οὐσιωδῶς.

[a] IV Reg. iv, 29.

(1) Hic amplius apud Corderium cat. Lat. « Illud, *Confiteor tibi, Pater*, dicit more hominum, pro, gratiam agnosco, quare laudo te, gratias ago tibi. Solet enim divinitus inspirata Scriptura confessionis nomen secundum talem aliquem modum sumere. Scriptum est enim : *Confiteantur nomini tuo magno*. (*Psal.* cv, 47.) Et iterum : *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo*. (*Psal.* ix, 2.) Verum ecce, etc., ut apud nos sequitur. »

(2) Prosequitur hic apud Corderium, « Idem Cyrillus. De hoc etiam Ezechiel lamentando dicit : *Tu signaculum similitudinis in paradiso Dei fuisti*. Et paulo post : *Perfectus in viis tuis a die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te*. Non extrinsecus inducta, sed nata est in te malitia, et per peccatum tuum vulneratus es; et in terram projeci te. »

(3) Apud Corderium in Lat. cat. « Cyrillus. *Exsultavit in Spiritu sancto*, hoc est in beneficiis et virtutibus Spiritus sancti, bene sciens a se missos plurimis profuisse, et præ cæteris ipsa experientia gloriam ejus cognovisse, animus ejus lætitia implebatur. Erat enim exsultandum, quoniam bonus hominumque amantissimus Deus, omnes salvari volens, errantium conversionem exsultationis gaudiique occasionem fecerat. »

— (A f. 137 b. B f. 104) Ἡμῖν ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τὸ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς κεκρυμμένον καὶ σεσιγημένον παρ' αὐτῷ μυστήριον· δῆλον δὲ, ὅτι τὸ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Μονογενοῦς, ὃ προεγνώσθη μὲν πρὸ καταβολῆς κόσμου, πεφανέρωται δὲ τοῖς ἐπὶ γῆς ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. Γράφει γοῦν ὁ μακάριος Παῦλος, ὅτι « Ἐμοὶ, τῷ ἐλαχιστοτέρῳ πάντων ἁγίων, ἐδόθη ἡ χάρις αὕτη, τοῖς ἔθνεσιν εὐαγγελίσασθαι τὸν ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον τοῦ Χριστοῦ, καὶ φωτίσαι πάντας, τίς ἡ οἰκονομία τοῦ μυστηρίου τοῦ ἀποκεκρυμμένου ἀπὸ τῶν αἰώνων ἐν τῷ Θεῷ τῷ τὰ πάντα κτίσαντι. » Οὐκοῦν ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς γνώσει ἐκέκρυπτο καὶ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου καταβολῆς, τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον· οὕτω καὶ ἡμεῖς προεγνώσθημεν καὶ προωρίσθημεν εἰς υἱοθεσίαν. Καὶ τοῦτο πάλιν ἡμᾶς ὁ σοφώτατος Παῦλος διδάξει γράφων· « Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ, ἐν ἀγάπῃ προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτόν. » Ἡμῖν οὖν ἄρα τοῖς νηπίοις τὸ κεκρυμμένον καὶ σεσιγημένον ἐκ τῶν αἰώνων μυστήριον ἀπεκάλυψεν ὁ Πατήρ.

Καίτοι πρὸ ἡμῶν πλεῖστοί τε ὅσοι καὶ ἀριθμοῦ κρείττονες ἦσαν κατὰ τόνδε τὸν βίον ἄνδρες τό γε ἧκον ἐν λόγοις σοφοί· ἀλλ' ὥς ὁ Παῦλός φησιν, « Ἐματαιώθησαν ἐν διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ, ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν· ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, παρεδόθησαν εἰς ἀδόκιμον νοῦν, καὶ οὐκ ἐγνώρισεν αὐτοῖς τὸ μυστήριον. » Γέγραπται δὲ καὶ ἡμῖν· « Εἴ τις δοκεῖ ἐν τῷ κόσμῳ σοφὸς εἶναι, μωρὸς γενέσθω, ἵνα γένηται σοφός· ἡ γὰρ τοῦ κόσμου τούτου σοφία, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστιν. » Οὐκοῦν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι ὁ ψιλὴν καὶ μόνην ἔχων τὴν τοῦ κόσμου σοφίαν, μωρός ἐστι καὶ ἀσύνετος παρὰ Θεῷ· ὁ δὲ μωρὸς εἶναι δοκῶν παρὰ τοῖς τοῦ κόσμου σοφοῖς, ἔχων δὲ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν τῆς ἀληθοῦς θεοπτίας τὸ φῶς, οὗτος σοφός ἐστιν παρὰ τῷ Θεῷ. Οὐκοῦν τοῖς δοκοῦσιν εἶναι μωροῖς, ἤγουν ἄκακον καὶ νηπιάζουσαν ἐπὶ κακίᾳ τὴν διάνοιαν ἔχουσιν, ἀπεκάλυψεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν, ἅτε δὴ καὶ προεγνωσμένοις καὶ προωρισμένοις εἰς υἱοθεσίαν.

Οὐκ ἀπίθανον δὲ, ὥς γε οἶμαι, κἀκεῖνο τούτοις ἐπενεγκεῖν. Οἱ Γραμματεῖς τε καὶ οἱ Φαρισαῖοι, καὶ

A apud se silentioque pressum jam inde a constitutione mundi mysterium, id est incarnationem Unigeniti; quæ quidem prævisa fuit ante mundi primordia, sed terræ incolis demum manifestata fuit postremis sæculi temporibus. Scribit ergo beatus Paulus : « Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi : et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in Deo qui omnia creavit [6]. » Ergo in Patris mente celabatur, **249** etiam ante mundi constitutionem, venerandum magnumque Servatoris nostri mysterium. Sic et nos prævisi fuimus et prædestinati ad adoptionem in filios. Quod rursus nos sapientissimus Paulus docet scribens : « Benedictus Deus et Pater B Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo ; sicut elegit nos in Christo ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate; qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum [7]. » Nobis itaque parvulis absconditum tacitumque a sæculis mysterium revelavit Pater (1).

Quanquam vero ante nos plurimi, imo innumerabiles magnique hoc in mundo viri fuere, ad doctrinam quod attinet, plane sapientes ; hi tamen, ut Paulus ait, « evanuerunt in cogitationibus suis, et C obscuratum est insipiens cor eorum : dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum et quadrupedum et serpentium. Quam ob causam traditi sunt improbæ menti, neque iis mysterium manifestavit [8]. » Quamobrem nobis quoque scriptum est : « Si quis videtur in mundo sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum [9]. » Ergo vere dici potest, eum qui nudam solamque habet mundi sapientiam, stultum esse atque insipientem coram Deo. Qui autem stultus esse videtur mundi sapientibus, is si mente et corde gerat veræ Dei contemplationis lumen, sapiens est coram Deo. Iis itaque qui videntur stulti, D id est **250** innocuum et pueri instar ad malitiam ineptum ingenium habent, revelavit Filium Pater, ceu jam præcognitis et adoptioni destinatis.

Porro non est, ut opinor, absurdum prædictis hoc quoque addere. Scribæ ac Pharisæi, et qui

[6] Ephes. III, 8. [7] Ephes. I, 3-5. [8] Rom. I, 21-24. [9] I Cor. III, 18.

(1) Ad v. 17. Adhuc in catena D. Thomæ. « CYRILLUS. Supra dictum est, quod Dominus misit discipulos gratia Spiritus sancti insignitos; et quod hi facti prædicationis ministri potestatem super immundos spiritus acceperunt. Nunc autem reversi confitentur honorantis eos potentiam; unde dicitur : *Reversi sunt*, etc. Videbantur itaque gaudere magis quod facti fuissent miraculorum auctores, quam quod prædicationis ministri. Erat autem melius eos gaudere in illis, quos ceperant; sicut vocatis per ipsum dicit Paulus (*Philipp.* IV) : *Gaudium meum et corona mea.* »

Ad v. 20. In D. Thomæ catena sic. « CYRILLUS. Sed cur, Domine, non sinis lætari in honoribus a te collatis, cum scriptum sit (*Ps.* LXXXVIII, 17) : *In nomine tuo exsultabunt tota die?* Sed Dominus eos ad majus gaudium erigit; unde subdit : *Gaudete autem quia nomina vestra*, etc. »

Judaico populo præerant, cum legis periti viderentur, loco sapientum habebantur. Quod tamen tales haud vere essent, factis coarguebantur. Quamobrem Jeremias propheta sic eos alloquebatur: « Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, et sermo Domini nobiscum est? Vanus evasit funiculus, mendax scribis. Confusi sunt sapientes, perterriti et capti. Quænam illis sapientia est, quandoquidem sermonem Domini improbaverunt [10]? » Postquam ipsi Servatoris sermonem repulerunt, id est Evangelii salutarem prædicationem, scilicet Dei Patris Verbum, pro nobis hominem factum, ipsi reprobi facti sunt. Unde ait de illis Jeremias: « Reprobatum argentum hos vocate, quia Deus ipsos reprobavit [11]. » His quoque absconditum est Christi mysterium. Quare de iisdem aiebat aliquando discipulis suis Dominus: « Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum; non item illis [12]. » Quibusnam vobis? nempe qui credidistis, qui adventum ejus cognovistis, qui legem spiritaliter intelligitis. His, inquam, revelare Filium suum placuit Patri.

οἱ τῶν Ἰουδαϊκῶν κρατοῦντες ταγμάτων, νομομαθείας δόκησιν ἔχοντες, ἐνομίζοντό τινες εἶναι σοφοί· ἀλλ' οὐκ ὄντες τοιοῦτοι κατὰ τὸ ἀληθὲς, δι' αὐτῶν ἠλέγχοντο τῶν πραγμάτων. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας οὕτω πού φησι πρὸς αὐτούς· « Πῶς ἐρεῖτε ὡς Σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς, καὶ λόγος Κυρίου μεθ' ἡμῶν ἐστιν; Εἰς μάτην ἐγενήθη σχοῖνος ψευδὴς γραμματεῦσιν· ᾐσχύνθησαν σοφοὶ, ἐπτοήθησαν, καὶ ἑάλωσαν· σοφία τίς ἐστιν ἐν αὐτοῖς, ὅτι τὸν λόγον Κυρίου ἀπεδοκίμασαν; » Ἐπειδὴ δὲ ἀπεδοκίμασαν αὐτοὶ τοῦ Σωτῆρος τὸν λόγον, τουτέστι τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, ἤγουν τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Λόγον, τὸν δι' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον, αὐτοὶ γεγόνασιν ἀδόκιμοι· ἔφη οὖν Ἱερεμίας περὶ αὐτῶν· « Ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτοὺς, ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς Κύριος· » Κέκρυπται καὶ ἀπὸ τούτων τὸ Χριστοῦ μυστήριον· καὶ γοῦν ἔφη που τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὁ Κύριος περὶ αὐτῶν· « Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· ἐκείνοις δὲ οὐ δέδοται. » Ὑμῖν δὲ τίσι; Τοῖς πιστεύσασι δηλονότι, τοῖς ἐπεγνωκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, τοῖς τὸν νόμον νοοῦσι πνευματικῶς, τούτοις εὐδόκησεν ὁ Πατὴρ ἀποκαλύψαι τὸν ἴδιον Υἱόν.

V. 22. *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo.*

Manifestat iterum nobis gloriam suam, et congruæ Deo celsitudinis dignitatem, nec non humanationis solertem rationem, Dominus noster Jesus Christus; et quanta hinc evenerit terræ incolis utilitas, palam facit. « Omnia, inquit, tradita sunt mihi a Patre meo. » Erat enim, et adhuc est cœli ac terræ Dominus, Patri assidens, et cum ipso rerum omnium Dominator. Postquam vero semet demittens homo inter nos exstitit, loquitur item haud alieno a carnis dispensatione modo, et convenientia exinanitionis modulo verba non recusat, ut **251** credatur factus unus de nobis, nostramque gerere paupertatem. Itaque cœli et terræ, et omnino rerum omnium Dominus, cuncta sibi tradita dicit a Patre. Nam totius orbis terrarum Dominus est. Cæteroquin his dictis, statim transilit ad majestatem suam ac sublimitatem, seque demonstrat nullatenus Parenti proprio inferiorem. Quid enim Patri dicit? Et nemo scit, sine magisterio, Patris naturam, inquit, nisi Filius. Neque consubstantialem ei Filium quispiam agnovit, nisi Pater. Quotquot autem per revelationem noverunt Deum, hi non quid sit sciunt, sed eum exsistere sciunt. —Qui ergo priora verba, « Omnia mihi tradita sunt a Patre, » ad Filii depressionem trahunt, discant e posterioribus, Filii in re omni æqualitatem Patri. Cur enim, nemine sciente, ut ait, Filium præter solum Patrem, vos audetis cogitare ac dicere, Patre minorem esse Filium, quasi hunc apprime cognoscatis? Nam qui a solo cognoscitur Patre, is supra omnem mentem sermonemque est; sicuti et ipse Pater, qui a solo cognoscitur proprio Filio. Sola enim se ipsam novit sancta consubstantialis Trini-

Πάντα παρεδόθη μοι ὑπὸ τοῦ Πατρός μου.

(A f. 139, B f. 104) Ἐμφανίζει γοῦν πάλιν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ τῆς θεοπρεποῦς ὑπεροχῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ εὐτεχνὲς, ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός· ὅση τε γέγονεν ἐντεῦθεν ἡ ὄνησις, τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς καθίστησιν ἐναργές· « Πάντα μοι, φησὶ, παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου. » Ἦν μὲν γὰρ καὶ ἔστιν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς Κύριος, καὶ σύνθρονος τῷ Πατρὶ, καὶ συγκατάρχων αὐτῷ τῶν ὅλων. Ἐπειδὴ καὶ καθεὶς ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, διαλέγεται πάλιν οὐκ ἀπεικότως τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ, καὶ τὰς πρεπούσας τοῖς τῆς κενώσεως μέτροις οὐ παραιτεῖται φωνὰς, ἵνα πιστεύηται γεγονὼς καθ' ἡμᾶς, καὶ τὴν ἡμῶν φορέσας πτωχείαν. Ὁ τοίνυν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, καὶ συλλήβδην τῶν ὅλων Κύριος, ἑαυτῷ πάντα παραδεδόσθαι φησὶν ὑπὸ τοῦ Πατρός· κεκυρίευκε γὰρ τῆς ὑπ' οὐρανόν. Ἀλλὰ τοῦτο εἰπὼν, ἄνεισιν εὐθὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν καὶ ὑπεροχὴν· καὶ διαδείκνυσι κατ' οὐδένα τρόπον, τοῦ ἰδίου Πατρὸς ἑαυτὸν ἡττώμενον· τί γὰρ ἔφη πρὸς ἐκεῖνον; Καὶ οὐδεὶς γινώσκει τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν ἀδιδάκτως, φησὶν, εἰ μὴ ὁ Υἱός· οὐδὲ τὸν ὁμοούσιον αὐτῷ Υἱὸν εἶδέ τις, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· ὅσοι δι' ἀποκαλύψεως ἔγνωσαν τὸν Θεὸν, οὗτοι οὐ τί ἐστιν ἔγνωσαν, ἀλλ' ὅτι ἔστιν. — (A f. 139 b, B f. 104 b) Οἱ τοίνυν τὰς πρώτας λέξεις, τὰς λεγούσας, « Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, εἰς ὕφεσιν ἐκλαμβάνοντες τοῦ Υἱοῦ, μανθανέτωσαν διὰ τῶν ἐφεξῆς τὴν κατὰ πᾶν ὁτιοῦν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ἀπαραλλαξίαν. Πῶς γὰρ οὐδενὸς εἰδότος, καθά φησι, τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ μόνου τοῦ Πατρὸς, αὐτοὶ τετολμήκατε φρονεῖν καὶ λέγειν, ὅτι ἐλάττων ἐστὶν αὐτοῦ, ὡς ἀκριβῶς εἰδότες αὐτόν; Ὃν γὰρ μόνος εἶδεν ὁ Πατὴρ, ὑπὲρ

[10] Jerem. VIII, 8, 9. [11] Jerem. VI, 30. [12] Luc. VIII, 10.

πάντα νοῦν ἐστι καὶ λόγον, καθὰ καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ A ὁ ὑπὸ μόνου γινωσκόμενος τοῦ ἰδίου γεννήματος· μόνη γὰρ οἶδεν ἑαυτὴν ἡ ἁγία καὶ ὁμοούσιος Τριάς, ἡ παντὸς ἐπέκεινα καὶ νοῦ καὶ λόγου· ἀποκαλύπτει δὲ ἡμῖν ὁ Υἱὸς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὥς φησι Παῦλος· « Ἡμῖν γὰρ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ. »

tas, quæ omnem superat intellectum atque orationem. Revelat autem nobis Filius per sanctum Spiritum, ut ait Paulus: « Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum [13]. »

Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπε· Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες ἃ βλέπετε.

V. 23. Et conversus ad discipulos suos seorsum dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis!

(A f. 140) Τὰ τῶν πραγμάτων ἀποῤῥητότερα, τοῖς ἀναγκαίοις μάλιστα τῶν ἐπιτηδείων, ἀνακοινοῦσθαι χρὴ, καὶ οὐχὶ τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς. Φίλοι δὲ αὐτοῦ μαθητείας ἠξιωμένοι, καὶ πεφωτισμένον ἔχοντες τῆς καρδίας τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ τὸ οὖς ἕτοιμον εἰς ὑπακοήν. Καὶ γοῦν ἔφη ποτὲ πρὸς τοὺς ἁγίους ἀποστό- B λους· « Οὐκέτι λέγω ὑμᾶς δούλους, ὑμεῖς φίλοι μού ἐστε· ὁ δοῦλος οὐκ οἶδε τί ποιεῖ αὐτοῦ ὁ Κύριος· ὑμᾶς δὲ εἴρηκα φίλους, ὅτι πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν. » Τούτοις καὶ τὰ προγεγραμμένα φησὶν οἰκονομικώτατα στραφεὶς πρὸς αὐτοὺς, τουτέστιν ἐν ἀποστροφῇ ποιησάμενος τοὺς μήτε ὁρᾷν μήτε ἀκούειν ἐθέλοντας, ἀνηκόους δὲ ὄντας, καὶ τυφλὸν ἔχοντας ἐν ἑαυτοῖς τὸν νοῦν, ὅλον ἑαυτὸν ἐχαρίζετο τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ εἰς αὐτοὺς ἀφορῶν, μακαρίους ἔφη τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς ὁρῶντας ἤγουν ὀψομένους ἃ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτοὶ καὶ πρῶτοι τεθέανται. Πεποίηται μὲν οὖν ὁ ἐπὶ τούτοις λόγος, ὡς ἀπό γε τῆς παρὰ πᾶσι καὶ κοινῆς συνηθείας· πλὴν ἐκεῖνο ἡμᾶς ἐξεπίστασθαι χρή· τὸ γὰρ βλέπειν ἐν τούτοις, οὐχ ἐνεργείας τῆς δι' ὀμμάτων C σωματικῶν εἰσκομίζει δήλωσιν, ἀπολαύσεως δὲ μᾶλλον τῶν δι' αὐτοῦ τοῖς εὐσεβέσι δεδωρημένων· οἷον, ὡς εἴ τις λέγοι· Ὁ δεῖνα τυχὸν καιροὺς εἶδε καλοὺς, ἀντὶ τοῦ, Ἐν ἀπολαύσει γέγονε καιρῶν ἀγαθῶν. Καὶ τό· « Ἴδοις δὲ τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ, » ἐν ψαλμοῖς εἰρημένον, οὕτω νοήσεις, ἀντὶ τοῦ, Γένοιτό σοι μετασχεῖν τῶν ἀγαθῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ, τῆς ἄνω δηλονότι καὶ ἐν οὐρανοῖς. Ὅτι γὰρ οὐχ' οἱ γεγονότες θεωροὶ τῆς διὰ Χριστοῦ θεοσημείας, εἶεν ἂν μακάριοι πάντη τε καὶ πάντως, πῶς ἔστιν ἀμφιβάλλειν; Πλεῖστοι μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι τεθέανται θεοπρεπῶς ἐνεργοῦντα Χριστόν· ἀλλ' οὐχ ἅπασιν ἂν πρέποι τὸ μακαρίζεσθαι· πεπιστεύκασι γὰρ οὐδαμῶς, ἀλλ' οὐδὲ τεθέανται τὴν δόξαν αὐτοῦ τοῖς τῆς διανοίας ὄμμασιν.

Secretiora negotia necessariis potissimum familiarium communicanda sunt, non autem indifferenter quibuslibet. Amici vero Domini sunt ii omnes, qui discipulatu illius digni fuerunt, cordisque oculum illuminatum habent, et aurem obtemperando paratam. Quamobrem aiebat aliquando sanctis apostolis: « Jam non dico vos servos; vos enim amici mei estis: servus nescit quid faciat Dominus suus; vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis [14]. » Iis ea etiam quæ supradicta sunt ait, prudentissime ad eos **252** conversus; id est ab illis avertens se, qui neque videre neque audire volebant, contumacibus videlicet, cæcamque mentem gerentibus, totum se præbebat amatoribus suis; in eosque intuens, beatos dixit oculos videntes vel potius visuros, quæ præ cæteris ipsi primi spectabant. Hic ergo ita locutus est, ut in communi consuetudine fit. Verumtamen hoc nos sedulo cognoscere debemus; nempe hic videre, haud corporeorum oculorum actionem significare, sed oblectationem potius quam pii homines ex Christi donis percipiunt. Veluti si quis dicat: Ille bona tempora vidit, pro bonis temporibus fruitus est. » Et illud, « Videas utinam tempora bona Jerusalem! » quod in Psalmis dicitur [15], pro eo intelliges: utinam tibi contingat potiri bonis Jerusalem, supernæ illius scilicet et cœlestis! Nam quod ii qui Christi miraculorum fuere spectatores, haud per se omnino absoluteque beati fuerint, quis dubitare queat? Plurimi enim Judæi Christum Deo digna operantem viderunt: neque tamen omnes appellare beatos merito possumus: nam neque crediderunt, neque gloriam ejus mentis oculis viderunt.

Ἀλλὰ γὰρ τίνα τρόπον ἐμακαρίσθησαν ἡμῶν οἱ D ὀφθαλμοί; Τί δὲ ἄρα τεθεαμένοι; Εἴδομεν τὸν ἐν μορφῇ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Θεὸν Λόγον, δι' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον· τὸν ὁμόθρονον τῷ Πατρὶ, μεθ' ἡμῶν, ἤγουν ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς, ἵν' ἡμᾶς ἑαυτῷ συμμόρφους ἀποτελέσῃ, δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης, ἐγχαράττων ἡμῖν τὸ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος κάλλος, νοητῶς δηλονότι καὶ πνευματικῶς. Καὶ τούτου μάρτυς ὁ Παῦλος, οὕτω γεγραφώς· « Ὥσπερ γὰρ ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὕτω φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου· » χοϊκὸν κενὸν ἄνθρωπον εἶναι λέγων, τὸν πρωτόπλαστον Ἀδάμ· ἐπουράνιον δὲ, τὸν ἄνωθεν καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς

Sed age quomodo beati dicti sunt oculi nostri? Vel quid demum hi viderunt? Vidimus in forma Dei Patris Deum Verbum, propter nos hominem factum: Patris assessorem, inter nos versantem, id est, forma nostra vestitum; ut nos sibi conformes faceret, per sanctificationem atque justitiam, nobis imprimens divinitatis suæ pulchritudinem, intellectualiter nimirum ac spiritaliter. Rei hujus testis Paulus, ita scribens: « Sicut enim terreni imaginem gessimus, ita cœlestis quoque imaginem geremus [16]; » terrenum vanumque hominem esse dicens, primum illum creatum Adamum; cœlestem autem, illud quod desuper ex substantia Patris efful-

[13] I Cor. II, 10. [14] Joan. XV, 15. [15] Psal. CXXVII, 5. [16] I Cor. XV, 49.

sit Verbum. Deinde factus, ut dixi, in similitudinem nostram naturalis ille Filius formam servi assumpsit [17], ut nos servitutis jugo alligatos, naturaliter **253** enim serva est creatura quælibet, liberos efficeret, bona ejus participantes : etenim filii appellati fuimus per ipsum et cum ipso. Pauper nobiscum effectus est, qui dives erat, ut hominis naturam ad suas opes extolleret. Mortem in crucis ligno gustavit, ut de medio auferret quæ propter lignum evenerat transgressionem, ut contractam culpam elueret, mortisque a nobis tyrannidem procul pelleret. Vidimus cadentem Satanam; humiliatum, qui superbiebat; sine honore eum, qui antea adorabatur; eum qui Deus videbatur, sanctorum pedibus conculcatum. His enim potestas fuit attributa impuros spiritus increpandi.

Maxima est hæc dignitas hominisque naturam excedens, imo uni congruens qui est super omnia Deo. Hujus vero rei initium nobis fuit, manifestatum humana forma Verbum; increpabat enim impuros spiritus. Attamen miseri Judæi aiebant : « Hic non ejicit dæmonia nisi ope Beelzebul principis illorum [18]. » Quarum vocum impietati occurrebat Dominus dicens : Si ego ope Beelzebul ejicio dæmonia, filii vestri quo juvante ejiciunt? « Quod si ego cum Dei Spiritu ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei [19]. » Nam si ego, inquit, homo æque ac vos factus, nihilominus habeo congruæ Deo potestatis efficaciam, utique ad vos tam grande tamque eximium bonum devenit. In me enim gloriatur hominis natura posse Satanam se calcare. Itaque ad nos pervenit regnum Dei, dum versans nobiscum Verbum, in carne ipsa operatur quæ Deum decent. In hac nos conditione esse cognoscimus; beatique oculi nostri sunt, ineffabilem doctrinam ejus audivimus, notitiam Patris sui nos docuit, cum nobis propria in natura manifestavit, Mosaicarum figurarum veritatem fecit conspicuam. Hæc multi prophetarum cernere optarunt, plurimi quoque reges. Itaque **254** comperiemus modo quidem dicentes : « Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis [20]. » Salutaris quippe misericordiæ nomine Filium designant. Rursus aliquando : « Memento, Domine, in beneplacito populi tui; visita nos in salutari tuo; ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia cum gente tua [21]. » Quænam autem sit gens electa in Christo a Deo Patre, edisseret sapientissimus Petrus homines fide præstantes alloquens : « Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum [22]. »

A ἐλλάμψαντα Λόγον. Εἶτα γενόμενος ὡς ἔφην, ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς ὁ κατὰ φύσιν Υἱὸς ἔλαβε δούλου μορφὴν, ἵν' ἡμᾶς τοὺς ἐν ζυγῷ δουλείας κατεσφιγμένους, φύσει γὰρ δοῦλόν ἐστι τὸ ποιηθὲν, ἐλευθέρους ἀποφήνῃ, τὰ αὐτοῦ κερδαίνοντας· ὠνομάσμεθα γὰρ υἱοὶ δι' αὐτόν τε καὶ σὺν αὐτῷ· συνεπτώχευσεν ἡμῖν πλούσιος ὤν, ἵνα τὴν ἀνθρώπου φύσιν εἰς τὸν ἴδιον ἀγάγῃ πλοῦτον· ἐγεύσατο θανάτου διὰ ξύλου καὶ σταυροῦ, ἵν' ἐκ μέσου ποιήσῃ τὴν διὰ ξύλου παράβασιν, καὶ τὰ ἐπ' αὐτοῖς δὴ τούτοις αἰτιάματα καταλύσῃ, καὶ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος ἀποστήσῃ τὸν θάνατον· εἴδομεν πεσόντα τὸν Σατανᾶν· ἐν ταπεινώσει, τὸν ἀλαζόνα· ἄτιμον, τὸν ποτὲ προσκυνούμενον· τὸν ἐν ὑπολήψει θεότητος, ὑπὸ πόδας ἁγίων· ἔλαβον γὰρ ἐξουσίαν πνεύμασιν ἀκαθάρτοις B ἐπιτιμᾷν (1).

Ἀξίωμα δὲ τοῦτο πάμμεγα καὶ ὑπὲρ ἀνθρώπου φύσιν καὶ μόνῳ πρέπον τῷ πάντων ἐπέκεινα Θεῷ· ἀρχὴ δὲ τούτου γέγονεν ἡμῖν, ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ πεφηνὼς ὁ Λόγος· καὶ γοῦν ἐπέπληττε μὲν τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασιν. Ἔφασκον δὲ οἱ τάλανες Ἰουδαῖοι, ὅτι « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. » Πρὸς ταύτας αὐτῶν τὰς ἀνοσίους φωνὰς ὑπήντα λέγων ὁ Κύριος· « Εἰ ἐγὼ ἐν Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσιν; Εἰ δ' ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια, ἄρα ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. » Εἰ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ἄνθρωπος καθ' ὑμᾶς γεγονὼς, ἔχω οὕτως τῆς θεοπρεποῦς C ἐξουσίας τὴν ἐνέργειαν, ἐφ' ὑμᾶς κατέβη τὸ οὕτω μέγα καὶ ἐξαίρετον ἀγαθόν· εὐδοκιμεῖ γὰρ, φησὶ, ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν ἐμοὶ πατοῦσα τὸν Σατανᾶν· οὐκοῦν ἐφ' ἡμᾶς ἔφθασεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, τοῦ καθ' ἡμᾶς γεγονότος Λόγου καὶ μετὰ σαρκὸς ἐνεργοῦντος τὰ θεοπρεπῆ· ἐν τούτοις ὄντας ἑαυτοὺς τεθεάμεθα· καὶ μακάριοι γεγόνασιν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοί· ἠκούσαμεν αὐτοῦ τῆς ἀῤῥήτου μυσταγωγίας· ἐδίδαξεν ἡμᾶς τὰ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· ἔδειξεν ἡμῖν αὐτὸν ἐν ἰδίᾳ φύσει· ἐμφανῆ κατέστησε τῶν διὰ Μωϋσέως τύπων τὴν ἀλήθειαν. Ταῦτα πολλοὶ τῶν προφητῶν ἐπεθύμησαν ἰδεῖν, πλεῖστοι δὲ καὶ βασιλεῖς· καὶ γοῦν εὑρήσομεν ποτὲ μὲν λέγοντας· « Δεῖξον ἡμῖν, Κύριε, τὸ ἔλεός σου, καὶ τὸ σωτήριόν σου δῴης ἡμῖν· » ἔλεος γὰρ σωτήριον ὀνομάζουσι τὸν Υἱόν· ποτὲ δὲ πάλιν· D « Μνήσθητι ἡμῶν, Κύριε, ἐπὶ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου, ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου· τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν εὐφροσύνῃ, μετὰ τοῦ ἔθνους σου. » Ἔθνος δὲ ποῖόν ἐστι τὸ ἐξειλεγμένον ἐν Χριστῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐξηγήσεται λέγων ὁ σοφώτατος Πέτρος πρὸς τοὺς διὰ πίστεως εὐδοκιμηκότας· « Ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ἵνα τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. »

[17] Philipp. II, 7. [18] Matth. XII, 24. [19] ibid. 27, 28. [20] Psal. LXXXIV, 8. [21] Psal. CV, 4, 5. [22] I Petr. II, 9.

(1) Agitur de potestate exorcismorum quam Ecclesiæ suæ Christus contulit.

Ἰδοὺ νομικός τις ἀνέστη ἐκπειράζων αὐτὸν, A κ. τ. λ.

(E f. 170) Καιρὸν μὲν ἐκεῖνόν φησι καθ' ὃν ὁ Σωτὴρ τὰς διατριβὰς ἐπὶ τῆς γῆς ἐποιεῖτο, ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τῶν πατρικῶν μὴ ἐξιστάμενος. — (A f. 141) Νομικὸν (1) δὲ ἐν τούτοις φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, τὸν νομοΐστορα, κατά γε τὴν παρὰ Ἰουδαίων συνήθειαν, ἤγουν τὸν οἰόμενον εἰδέναι τὸν νόμον, οὐ μὴν ἔτι καὶ εἰδότα κατὰ ἀλήθειαν. Οὗτος ἐνόμισε συναρπάσαι Χριστόν· καὶ ἐπί τισιν, ἐρῶ. Λογοποιοί τινες ἀθυροστομεῖν εἰωθότες, ἅπασαν περιεφοίτων τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, κατηγοροῦντες Χριστοῦ, καὶ φάσκοντες, ὅτι τὴν μὲν διὰ τοῦ Μωϋσέως ἐντολὴν ἀνόνητον εἶναί φησι, καινὰ δὲ αὐτὸς εἰσφέρει διδάγματα· ἦσαν δὲ τῶν πιστευσάντων ἤδη τινὲς, οἳ τοῖς παρ' ἐκείνων B ἀντέπραττον λόγοις, ἀποδεχόμενοι πανταχοῦ τὸ εὐαγγελικὸν σωτήριον κήρυγμα. Ἐθελήσας τοίνυν ὁ νομικὸς, ἤγουν οἰηθεὶς δύνασθαι παγιδεῦσαι Χριστὸν εἰς τὸ λαλῆσαί τι κατὰ Μωϋσέως, ἤγουν τῆς δι' αὐτοῦ λαληθείσης ἐντολῆς, κρείττονα τὴν παρ' ἑαυτοῦ διδασκαλίαν εἰπεῖν, πρόσεισι πειράζων αὐτὸν καὶ λέγων· « Τί ποιήσας, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω. » Μεθ' ὑποκρίσεως πρόεισι, καὶ γνώμης ἐπιπλάστου καὶ τιμὰν ὑποκρινόμενος, διδάσκαλον ὀνομάζει, ὡς ἂν διὰ τῆς χρηστολογίας ἡ ἐν αὐτῷ κεκρυμμένη διαλάθῃ πεῖρα· ἀλλ' εἶπεν ἄν τις αὐτῷ τῶν εὖ εἰδότων τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον· Εἰ νόμον ἠπίστασο, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ κεκρυμμένης θεωρίας τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν ἠγνόησας ὃν πειράζειν ἐπεχείρεις, εἰδότα τὰ κεκρυμμένα, C καὶ καθορᾶν ἰσχύοντα τὰς τῶν προσιόντων αὐτῷ καρδίας. Διδάσκαλον ἀποκαλεῖς, μανθάνειν οὐκ ἀνεχόμενος· ὑποκρίνῃ τιμᾶν, συναρπάσαι προσδοκῶν. Ἄθρει δέ μοι πάλιν τὸ κακόηθες εἰς λόγους τοῦ νομικοῦ (2)· ἐξῆν μὲν γὰρ εἰπεῖν· Τί ποιήσας, σωθήσομαι, ἤγουν ἀρέσω Θεῷ, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λήψομαι μισθόν; Ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἀφίησι· κέχρηται δὲ μᾶλλον ταῖς τοῦ Σωτῆρος φωναῖς, τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς καταχέων τὸν γέλωτα (3). Ἐπειδὴ γὰρ ἔθος ἦν τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ περὶ ζωῆς αἰωνίου διαλέγεσθαι συχνῶς τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, διαλεγόμενος ὡς ἔφην ὁ περίαυτος νομικὸς, ταῖς αὐτοῦ κέχρηται φωναῖς. Ἀλλ' εἴπερ ἦσθα φιλομαθὴς ἀληθῶς, ὦ νομικὲ, ἤκουσας ἂν παρ' αὐτοῦ τὰ εἰς ζωὴν ἀποφέροντα τὴν αἰώνιον· ἐπεὶ δὲ πειράζεις κακούργως, D οὐδὲν ἕτερον ἀκούσῃ, πλὴν ὅτι μόνον τὰ διὰ Μωϋσέως τοῖς πάλαι τεθεσπισμένα· ἅπερ προδήλως οὐδὲ τὴν αἰώνιον εἶχε ζωὴν ἀντιμισθίαν, ἀλλὰ τὴν ἐνταῦθα διδομένην, τῶν τε κακῶν ἀπαλλαγὴν, καὶ τῶν χρηστοτέρων ἀντίδοσιν. « Ἐὰν γὰρ θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, φησὶ, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. »

V. 25. *Ecce quidam nomicus surrexit tentans illum*, etc.

Tempus quidem dicit illud quo Servator versabatur in terra, ille ubique præsens et a paterno sinu nunquam absens. Nomicum autem hic evangelista legisperitum appellat, secundum Judæorum consuetudinem, nempe hominem qui credebatur legem cognoscere, etsi aliter res se habebat. Hic putavit posse a se Christum decipi. Quanam autem in re, jam dicam. Garruli quidam homines, effreni lingua uti soliti, universam Judæorum regionem concursabant, ipsamque Jerusalem, Christum criminantes, cum dicerent ab illo Moysis legem inutilem pronuntiari, novasque doctrinas invehi. Erant tamen jam nonnulli credentes, qui illorum sermonibus contradicebant et evangelicam Servatoris prædicationem prono animo admittebant. Volens itaque nomicus, vel potius sperans, posse a se Christum irretiri, ut aliquid contra Moysen, id est contra legem per eum latam diceret, melioremque esse affirmaret doctrinam suam, accedit tentans eum dicensque: « Quid agam, ut vitam æternam consequar? » Nimirum cum hypocrisi procedit fictaque mente; et honorare simulans, magistrum appellat, ut sub blandi sermonis velamine tentatio ejus lateret. Atqui aliquis incarnationis mysterium minime ignorans fortasse huic diceret: Si legem **255** scires, reconditæque illic doctrinæ vim, profecto etiam scires, ab eo quem tentas, res occultas non ignorari eique corda accedentium patescere. Magistrum dicis, quem audire non sustines; honorare simulas, quem decipere speras. Et videsis adhuc nomici improbam loquendi rationem. Nam cum dicere posset: Quid agam ut salver, sive Deo placeam, ab eoque mercedem recipiam; his omissis, Servatoris vocabulis utitur, ridiculum plane se exhibens. Nam quia solebat universalis Servator Christus de vita æterna ad sibi accedentes perpetuo loqui, nomicus hic de se magnifice sentiens, utitur illius vocibus. Sed enim si vere esses, o nomice, discendi cupidus, utique ab eo quæ ad vitam æternam conferunt audivisses; nunc quia maligne tentas, nihil aliud audies quam quæ a Moyse priscis hominibus præscripta fuerunt; quæ quidem constat ne æternam quidem vitam, sed præsentem tantummodo mercedis loco contulisse, malaque avertisse, et paulo meliora bona retribuisse. Nam « Si volueritis, inquit, mihi auscultare, terræ bona manducabitis; sin vero obtemperare mihi recusabitis, gladio consumemini [25]. »

Εἶπε δὲ αὐτῷ· Ὀρθῶς ἀπεκρίθης, κ. τ. λ.

(A f. 143, B f. 106, E f. 177) Πλὴν ἀπαγγείλαντος τοῦ νομικοῦ τὰ ἐγκείμενα τῷ νόμῳ, κολάζων αὐτοῦ

V. 28. *Dixitque illi: Recte respondisti*, etc.

Nomico referente quid esset in lege, ut malitiam ejus puniat, mentemque improbam Christus, qui

[25] Lev. xxvi, 3 seqq.

(1) De nomico videsis copiose disserentem Arsenium apud nos *Class. AA.*, t. X, p. 553-557.

(2) Corderius in sua Lat. catena a loci sensu prorsus aberrans scribit, *verum incitat me rursus cacoethes in sermonem legisperiti.*

(3) Perverso rursus sensu Corderius, *ut eum risui haberet.*

omnia novit, coarguat, « Recte respondisti, ait; hoc fac, et vives. » Atque ita speratam prædam amisit nomicus, ruptum est fraudis rete. Ergo nos illi inclamemus Jeremiæ voce : « Præda fuisti, captus es [24]. » — Præda amissa, ad jactantiam devolvitur, a dolo ad superbiam; nam vitia eum alternatim circumveniunt. Interrogaverat enim non quia discere vellet, sed, ut ait evangelista, quia **256** semet justum ostendere studebat. Et videsis quomodo et sui nimis amans et simul tumidus impudenter respondet : « Et quis est meus proximus? » Quis est hic, inquit, ut eum tanquam me ipsum amem? Ego enim cunctis emineo, legis doctor sum, sententiam dico in omnes, nemo in me; judico, et non judicor, excedo dignitate omnes, cunctis præsto, cunctis impero. Quis est, inquam, proximus meus, ut hunc ceu me ipsum diligam? Nemo igitur, o legis doctor, tibi est comparandus? Cunctis superiorem te facis? Demitte supercilium, memento quid dicat Proverbiorum auctor : « Sui ipsius cognitores, sapientes sunt [25]. » Revera in his tota vitæ virtus consistit, in Deo scilicet amando ac proximo : quæ quidem a nobis præcepta non immutantur, sed ultra Judaicam mensuram extenduntur : cujus extensionis virtus, prædictorum præceptorum utrumque complectitur. Namque ex toto corde et anima et viribus Deum amare, expellit amorem divitiarum, voluptatum, vanæque gloriæ; abstrahit a mundi affectu, a mundo separat, Christo copulat; atque ut summatim dicam, Christianum ex Judæo facit. Item proximi amor recte intellectus, nempe si erga non unam gentem fuerit, sed erga omne nobis connaturale genus, charitatem erga Deum subsequitur; adjiciens etiam, per Christi imitationem, ut ne tantummodo sicuti nosmet ipsos proximum diligamus, verum etiam supra nos; in tantum, ut animam quoque pro dilectis hominibus ponamus, quod fecit Dominus. Porro laudatus a Salvatore nomicus quod pulchrum responsum fecisset, in superbiam erupit, neminem sibi proximum esse statuens; quasi nemo justitiæ merito secum certare posset. Ita apud se existimans ceu Pharisæus ille qui aiebat : « Non sum sicut cæteri hominum [26]. » Nempe ignorans, justitiam corrumpi, nisi quod fit, charitate fiat. Et hic itaque charitate carere convincitur; neque illa tantummodo erga Deum, sed sine dubio etiam **257** illa quæ tendit in proximum, quandoquidem is neminem sibi proximum judicat. Exploratum quippe est, eum qui fratrem quem videt non diligit, non posse Deum quem non videt diligere.

V. 30. *Homo quidam descendebat*, etc.

Animadverte quomodo proximum designat Salvator, non ex genere illum definiens, non virtute pro-

A τὴν πονηρίαν, καὶ τὸ δύστροπον ἐλέγχων φρόνημα Χριστὸς ὁ πάντα εἰδώς· « Ὀρθῶς ἀπεκρίθης, φησί· τοῦτο ποίει καὶ ζήσῃ. » Ἐκπέπτωκε τῆς θήρας (1) ὁ νομικὸς, ἐῤῥάγη τῆς ἀπάτης τὸ λίνον· οὐκοῦν ἐπιφωνῶμεν αὐτῷ τὸ διὰ τῆς Ἱερεμίου φωνῆς· « Ἠγρεύθης καὶ ἐλήφθης. » — (A f. 143 b, E f. 178) Ἀποτυχὼν τῆς θήρας, ἐκκεκύλισται πρὸς φιλοδοξίαν· ἐξ ἀπάτης εἰς ὑπεροψίαν· ἀλλήλαις ὥσπερ αὐτὸν αἱ κακίαι κιχρῶσιν. Ἠρώτησε γὰρ οὐ μαθεῖν θέλων, ἀλλ' ἤ, φησὶν ὁ εὐαγγελιστής, θέλων ἑαυτὸν δικαιῶσαι. Ἄθρει δὲ ὅπως ἐκ φιλαυτίας τε ὁμοῦ καὶ ὑπεροψίας, ἀναίδην ἀνεφώνει· « Καὶ τίς ἐστί μου πλησίον; » Τίς ἐστιν οὗτος, φησὶν, ἵνα τοῦτον ὡς ἐμαυτὸν ἀγαπήσω; Ὑπερέχω πάντων· εἰμὶ νομικός· κρίνω πάντας, οὐ κρίνομαι παρά τινος· δικάζω, καὶ οὐ B δικάζομαι· πάντων διαφέρω· πάντων κρείττων τυγχάνω· πᾶσιν ἐπιτάττω· πάντες μου χρῄζουσιν, ἐγὼ δὲ χρῄζω οὐδενός· τίς μου ἄρα ἐστὶ πλησίον, ἵνα τοῦτον ὡς ἐμαυτὸν ἀγαπήσω; Οὐδεὶς αὖ, νομικὲ, κατὰ σέ; Πάντων ἐπέκεινα σαυτὸν ἀποφέρεις; Κατένεγκε τὴν ὀφρύν· μέμνησο τοῦ λέγοντος παροιμιαστοῦ· « Οἱ δὲ ἑαυτοῖς ἐπιγνώμονες, σοφοί. » Ὄντως ἐν τούτοις ἡ τῆς ζωῆς δύναμις ἐν τῷ ἀγαπᾷν τὸν Θεὸν καὶ πλησίον, οὐκ ἀλλαττομένοις ὑφ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐπιτεινομένοις ὑπὲρ τὰ μέτρα τὰ Ἰουδαϊκὰ, καὶ τῆς ἐπιτάσεως ἐμπεριεχομένης δυνάμει τοῖς εἰρημένοις ἐπιτάγμασι. Τὸ γὰρ ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ψυχῆς, καὶ ἰσχύος τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν, ὑπεξαίρει τὴν πρὸς χρήματα, τὴν πρὸς ἡδονὴν, τὴν πρὸς κενὴν δόξαν C ἀγάπην· ἐξάγει κοσμικῆς διαθέσεως, ἐκλεκτὸν ἀπὸ κόσμου καθίστησι, συνάπτει Χριστῷ, καὶ τὸ ὅλον εἰπεῖν, Χριστιανὸν ἐξ Ἰουδαίου ποιεῖ. Ἥ τε πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη καλῶς νοουμένη, ὅταν μὴ πρὸς τὸ ὁμοεθνὲς ᾖ μόνον, ἀλλὰ πρὸς πᾶν τὸ ὁμογενὲς, ἀκόλουθος τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ καθίσταται· προσλαμβάνουσα καὶ τὸ κατὰ μίμησιν Χριστοῦ, τὸ μὴ μόνον ὡς ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἑαυτόν· ὥστε θεῖναι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν φίλων· ὅπερ ὁ Κύριος πεποίηκεν. Ἐπαινεθεὶς μέν τοι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ὁ νομικὸς, ὡς καλὴν τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο, τὴν ἀλαζονείαν ἐξέῤῥηξεν· οὐδένα εἶναι πλησίον ἑαυτοῦ τιθέμενος, ὡς οὐδενὸς ὄντος αὐτῷ κατὰ τὴν δικαιοσύνην ἐφαμίλλου. Τοιαῦτα δὴ φρονῶν οἷα ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος, ὁ λέγων· « Οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων· » D οὐκ εἰδὼς ὡς τοῦτο διαφθείρει τὴν δικαιοσύνην, τὸ μὴ ἐξ ἀγάπης ὃ πράττει ποιεῖν. Ἐνδεὴς οὖν καὶ οὗτος τῆς ἀγάπης ἁλίσκεται· πάντως μὲν καὶ τῆς πρὸς Θεὸν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς γε πρὸς τὸν πλησίον, ἐμφανῶς, ὅπου οὐδὲ εἶναί τινα πλησίον ἑαυτοῦ λογίζεται· δῆλον δὲ ὅτι τὸν ἀδελφὸν οὐκ ἀγαπῶν ὃν ἑώρακεν, οὐ δύναται Θεὸν ἀγαπᾷν ὃν οὐχ ἑώρακεν.

Ἄνθρωπός τις κατέβαινεν, κ. τ. λ.

(E f. 179) Ὅρα δὲ πῶς δείκνυσιν τὸν πλησίον ὁ Σωτὴρ τίς ἐστιν, οὐ γένει διορίζων, οὐκ ἀρετῇ ὁ-

[24] Jerem. II, 14. [25] Prov. XIII, 10, juxta LXX. [26] Luc. XVIII, 11.

(1) Corderius, mendose legens θύρας, ait, *jurisperitus a janua*. Item voc. ἠγρεύθης vertit *venabatur*, pro *præda fuisti*. Sed omnia hujusmodi animadvertere jam desinam; est enim id prope inutile vel certe odiosum, præsertim quia scriptores omnes multifariam labimur.

κιμάζων ἀλλὰ τῇ φύσει συνάπτων, διηγούμενος περὶ A τοῦ δεινὰ πεπονθότος ὑπὸ λῃστῶν, ᾧ φιλανθρωπία παρὰ παντὸς ἀνθρώπου προσήκει, τοῦτο τῆς φύσεως αὐτῆς ἀπαιτούσης. Συνεπιδείκνυται δὲ ἐν τῇ παραβολῇ καὶ τοῦτο, ὅτι μᾶλλον εὑρίσκει τὸν κατὰ φύσιν πλησίον ὁ μὴ τετυφωμένος, ἤπερ ὁ τετυφωμένος· Σαμαρείτης γὰρ ὑπὲρ ἱερέα καὶ Λευίτην· ὅτι οἱ μὲν κείμενον ἡμιθνῆτα καὶ ἐν ἐσχάτοις ὄντα κακοῖς, ἀντιπαρῆλθον, οὐδὲν ἐπ' αὐτῷ πεπονθότες ἀνθρώπινον, οὐ τὸ ἐξ ἀγάπης ἔλαιον ἐπιστάξαντες, ἀσυμπαθὲς δὲ μᾶλλον καὶ ἀπηνὲς ἐσχηκότες τὸ φρόνημα. Ὅ γε μὴν ἀλλογενὴς καὶ τελῶν ἐν Σαμαρείταις πεπλήρωκε τῆς ἀγάπης τὸν νόμον. Ἄκουε γοῦν καὶ τῆς παραβολῆς. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, κ. τ. λ.

Ἐπιβιβάσας δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆνος, B κ. τ. λ.

(A f. 144, B f. 106 b, E f. 180 b) Ἄλλως δὲ, ἐπειδὴ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, « Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκεν, ἀλλὰ παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς, » καὶ πᾶσαν μὲν ἐπιθυμίαν βοσκηματώδη καὶ ἀκόλαστον κατηῤῥώστησεν· ἀπαρχὴ γενόμενος τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Χριστὸς, ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν, ἐν ἑαυτῷ πρῶτον ἔδειξε τούτων τῶν κτηνωδῶν παθῶν ὑπεραναβάντας ἡμᾶς· αὐτὸς γὰρ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε. Διὰ τοῦτο εἶπεν, ὅτι τὸν τυχόντα τῆς θεραπείας ἐπὶ τὸ ἴδιον ὑποζύγιον ἀνεβίβασεν· ἐν ἑαυτῷ γὰρ ἡμᾶς ἔφερεν, ὅτι ἐσμὲν μέλη τοῦ σώματος αὐτοῦ. Ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς πανδοχεῖον ἀπήγαγε· C πανδοχεῖον δὲ τὴν Ἐκκλησίαν καλεῖ, τὴν πάντων γενομένην δεκτικὴν καὶ χωρητικήν. Οὐκέτι γὰρ κατὰ τὸ στενὸν τῆς νομικῆς σκιᾶς καὶ τῆς ἐν τύποις λατρείας ἀκούσομεν· « Οὐκ εἰσελεύσεται Ἀμμανίτης καὶ Μωαβίτης εἰς ἐκκλησίαν Θεοῦ· » ἀλλά· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. » Καί· « Ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. » Καὶ ἀπαγαγὼν, μείζονος ἐπιμελείας ἠξίωσε. Καὶ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας συλλεγείσης ἐκ τῶν τῇ πολυθεΐᾳ νενεκρωμένων ἐθνῶν, αὐτὸς ἦν ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῇ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οἰκῶν καὶ ἐμπεριπατῶν, καὶ πᾶσαν πνευματικὴν δωρούμενος χάριν. Ὅθεν καὶ τῷ προεστῶτι τοῦ πανδοχείου (νοηθείη δ' ἂν οὗτος τύπον ἐπέχειν τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς ποιμένων καὶ διδασκάλων) εἰς οὐρανοὺς ἀνιὼν ἔδωκε δύο D δηνάρια, προνοεῖν ἐπιμελῶς τοῦ ἠῤῥωστηκότος. Καὶ προσθεὶς, ὡς Ἐάν τι προσδαπανήσῃς, ἐγὼ ἐν τῷ ἐπανέρχεσθαί με ἀποδώσω σοι. Δύο δηνάρια, τὰς δύο Διαθήκας φησὶ, τήν τε διὰ τοῦ νόμου Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, τήν τε διὰ τῶν Εὐαγγελίων δοθεῖσαν καὶ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων· καὶ ἀμφοτέρας ἑνὸς οὔσας Θεοῦ, καὶ μίαν εἰκόνα τοῦ ἄνω καὶ ἑνὸς βασιλέως φερούσας, ὡς τὰ δηνάρια, καὶ τὸν αὐτὸν μὲν χαρακτῆρα ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τῶν ἱερῶν λογίων ἐνσφραγιζομένας καὶ ἐντυπούσας, ἐπείπερ καὶ ἓν αὐτὰς καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα λελάληκεν. Ἐρ-

bans, sed ex sola natura denotans, narratione quam facit de quodam a latronibus male mulcato, cui misericordiam abs quovis homine deberi ait, ita ipsa natura exigente. Insuper in ea parabola docet facilius proximum connaturalem a non superbo inveniri, quam a superbo: Samaritanus enim sacerdote et Levita melior apparet: hi enim semivivum jacentem, et suprema calamitate correptum prætierierunt, nulla humanitate commoti, neque charitatis oleum ei affundentes, sed inclementem potius crudelemque indolem retinentes. Contra vero alienigena et Samaritanus implevit charitatis legem. Audi ergo etiam parabolam. Suscipiens autem Jesus, etc.

V. 34. *Et imponens illum in jumentum suum, etc.*

Alioqui vero, quia, uti scriptum est: « Homo cum in honore esset, non intellexit, sed comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis [17], » atque omni belluina ac effreni cupiditate laborare cœpit; factus generis nostri inchoatio Christus, qui peccatum nescivit, in seipso primo nos ostendit belluinarum harum cupiditatum victores. Ipse enim infirmitates nostras suscepit, morbosque gestavit. Propterea dixit, quod illum cui medebatur in jumentum suum imposuerit; in se enim nosmet ferebat, quia membra sumus corporis ejus. Sed et in publicum hospitium duxit; hospitium Ecclesiam vocans, quæ cunctos excipit continetque. Neque enim jam secundum legalis umbræ typicique cultus angustias audiemus: « Non intrabit Ammanita ac Moabita in ecclesiam Dei [18]; » sed: « Euntes, docete omnes gentes [19]. » Itemque: **258** « In omni gente, qui timet Dominum et operatur justitiam, acceptus est illi [20]. » Et sic deductum ægrum majore adhuc cura prosecutus est. Nimirum in Ecclesia, quæ ex gentibus polytheismo mortuis constat, Christus ipse versatur, uti scriptum est, habitans et inambulans, et spiritualem omnem suppeditans gratiam. Unde et hospitii præfecto (hic autem figuram gerere credendus est apostolorum et reliquorum post ipsos pastorum ac magistrorum), cum in cœlum abiit, duos dedit denarios ut diligentem ægroto curam impenderent. Addens etiam: Et si quid supererogaveris, ego cum rediero reddam tibi. Duos denarios dicit Testamenta duo, nempe illud a Moysis lege prophetisque, et hoc ab Evangelio atque apostolicis constitutionibus datum; quæ ambo a Deo sunt, unamque imaginem superni uniusque regis præ se ferunt, ut denarii solent; eumdemque cordibus nostris characterem per sacras doctrinas imprimunt ac repræsentant; quoniam utrumque unus et idem Spiritus dictavit Testamentum. Facessat enim Manes, et ante eum Marcion, irreligiosissimi homines, qui diversis diis ea attribuerunt. Unius profecto regis ambo denarii sunt, eodemque actu ac valore dati præfecto

[17] Psal. XLVIII, 21. [18] Deut. XXIII, 3. [19] Matth. XXVIII, 19. [20] Act. X, 35.

hospitii a Christo. Quos quidem acceptos sanctissimarum ecclesiarum pastores, nec sine labore ac sudoribus ampliantes, et de propria etiam crumena aliquid proferentes, et usu potius augentes (hoc enim spirituale argentum impensis non minuitur, sed augetur, cujusmodi reapse est doctrinæ magisterium) revertenti postrema die Domino dicent unusquisque : Domine, duos denarios dedisti mihi : ecce insuper mea industria expendens, duos alios lucratus sum, quibus gregem amplificavi. Ille vero respondens dicet : « Euge, serve bone et fidelis ; quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium Domini tui [31]. »

δαπανήσας οἴκοθεν, ἕτερα δύο κεκέρδηκα, δι' ὧν τὸ ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σου. »

259 V. 36. *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?*

Merito Dominus interrogavit, quemnam e tribus proximiorem se demonstrasse patienti existimaret? Hic autem : Illum puto, inquit, qui misericors fuit. Non enim sive sacerdos sive Levita proximus fuit patienti, sed qui misertus est ejus. Tunc ait Christus : « Vade, et tu fac similiter. » Est enim inutilis sacerdotii dignitas his qui eam sortiti sunt; item iis qui videntur legis periti, hoc nomine appellari non prodest, nisi factis ipsis justam famam obtineant. En charitatis corona texitur ei qui proximum adamavit. Erat hic Samaritanus, non tamen idcirco abjectus. Propterea testatus est discipulorum princeps, beatus nimirum Petrus, his verbis utens : « Vere comperimus, non esse personarum acceptorem Deum, sed in omni gente quisquis eum timet, et operatur justitiam, acceptum illi esse [32]. » Recipit enim omnes bonorum operum studiosos virtutis amans Deus, eosque diligit, et amicorum loco habet, ac futuris bonis dignatur.

V. 38. *Mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.*

Verumtamen, ut hæc historia demonstrat, magnum quid est et pretiosum hospitalitatis officium. Testabitur et sapientissimus Paulus dicens : « Hospitalitatis nolite oblivisci [33]. » Talis erat Martha quæ Dominum hospitio excepit, quam imitari præclarum est : sicuti etiam sororem ejus cupidissimam discendi Mariam, quæ Domini pedibus assidens, doctrinis ejus mentem suam complebat. Erudit item hoc facto discipulos suos Servator, ut cognoscant qualiter quove modo in hospitum suorum domibus diversari debeant. Oportet enim ingressos non tam supinari ad oblectationes, ne harum causa videantur apud aliquos hospitari, sed ut potius hospites suos sacris divinisque doctrinis impleant.

A ῥέτω γὰρ Μάνης, καὶ πρὸ αὐτοῦ Μαρκίων, οἱ ἀθεώτατοι, διαφόροις θεοῖς ταύτας μερίζοντες (1)· ἑνὸς γὰρ βασιλέως ἐστὶ τὰ δύο δηνάρια, καὶ κατὰ ταὐτὸν καὶ ὁμοτίμως δοθέντα τῷ προεστῶτι τοῦ πανδοχείου παρὰ Χριστοῦ· ἃ δὴ καὶ λαβόντες οἱ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ποιμένες, καὶ μετὰ πόνων καὶ ἱδρώτων ταῖς διδασκαλίαις πλατύναντες, καὶ οἴκοθεν προσδαπανήσαντες, καὶ διὰ τῆς δαπάνης μᾶλλον αὐξήσαντες (τοιοῦτον γὰρ τὸ νοητὸν ἀργύριον ἐξ ὧν δαπανᾶται, μὴ μειούμενον ἀλλ' αὐξόμενον, ὅπερ ὁ τῆς διδασκαλίας λόγος ἐστὶν), ἐπανερχομένῳ τῷ Δεσπότῃ κατὰ τὴν τελευταίαν ἡμέραν, ἐροῦσιν ἕκαστος· Κύριε, δύο δηνάριά δέδωκάς μοι· ἰδοὺ προσποίμνιον ηὔξησα. Καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ· « Εὖ, δοῦλε σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου

B *Τίς οὖν τούτων τῶν τριῶν δοκεῖ σοι πλησίον γεγονέναι τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς;*

(A f. 146, E f 189 b) Εἰκότως ὁ Κύριος ἤρετο, τίνα τῶν τριῶν πλησίον γενέσθαι νενόμικε τοῦ πεπονθότος; Ὁ δέ· Ὁ ποιήσας, φησὶ, τὸ ἔλεος μετ' αὐτοῦ. Οὔτε γὰρ ὁ ἱερεὺς, οὔτε ὁ Λευΐτης πλησίον γέγονε τοῦ πεπονθότος, ἀλλ' ὁ οἰκτειράμενος. Καὶ πρὸς ταῦτα Χριστός· « Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως.» Ἀνόνητον γὰρ τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, τοῖς λαχοῦσιν αὐτὸ, καὶ τοῖς δοκοῦσιν εἶναι νομομαθέσι, τὸ ὠνομάσθαι νομομαθεῖς, εἰ μὴ δι' αὐτῶν εὐδοκιμοῦσι τῶν ἔργων. Ἰδοὺ γὰρ πέπλεκται τῆς ἀγάπης ὁ στέφανος τῷ τὸν πλησίον ἠγαπηκότι· Σαμαρείτης οὗτος ἦν, ἀλλ' οὐκ ἀπόβλητος. Διὰ τοῦτο μεμαρτύρηκεν ὁ πρῶτος ἐν μαθηταῖς, τουτέστιν ὁ μακάριος Πέτρος,

C ὧδέ πως φήσας· « Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι ὅτι οὐκέτι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ποιῶν δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. » Προσίεται γὰρ ἅπαντας τοὺς τῶν ἀγαθῶν ἐπιτηδευμάτων ἐραστὰς ὁ φιλάρετος Κύριος, καὶ ἀσπάζεται, καὶ γνησίους τίθησι, καὶ τῶν μελλόντων ἀξιοῖ ἀγαθῶν.

Γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς.

(A f. 146 b) Πλὴν, κατὰ τὴν ἱστορίαν, μέγα τι χρῆμα καὶ ἀξιόκτητον ὁ τῆς φιλοξενίας τρόπος· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος· « Τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε. » Τοιαύτη τις ἡ Μάρθα

D ὑποδεχομένη τὸν Κύριον, ἣν καλὸν καὶ μιμήσασθαι· ὥσπερ καὶ τὴν φιλομαθεστάτην αὐτῆς ἀδελφὴν Μαρίαν, ἣ τοῖς τοῦ Σωτῆρος ποσὶ προσιζήσασα, τῶν παρ' αὐτοῦ διδαγμάτων τὴν ἑαυτῆς ἐμπίπλησι φρένα. Ὀνίνησι δὲ πάλιν καὶ διὰ τούτων ὁ Σωτὴρ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ἵν' εἰδεῖεν, ὅπως τε καὶ τίνα τρόπον ταῖς τῶν ἐπιδεχομένων αὐτοὺς οἰκίαις ἐνδιαιτᾶσθαι χρή. Δεῖ γὰρ εἰσβάλλοντας οὐχ ὑπτιοῦσθαι μᾶλλον εἰς ἀνέσεις, οὔτε μὴν ὅλως δοκεῖν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας καταλύειν παρά τισιν, ἀλλ' ἵνα

[31] Matth. xxv, 16-21. [32] Act. x, 34, 35. [33] Hebr. xiii, 2.

(1) Hanc Marcionis cum Manete impiam consensionem narrat etiam sanctus Epiphanius hæres. 42, cap. 4.

μᾶλλον αὐτοὺς ἐπιμεστώσειαν μαθημάτων θείων καὶ ἱερῶν. Οἱ δὲ τὴν ἑστίαν αὐτοῖς ἀνευρύνοντες, ὑπαντάτωσαν ἱλαροὶ καὶ πρόθυμοι· οὐχ ὡς διδόντες τι μᾶλλον, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ ληψόμενοι, κατὰ διττὸν τρόπον· πρῶτον μὲν γὰρ ταῖς παρὰ τῶν ξενιζομένων ἐντρυφήσουσι μυσταγωγίαις· εἶτα πρὸς τούτῳ καὶ τὸν τῆς φιλοξενίας κερδανοῦσι μισθόν. Ἐπιδεχόμενοι δὲ εἰς ἑστίαν τοὺς ἀδελφούς, μὴ περισπάσθωσαν περὶ πολλὴν διακονίαν, μὴ ζητείτωσαν τὰ ὑπὲρ χεῖρα καὶ χρείαν· λυπεῖ γὰρ πανταχοῦ ἐν παντὶ πράγματι τὸ περιττόν· ἐνεργάζεται μὲν γὰρ τοῖς φιλοξενεῖν ἐθέλουσιν ὄκνον· καμάτου δὲ τοῖς ἑστιωμένοις εὑρίσκεται πρόξενον.

A Verumtamen ii qui victum iis largiuntur, occurrant hilares alacresque, non tam ut dantes quam **260** ut accepturi; idque duplici ex causa: primum quidem quia hospitum suorum fruentur doctrinis, deinde etiam quia hospitalitatis mercedem consequentur. Dum autem convivio excipiunt fratres, ne multo ministerio distrahantur, nec præter id quod ad manum usumque fuerit, quidquam requirant: molestum enim est ubique et in omni re quidquid est nimium: nam et eos qui exhibere hospitalitatem volunt, remoratur, et iis qui recipiuntur hospitio grave est.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον.

(A f. 147) Καί τοι Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, καὶ Υἱὸς τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, καὶ διανέμει μὲν αὐτὸς τῇ κτίσει τὰ πάντα, δι' ὧν ἂν εὖ ἔχοι καὶ σώζηται· δεῖται δὲ ὅλως αὐτὸς οὐδενός· πλήρης γάρ ἐστι, φησὶν, αὐτός· τίνος οὖν ἐν χρείᾳ καθεστάναι φαίη τις ἂν αὐτὸν, πάντα ἔχοντα φυσικῶς τὰ τοῦ Πατρός; Ἔφη γὰρ ἐναργῶς, ὅτι « Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστιν. » Ἔχει δὲ ὁ Πατὴρ τὸ εἶναι πλήρης ἀγαθοῦ παντὸς καὶ θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων. Ἔστι δὲ τοῦτο καὶ τοῦ Υἱοῦ· καὶ τοῦτο εἰδότες οἱ ἅγιοι λέγουσιν, ὅτι « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν. » Τί δῆτα οὖν προσεύχεται, φησὶν, εἰ πλήρης ἐστὶ, καὶ οὐδενὸς ὅλως δεῖται τῶν τοῦ Πατρός; Πρὸς τοῦτό φαμεν ὅτι δίδωσι μὲν αὐτῷ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος τὸ εἴπερ ἕλοιτο πληροῦν τὰ ἀνθρώπινα, καιροῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο. Εἰ γὰρ ἔφαγε καὶ πέπωκεν, ὕπνου τε μετεσχηκὼς εὑρίσκεται, τί τὸ ἄτοπον κἂν εἰ τοῖς καθ' ἡμᾶς συγκαθιστάμενος μέτροις, καὶ ἀνθρωπίνην δικαιοσύνην ἀποπληρῶν, οὐκ ἀνεπιτήδευτον ἐποιεῖτο τὴν προσευχήν; ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ μὴ ῥαθύμους εἶναι πρὸς τοῦτο· συντείνεσθαι δὲ μᾶλλον λιτὰς, οὐκ ἐν πλατείαις ἑστῶτας μέσαις (ἔδρων γὰρ τοῦτο τῶν Ἰουδαίων τινὲς, Γραμματεῖς δέ εἰσιν οὗτοι καὶ Φαρισαῖοι, φιλοδοξίας ἀφορμὴν τὸ χρῆμα ποιούμενοι), καταμόνας δὲ μᾶλλον, ἡσυχῇ τε καὶ ἀνακεχωρημένως, καὶ οἷον μόνους μόνῳ λαλοῦντας Θεῷ, καθαρῷ καὶ ἀπεριςπάστῳ νῷ. Ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ παντὸς καὶ ἐπωφελεστάτου πράγματος ἀρχὴν καὶ διδάσκαλον οὐχ ἕτερόν τινα ἡμῖν γενέσθαι μᾶλλον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν ἐν πᾶσι πρωτεύοντα καὶ τὰς παρὰ πάντων δεχόμενον λιτάς.

Εἶπε δὲ αὐτοῖς· Ὅταν προσεύχησθε, λέγετε· Πάτερ ἡμῶν, κ. τ. λ.

(A f. 149) Ὦ πολλῆς ἀφθονίας! ὢ γαληνότητος ἀσυγκρίτου καὶ μόνῳ πρεπούσης αὐτῷ! Τὴν ἰδίαν ἡμῖν χαρίζεται δόξαν, ἀναβιβάζει τὸ δοῦλον εἰς ἐλεύθερον ἀξίωμα, Πατέρα καλεῖν ἐφίησι τὸν Θεὸν, ὡς ἐν υἱῶν τάξει γεγεννημένους. Παρ' αὐτοῦ δὲ καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἐσχήκαμεν· καὶ μαρτυρήσει λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· « Ὅσοι δὲ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. »

CAP. XI.

B V. 1. *Cum esset in quodam loco orans.*

Cum verus sit Deus, Filiusque supremi Dei, et ipse creaturis omnia distribuat per quæ bene habeant et conserventur; cumque nulla re prorsus indigeat, quia plenus, ut ait [34], est: cujusnam rei usum optari ab eo quisquam dicat, qui omnia naturaliter habet quæ Patris sui sunt? Dixit enim manifeste: « Omnia quæ Pater habet, mea sunt [35]. » Est Patris proprietas, ut omni re bona sit plenus Deoque dignis muneribus. Id vero proprium quoque Filii est: cujus rei sancti homines gnari aiunt: « De plenitudine ejus nos omnes accepimus [36]. » Cur ergo jam orat, inquit aliquis, si plenus est, et nulla re caret quam habet Pater? Ad hæc dicimus, C dispensationis in carne modum concedere ei facultatem humana officia, si velit, implendi, cum occasio id tulerit. Nam si comedit et bibit, et somno indulsisse comperitur; quomodo sit absurdum, dum in nostræ naturæ finibus versaretur, et humanæ justitiæ daret operam, eum non incongruas preces frequentasse? ut nos doceret ne ad id genus officii torperemus, sed orationi animum intenderemus haud in mediis plateis stantes (id quod factitabant Judæi nonnulli, Scribæ nimirum ac Pharisæi, jactantiæ occasionem inde capientes), sed solitarii potius, tacite atque seorsum, soli cum solo Deo colloquentes, pura minimeque distracta **261** mente. Oportebat enim bonæ omnis atque utilissimæ rei cujuslibet initium nobis fieri atque magistrum D haud alium magis, quam ipsum qui in cunctis princeps est, atque omnium preces excipit.

V. 2. *Ait autem illis: Cum oratis, dicite: Pater noster*, etc.

O magna liberalitas! o incomparabilis uniquo ipsi conveniens clementia! Suam nobis largitur gloriam, servum ad liberi dignitatem subvehit, Patrem appellare concedit nobis Deum, ceu in filiorum ordine constitutis. Ab ipso autem hoc quoque munus accepimus; quam rem testabitur sapiens Joannes dicens: « Quotquot autem eum receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri [37]. »

[34] Isa. I, 11. [35] Joan. XVI, 15. [36] Joan. I, 16. [37] ibid. 12.

Filii enim efficimur per genituram spiritalem, quæ nobis accidit haud a corruptibili semine, sed a verbo Dei viventis permanentisque, sicuti scriptum est : « Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturarum ejus. » Namque ita sanctorum apostolorum quidam locutus est [38]. Quin adeo et ipse Christus rei viam evidentem ostendit dicens : « Nisi quis genitus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest introire in regnum Dei [39]. » Imo vero, oportet enim quædam etiam penitiora vobis dicere, ipse nobis factus est tam splendidæ pretiosæque gratiæ via, janua, occasioque, cum sibi nostram similitudinem induit. Sumpsit enim servi formam; quanquam, prout intelligitur et est reapse Deus, liber est, ut sua nobis communicaret. Solus enim suapte natura ipse liber est, qui solus Filius est illius qui omnia excedit et universalis est Dominus, Patris, inquam, natura sua vereque liberi. Nam quod ad nativitatem perducitur, subditam habet creanti se cervicem. Canit itaque Melodus, aitque ad eum : « Quoniam omnia serviunt tibi [40]. » Quod autem nostra ad se transferens, sapiente ratione sua nobis communicaverit, testis aderit mysteriorum ejus **262** sacerdos sapientissimus Paulus scribens : « Qui cum dives esset, egenus est factus, ut nos inopia ejus divites essemus [41]. » Etenim inopiæ instar Deo Verbo fuit, res humani generis participare; opum autem instar est hominis naturæ, dum quæ sunt Christi accipit; quas inter libertatis dignitas est, eos potissime decens qui ad adoptionem in filios sunt vocati. Jam et hoc ipsum, ut dixi, donum ipsius est. Dixit enim nobis : « Nolite patrem vobis vocare super terram : unus enim est Pater vester cœlestis : vos autem cuncti fratres estis [42]. » Nam quia unus ipse de nobis factus est, idcirco fraternitatem cum illo nacti sumus. Jubet itaque nos audere, et Patrem in precibus invocare. Sapientissime autem illud quoque orantes vult cogitare : nam si Patrem appellamus Deum, tamque splendido affecti honore fuimus, cur indignam honorante vitam degimus? Hoc quidam sanctorum apostolorum ait : « Si Patrem invocatis eum qui sine personarum acceptione, secundum uniuscujusque opus judicat, cum timore incolatus vestri tempore conversamini [43]. »

V. 2. *Sanctificetur nomen tuum.*

Num sanctitatis additamentum fieri petimus Deo sanctissimo? Hoc quidem prorsus est improbabile. Plenus est enim, ut ipse ait [44], se ipso, atque in se perfectissimus; imo ipse sanctitatem creatis rebus suppeditat de plenitudine sua. Stultum insuper et ridiculum est existimare, eos qui orant non magis pro se, quam pro illo, preces effundere. Quid

A Μεμορφώμεθα γὰρ εἰς υἱότητα, διὰ γεννήσεως τῆς πνευματικῆς, τελουμένης ἐν ἡμῖν οὐκ ἐκ σπορᾶς φθαρτῆς μᾶλλον, ἀλλὰ διὰ λόγου ζῶντος Θεοῦ καὶ μένοντος, καθὰ γέγραπται· « Βουληθεὶς γὰρ ἀπεκύησεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας, εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων. » Ἔφη γὰρ οὕτω τις τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Καὶ αὐτὸς δέ που Χριστὸς, τὴν τοῦ πράγματος ὁδὸν ἐναργῆ καθίστη, λέγων· « Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Μᾶλλον δὲ, δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς (1) καί τι τῶν ἀποῤῥήτων εἰπεῖν, αὐτὸς ἡμῖν γέγονε τῆς οὕτω λαμπρᾶς καὶ ἀξιοκτήτου χάριτος ὁδὸς, καὶ θύρα, καὶ ἀφορμὴ, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθών· ἔλαβε γὰρ δούλου μορφὴν, καίτοι καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστιν Θεὸς, ἐλεύθερος ὢν, B ἵν' ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ χαρίσηται. Μόνος γὰρ κατὰ φύσιν ἐλεύθερος αὐτὸς, ὅτι καὶ μόνος ἐστὶν Υἱὸς τοῦ τὰ πάντα ὑπερκειμένου καὶ κατεξουσιάζοντος τῶν ὅλων, φύσει τε καὶ ἀληθῶς ἐλευθέρου Πατρός· πᾶν γὰρ τὸ παρενεχθὲν εἰς γένεσιν, δοῦλον ὑπέχει τῷ κτίσαντι τὸν αὐχένα. Ψάλλει γοῦν ὁ Μελῳδὸς, καί φησι πρὸς αὐτόν· « Ὅτι τὰ σύμπαντα δοῦλά σου. » Ὅτι δὲ τὰ ἡμῶν εἰς ἑαυτὸν μεταθεὶς, οἰκονομικῶς δέδωκεν ἡμῖν τὰ ἑαυτοῦ, πιστώσεται γράφων ὁ τῶν αὐτοῦ μυστηρίων ἱερουργὸς, ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Ὅτι πλούσιος ὢν, ἐπτώχευσεν, ἵν' ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. » Πτωχεία μὲν γὰρ τῷ Θεῷ Λόγῳ, τὰ καθ' ἡμᾶς, ἤτοι τὰ ἀνθρώπινα· πλοῦτος δὲ τῇ ἀνθρώπου φύσει, τὸ λαβεῖν τὰ αὐτοῦ· ὧν ἕν ἐστι τὸ ἐλεύθερον ἀξίωμα, πρέπον ὡς μάλιστα τοῖς εἰς υἱότητα κεκλη- C μένοις. Αὐτοῦ δὲ καὶ τοῦτο, ὡς ἔφην, τὸ δῶρον· ἔφη γὰρ πρὸς ἡμᾶς· « Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ἐπὶ τῆς γῆς· εἷς γάρ ἐστιν ὁ Πατὴρ ὑμῶν, ὁ οὐράνιος· πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε. » Ἐπειδὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς, διὰ τοῦτο πεπλουτήκαμεν ἡμεῖς τὴν πρὸς αὐτὸν ἀδελφότητα. Κελεύει τοίνυν παῤῥησιάζεσθαί τε καὶ λέγειν ἐν προσευχαῖς Πατέρα. Οἰκονομικώτατα δὲ λίαν δίδωσι κἀκεῖνο τοῖς προσευχομένοις ἐννοεῖν· εἰ γὰρ Πατέρα καλοῦμεν τὸν Θεὸν, καὶ τῆς οὕτω λαμπρᾶς ἠξιώθημεν τιμῆς, πῶς οὐκ ἀξίως τοῦ τετιμηκότ ς πολιτευσόμεθα; Τοῦτό τις ἔφη τῶν ἁγίων ἀποστόλων· « Εἰ Πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε. »

D

Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου.

(A f. 149 b) Ἆρα ἁγιασμοῦ προσθήκην ἐγγενέσθαι παρακαλοῦμεν τῷ παναγίῳ Θεῷ; Καὶ μὴν τουτὶ ἐστιν οὐχ ἄμεμπτον παντελῶς. Πλήρης γὰρ ἐστι, καθά φησιν αὐτὸς, ἐξ ἑαυτοῦ τε καὶ ἐν ἑαυτῷ παντέλειος, καὶ αὐτός ἐστιν ὁ χορηγῶν τῇ κτίσει τὸν ἁγιασμὸν ἐξ ἰδίου πληρώματος. Πρὸς δὲ αὖ τούτοις, εὔηθες καὶ καταγέλαστον τὸ νομίζεσθαι τοὺς

[38] Jac. I, 18. [39] Joan. III, 5. [40] Psal. CXVIII, 91. [41] II Cor. VIII, 9. [42] Matth. XXIII, 9. [43] I Petr. I, 17. [44] Isa. I, 2.

(1) Nota indicium, recitatam ad populum fuisse homiliarum more hanc explanationem; sicut alibi vocabulum vocativum *charissime* id ipsum innuit.

προσευχομένους οὐχ ὑπέρ γε μᾶλλον ἑαυτῶν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὰς λιτάς. Τί οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ, « Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου; » Φαμὲν, ὅτι οὐχ ἁγιασμοῦ προσθήκην ἐνυπάρξαι παρακαλοῦσι τῷ ἐπὶ πάντας Θεῷ. Τίς γάρ ἐστιν ὁ μείζων αὐτοῦ, καὶ προσδοῦναί τι δυνάμενος; Χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἑαυτοῖς τε καὶ πᾶσιν ὑπάρξαι παρακαλοῦσιν. Ὅτε διακείμεθα καὶ πιστεύομεν ὅτι Θεὸς ὁ φύσει καὶ ἐπὶ πάντας, ἅγιος ἁγίων ἐστὶ, τότε τὸν φόβον αὐτοῦ λαβόντες εἰς νοῦν, ὀρθήν τε καὶ ἀνεπίληπτον ἐπιτηδεύομεν ζωήν· ἵνα οὕτως ἅγιοι γεγονότες, ἐγγὺς εἶναι δυνηθῶμεν τοῦ ἁγίου Θεοῦ. Γέγραπται γὰρ, ὅτι «Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι.» Ἔφη δή που καὶ πρὸς τὸν ἱεροφάντην Μωϋσέα· « Ἐν τοῖς ἐγγίζουσί μοι ἁγιασθήσομαι. » Οὐκοῦν ἐν B ἡμῖν, φησὶν, ἅγιον ἔστω τὸ ὄνομά σου· τοῦτο γὰρ δὴ τὸ *ἁγιασθήτω* δηλοῖ. Καὶ οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου, τοῦτο παρακαλοῦσιν. Ἐννόησον γὰρ ὅτι παρὰ τοῖς οὔπω τὸ τῆς ἀληθείας πλουτήσασι φῶς, μήτε μὴν τὴν πίστιν παραδεξαμένοις, ἔτι καταπεφρόνηται τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ. Οὔπω γὰρ αὐτοῖς ἅγιον εἶναι δοκεῖ, καὶ σεπτὸν καὶ προσκυνητόν. Ἐπὰν δὲ τὸ τῆς ἀληθείας αὐτοῖς ἐλλάμψῃ φῶς, καὶ ὡς ἐκ νυκτὸς καὶ σκότους διαγρηγορήσωσι, μόλις τότε μαθόντες τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν, ἅγιον ἁγίων ὁμολογοῦσιν αὐτόν. Ὅτι δὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει, συνήσεις ἐντεῦθεν. Ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σοι φόβος· καὶ ἐὰν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ᾖς, ἔσται σοι εἰς ἁγιασμόν. » Ἄρα οὖν ἡμεῖς ἅγιον ἀποτελοῦμεν τὸν Θεὸν, C τὸν ἐξ ἰδίου πληρώματος διανέμοντα πλουσίως τῇ κτίσει τὰ παρ' ἑαυτοῦ; Ἀλλὰ δῆλον ὡς ἐκεῖνο διδάσκειν φαμὲν αὐτὸν, ὅτι Ἅγιον εἶναι αὐτὸν πιστεύετε· τότε γὰρ αὐτὸν φοβηθήσεσθε, ἔσται δὲ οὗτος ὑμῖν καὶ εἰς ἁγιασμόν. Γέγραπται δὲ πάλιν περὶ Χριστοῦ· « Ἁγιάσατε τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχήν· » τουτέστι, παρ' οὐδὲν αὐτὴν ἡγήσατο· τέθεικε γὰρ αὐτὴν ὑπὲρ ἡμῶν. Πλὴν ἁγιαζέσθω, φησὶ, παρ' ὑμῶν, τουτέστιν ὁμολογείσθω ἅγιος. Καὶ γάρ ἐστι τοῦτο κατὰ φύσιν, Θεὸς ὢν ἀληθινὸς, καὶ Υἱὸς Θεοῦ. Τὸ γὰρ ἅγιον οὐσιωδῶς πρέποι ἂν οὐδενὶ μὲν τῶν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παρενηνεγμένων, μόνῃ δὲ τῇ ἀνωτάτῳ καὶ ὑπὲρ πάντα φύσει. Ὅταν οὖν πιστεύωμεν ὅτι κατὰ φύσιν ἅγιός ἐστι, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ « ἁγιάζειν αὐτὸν, » D τότε προσομολογοῦμεν ὅτι καὶ Θεός ἐστιν ἀληθινὸς, ἔτι δὲ κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν λοιπῶν, καὶ ἐν ὑπεροχῇ μεγίστῃ.

Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου.

(A f. 150) Ἀεί γε μὴν βασιλεύοντος τοῦ Θεοῦ, καὶ κατακρατοῦντος ὅλων, τί δὴ βούλεται τὸ, « Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου; » Ἐοίκασι τοίνυν ἐπιθυμεῖν οἱ τοῦτο λέγοντες ἐν προσευχαῖς, ἐπιλάμψαντα πάλιν ἰδεῖν ἐν κόσμῳ τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν. Ἥξει γὰρ, ἥξει, καὶ καταβήσεται κριτὴς, καὶ οὐχ ἐν ὑφέσει τότε τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ δορυφορούντων

A ergo sibi volunt verba « Sanctificetur nomen tuum? » Dicimus homines haud precari ut summo Deo sanctitatis fiat accessio. Quis enim major est illo, atque ei quidquam superaddere valens? Nam quod minor a majore benedicatur, extra omnem controversiam est. Sed illud potius et sibi et cunctis ut eveniat orant. Cum consideramus et credimus Deum, qui natura sua supra omnes est, sanctum sanctorum esse, tunc ejus timorem mente nostra volventes, rectam et inculpabilem vitam **263** degimus; ut sic sancti effecti, ad Deum sanctum appropinquare possimus. Scriptum est enim: « Sancti estote, quia ego sanctus sum [65]. » Dixit vero aliquando Deus hierophanti Moysi: « In appropinquantibus mihi sanctificabor [66]. » Ergo in nobis, inquit, sanctum esto nomen tuum; hoc enim hic vocabulum *sanctificetur* significat. Neque pro semetipsis tantum, sed etiam pro universo mundo hoc orantes petunt. Etenim reputandum est, apud eos qui nondum veritatis lumen sunt adepti, neque fidem receperunt, contemni adhuc nomen Dei. Nondum quippe illis sanctum videtur, augustum atque adorabile. Cum autem ipsis veritatis jubar illuxerit, ac veluti ex nocte et tenebris evigilaverint, vix tum denique cognoscentes quis quantusve sit, ipsum sanctum esse sanctorum confitebuntur. Quod vero hæc ita se habeant, inde intelliges. Ait quidam de sanctis prophetis: « Dominum ipsum sanctificate, et ipse erit tibi pavor: quod si illi confisus fueris, erit tibi in sanctificationem [67]. » Num ergo nos sanctum efficimus Deum, qui de propria plenitudine distribuit copiose creaturis quæ sua sunt? Sine dubio autem hoc dicimus ab eo doceri, nempe, Ipsum sanctum credite; tunc enim eumdem timebitis, atque ita vobis causa sanctitatis erit. De Christo item scriptum est: « Sanctificate eum, qui animam suam vilificavit [68], » id est qui eam pensi non habuit, quam scilicet pro nobis posuit. Verumtamen a vobis sanctificetur, inquit, id est, eum sanctum esse fateamini. Est enim revera suapte natura talis, cum sit Deus verus, et Filius Dei. Nam sanctitas substantialis neminis propria est, qui de non exstantibus ad exsistendum productus fuerit, sed uni summæ et super omnia naturæ. Cum ergo credimus eum natura propria sanctum, hoc enim valet dictio « sanctificare eum, » tunc simul confitemur Deum esse verum, et quidem a cæteris rebus sejunctum, et summo in culmine constitutum.

264 V. 2. *Adveniat regnum tuum.*

Age vero cum Deus ab æterno regnet, et universale imperium teneat, quid sibi volunt verba « Adveniat regnum tuum? » Videntur itaque optare, qui hæc dicunt orantes, videre rursus apparentem mundo universalem Servatorem Christum. Veniet enim, veniet descenditque judex, neque jam in humilitate nostra, sed cum digna Deo gloria stipanti-

[65] Levit. xi, 44. [66] Levit. x, 3. [67] Isa. viii, 13. [68] Isa. xlix, 7.

bus angelis, ut mundum judicet. Defensionis erit ergo tempus illud, imo probationis ac retributionis: ignis præparatus est improbis, et diutina pœna, perpetuusque cruciatus. Cur ergo ut videant tempus illud, orant? Considera mecum rursus Servatoris solertiam, et in omni re prudentiam admirandam. Jussit enim precibus postulare illius vere formidandi temporis adventum, ut cognoscerent oportere eos vivere haud ignave aut dissolute, sed potius ut sanctos decet, atque uti Deo placet; ut præmia ipsis illud tempus conferat, non autem flammas ac pœnam. Nam impiis atque impuris nullatenus convenit dicere in precibus, « Adveniat regnum tuum. » Sciant itaque quod ita precantes, propemodum incusant Deum, quod non citius ipsis punitionis tempus oriatur et superveniat. Ilis sanctus quidam propheta inclamat: « Væ iis qui diem Domini optant! Cur? Hæc vobis dies Domini tenebræ erit, non lumen, caligo luce omni carens [49]. » Ergo petunt sancti, ut Servatoris nostri universaliter regnaturi tempus adsit, quoniam satis jam laboraverunt, et patratorum a se operum mercedem exquirunt. Confidunt enim splendidos se coram judice apparituros.

Fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra.

Hoc quoque sanctos decet, et quamlibet laudem excedit. Nam velle in terra prævalere bonam Dei voluntatem, quid aliud est quam velle ut cuncti virtutem omnem exerceant eaque se imbuant? Sic excellenter se gerere sanctos angelos in **265** cœlis dicimus. Scriptum est enim de ipsis: « Benedicite Domino, omnes virtutes ejus, ministri ejus qui facitis voluntatem ipsius [50]. » Qui itaque ita dicunt, vires suppeditari postulant in terra degentibus, ut Dei voluntati obtemperent, et supernam cœlestem imitentur vitam, eam scilicet quam sancti angeli agunt: ut, quemadmodum Paulus ait [51], etsi in terra ambulantes, nihilominus in cœlo conversentur. Insuper dicimus, peccati exstinctionem cupere eos videre qui dicunt: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo et in terra. Voluntas enim, ut dixi, summi Dei est, ut sancte in terra vivamus, atque ita primogenitorum Ecclesiæ, supernæ inquam, imitatio et imago veluti quædam in terris conspecta Christum oblectet.

V. 3. *Panem nostrum ob subsistendum da nobis quotidie.*

Putant fortasse nonnulli, incongruum esse, et sanctis alienum, corporalia a Deo postulare, eamque ob causam ad spiritalem sensum id dictum transferunt, panemque eos petere dicunt non ter-

A ἀγγέλων, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον. Ἀπολογίας τοίνυν ὁ τότε καιρὸς, μᾶλλον δὲ δοκιμασίας καὶ ἀνταποδόσεως· πῦρ ηὐτρέπισται τοῖς ἀνόμοις, καὶ δίκη μακρὰ, διηνεχῆ κολαστήρια. Εἶτα πῶς ἰδεῖν ἐκεῖνον εὔχονται τὸν καιρόν; Ἄθρει δή μοι πάλιν τοῦ Σωτῆρος τὸ εὐτεχνὲς, καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἀξιοθαύμαστον οἰκονομίαν. Ἐκέλευσε γὰρ διὰ προσευχῆς αἰτεῖν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ὄντως φρικτὸν ἐπιστῆναι καιρὸν, ἵνα εἰδεῖεν ὅτι διαβιοῦν αὐτοὺς ἀναγκαῖον, οὐ ῥᾳθύμως ἢ παρειμένως, ἁγιοπρεπῶς δὲ μᾶλλον, καὶ κατά γε τὸ αὐτῷ δοκοῦν· ἵνα στεφάνων αὐτοῖς εὑρεθῇ πρόξενος ὁ καιρὸς, καὶ μὴ πυρὸς καὶ δίκης. Τοῖς γὰρ ἀνόμοις καὶ βεβήλοις πρέποι ἂν κατ' οὐδένα τρόπον τὸ λέγειν ἐν προσευχαῖς, « Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. » Ἤγουν ἴστωσαν ὡς τοῦτο λέ- B γοντες, μονονουχὶ καταιτιῶνται Θεὸν, ὅτι μὴ θᾶττον αὐτοῖς ὁ τοῦ κολάζεσθαι καιρὸς ἀνίσχει καὶ φαίνεται· τούτοις ἐπιφθέγγεταί τις τῶν ἁγίων προφητῶν· « Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου! Ἵνα τί; ὑμῖν αὕτη ἡ ἡμέρα τοῦ Κυρίου, καὶ αὕτη ἐστὶ σκότος καὶ οὐ φῶς, καὶ γνόφος οὐκ ἔχων φέγγος. » Οὐκοῦν αἰτοῦσιν οἱ ἅγιοι τὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁλοτελοῦς βασιλείας ἐπιστῆναι καιρὸν, ἅτε δὴ πεπονηκότων ἃ δεῖ, καὶ τῶν ἤδη προειργασμένων αὐτοῖς ζητοῦντες τὰς ἀμοιβάς. Τεθαῤῥήκασι γὰρ ὅτι λαμπροὶ παραστήσονται τῷ κριτῇ.

Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

(A f. 150 b) Ἁγιοπρεπὲς δὲ καὶ τοῦτο, καὶ παντὸς ἐπαίνου μεστόν. Τὸ γὰρ ἐν γῇ βούλεσθαι κρατεῖν τὸ C ἀγαθὸν θέλημα τοῦ Θεοῦ, τί ἂν ἕτερον εἴη, πλὴν ὅτι τὸ πάντας ἐθέλειν ἁπάσης ἀρετῆς ἀποτελεστὰς εἶναι καὶ ἐπιστήμονας; Οὕτω καὶ διαπρέπειν ἐν οὐρανοῖς τοὺς ἁγίους ἀγγέλους φαμέν. Γέγραπται γὰρ περὶ αὐτῶν· « Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὰ θελήματα αὐτοῦ. » Ἰσχὺν τοίνυν παρακαλοῦσι δοθῆναι τοῖς ἐπὶ γῆς οἱ τοῦτο λέγοντες, ἵνα ποιῶσι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄνω καὶ ἐν οὐρανοῖς ἀπομιμῶνται πολιτείαν, τὴν παρά γέ φημι τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις· ἵνα, ὡς ὁ Παῦλός φησιν, ἐπὶ γῆς περιπατοῦντες, ἔχωσιν ἐν οὐρανῷ τὸ πολίτευμα. Πρὸς δ' αὖ τούτοις φαμὲν, ὅτι τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀναίρεσιν αἰτοῦσιν ἰδεῖν οἱ λέγοντες· « Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ. D καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. » Θέλημα γὰρ, ὡς ἔφην, τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ, τὸ ἁγίως πολιτεύεσθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· ἵνα τῆς τῶν πρωτοτόκων Ἐκκλησίας, τῆς ἄνω φημὶ, μίμημα καὶ εἰκὼν ὥσπερ τις, ἡ ἐπὶ γῆς ὁρωμένη, κατευφραίνῃ Χριστόν.

Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον (1) *δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν.*

(A f. 150 b) Οἴονται δὲ ἴσως τινὲς, ἀνάρμοστον εἶναι καὶ ἀπεοικὸς ἁγίοις τὸ αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ τὰ σωματικὰ, καὶ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ἀποφέρουσι τὸ εἰρημένον εἰς πνευματικὴν θεωρίαν· καὶ δὴ καὶ

[49] Amos v, 18. [50] Psal. CII, 21. [51] Philip. III, 20.

(1) Ignotum Græcis hoc vocabulum ἐπιούσιος, et evangelicis tantum paginis traditum, testatur Origenes *De Orat.* § 27, cujus etymologicam explicationem sequitur noster Cyrillus

ἄρτον φασὶν αὐτοὺς αἰτεῖν, οὐκ ἐπίγειον, οὐ σωματικὸν, ἐκεῖνον δὲ μᾶλλον, τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνοντα, καὶ ζωὴν τῷ κόσμῳ παρέχοντα, ἢ, ὥς φασιν, ἀληθεῖ οὐσίᾳ καὶ ἀσωμάτῳ, τουτέστι τῇ ψυχῇ· αὕτη γὰρ, διὰ τὸ μὴ ῥευστὸν, κυρίως οὐσία ἐστίν. Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ἁγίοις πρέποι ἂν ὅτι μάλιστα τὸ πνευματικῶν χαρισμάτων ἐπείγεσθαι μεταλαχεῖν, φαίην ἂν ἐνδοιάσας οὐδέν· πλὴν ἐκεῖνο ἄξιον ἰδεῖν, ὅτι κἂν ἄρτον αἰτῶσι κοινὸν, καὶ τοῦτο δρᾷν αὐτοῖς προστέταχεν ὁ Σωτὴρ, μώμου παντὸς ἐλευθέραν ποιοῦνται τὴν πρόσοδον. Ἄθρει γὰρ ὁποῖος τοῖς εἰρημένοις ἐγκέκρυπται νοῦς. Δι' ὧν γὰρ προστέταχεν ἄρτον αἰτεῖν, ἤτοι τροφὴν τὴν ἐφήμερον, δῆλος ἂν εἴη δήπουθεν, μηδὲν ἔχειν αὐτοῖς ἐφιεὶς, ἁγιοπρεπῆ δὲ μᾶλλον ἐπιτηδεύειν πτωχείαν. Οὐ γὰρ τῶν ἐχόντων τὸ αἰτεῖν, ἀλλὰ τῶν ἐν σπάνει καθεστηκότων. Ἐπ' ἂν δέ τις οὐδενὸς ἐν χρείᾳ καθεστηκὼς, Θεῷ τῷ πάντα εἰδότι λέγει· Δὸς ἄρτον ἡμῖν τὸν ἐφήμερον, δόξειεν ἂν εἰρωνεύεσθαι μᾶλλον, ἢ γοῦν ἀληθῶς βούλεσθαι λαβεῖν. Ἄρτον δὲ τὸν ἐπιούσιον οἱ μὲν εἶναί φασι τὸν ἥξοντά τε καὶ δοθησόμενον κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, ἵνα νοῆται πάλιν πνευματικῶς· οἱ δὲ καὶ εἰς ἑτέρας ἐννοίας ἀποφέρουσι τὴν φωνήν. Ἀλλ' εἴπερ ἦν ἀληθὲς ὡς ἄρτου τοῦ δοθησομένου κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα μνήμην ποιοῦνται προσευχόμενοι, διὰ τί προσεπάγουσι τὸ, « Δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν; » Ἔστι γὰρ ἔτι διὰ τούτων ἰδεῖν, ὅτι τῆς ἐφημέρου τροφῆς ποιοῦνται τὴν αἴτησιν, ὡς ἀκτήμονες δηλονότι. Ἐπιούσιον δὲ τὸν αὐτάρκη νοεῖσθαι χρή· τέθεικέ που τὴν λέξιν καὶ ὁ μακάριος Ἀπόστολος, βραχὺ παραλλάξας, ἐπὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· ἔφη γὰρ αὐτὸν ἑαυτῷ κατασκευάσαι λαὸν *περιούσιον*, ἀντὶ τοῦ *ἐπιούσιον* τὸν *περιούσιον* εἰπὼν, τουτέστι, τὸν ἀρκοῦντα, καὶ τοῦ τελείως ἔχειν οὐχ ἡττώμενον.

Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, κ. τ. λ.

(A f. 151) Βούλεται χρηστοὺς καὶ ἀμνησικάκους εἶναι τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Κύριος· ὡς ἀνεπιπλήκτως δύνασθαι λέγειν ἐν προσευχαῖς· Ἄφες ἡμῖν, ὅτι ἀφήκαμεν. « Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως! » Πρῶτον αἰτεῖν ἐπιτάττει τῶν αὐτοῖς ἡμαρτημένων τὴν ἄφεσιν, εἶθ' οὕτως ὁμολογεῖν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἀφήσουσι καὶ αὐτοί· καὶ ἵνα οὕτως εἴπω, τῆς ἐνούσης αὐτοῖς ἀνεξικακίας μιμητὴν [cod. μιμητὰς] ἐθέλουσι γενέσθαι τὸν Θεὸν, καὶ ἣν ἂν αὐτοὶ παράσχωνται τοῖς ὁμοδούλοις χρηστότητα, ταύτην ἐν ἴσῳ μέτρῳ ζητοῦσι λαβεῖν παρὰ τοῦ τὰ δίκαια νέμοντος, καὶ κατοικτείρειν ἅπαντας εἰδότος Θεοῦ. Καὶ μή τις οἰέσθω τοῖς τυχοῦσιν ἁπλῶς ἐξεῖναι λέγειν· « Ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. » Οὐ γὰρ τοῖς οὖσιν ἐν τῷ πλημμελεῖν ἔτι πρέποι ἂν λέγειν τὸ, « Ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· » ἐκείνοις μᾶλλον οἵπερ ἂν εἶεν ἀποφοιτήσαντες μὲν τῶν ἤδη προεπταισμένων, ἀντεχόμενοι δὲ τοῦ διαζῆν λοιπὸν ἐθέλειν ἁγιοπρεπῶς. Δεῖ τοίνυν αἰτεῖν παρὰ Θεοῦ τῶν ἡμαρτημένων τὴν ἄφεσιν, προαφέντας ἡμᾶς τοῖς κατά τι γοῦν προσκεκρουκόσιν, ὅταν εἰς ἡμᾶς

A restrem, non corporalem, sed illum potius cœlo desuper descendentem vitamque mundo præbentem, sive, ut aiunt, incorporeæ vereque exsistenti substantiæ, id est animæ; quæ quia non præterit, proprie substantia est. Ego vero sanctos quidem maxime decere, ut spiritalibus donis potiri studeant, nihil dubitans dixerim; et tamen illud cogitare par est, quod etiamsi panem petant vulgarem, atque id agere præceperit eis Servator, nullo probro obnoxiam faciunt supplicationem. Videsis enim quænam huic dicto sententia insit. Dum enim jussit petere eos panem, sive victum quotidianum, constat eumdem ipsis insinuasse nihil ut possideant, sed sanctam potius paupertatem sectentur. Non enim habentium mos est petere, sed in penuria constitutorum. Si quis autem nulla re indigens,
B Deo **266** omnia scienti dicat: Da mihi panem quotidianum, ironice potius loqui videbitur, quam aliquid vere velle accipere. Panem vero, ut ita dicam, subsistentiæ, alii dicunt venturum illum esse, id est in futuro sæculo dandum, ut denuo de spiritali cogitemus: alii autem ad alios quoque sensus id vocabulum transferunt. Sed enim, si forte verum sit eos orantes de pane loqui, qui in futuro sæculo dandus est, cur addunt, da nobis quotidie? Hinc videlicet denuo patet petere eos quotidianum panem, nempe ut pauperes. Subsistentiæ autem panem intelligere oportet sufficientem. Vocabulum hoc adhibuit parum quid immutatum beatus Apostolus de
C omnium nostrum Servatore Christo. Ait [32] enim ipsum sibi comparasse populum περιούσιον, loco ἐπιούσιον dicens περιούσιον, id est sufficientem, statuque perfecto non inferiorem.

V. 4. *Et dimitte nobis peccata nostra*, etc.

Vult benignos esse et injuriarum obliviosos discipulos suos Dominus; ut irreprehensibiliter dicere possint in suis precibus: Dimitte nobis, quia dimisimus. « O altitudo divitiarum, et sapientiæ ac scientiæ[33]! » Primum petere jubet peccatorum propriorum remissionem, deinde confiteri se quoque omnino veniam aliis daturos: atque, ut ita dicam, hærentis sibi indulgentiæ imitatorem volunt
D fieri Deum; et quam ipsi exhibuerint conservis benignitatem, hanc pari mensura quærunt consequi a justo rerum datore, et omnium misereri solito Deo. Nec tamen quisquam existimet cuique indifferenter licere dicere, « Dimitte nobis peccata nostra. » Non enim eos qui peccare pergunt decebit dicere, « Dimitte nobis peccata nostra; » sed eos potius, qui a priore culpa recesserint, nunc autem sancte vivere studeant. Oportet itaque a Deo postulare peccatorum veniam, postquam iis qui nos læserint pepercerimus, si tamen ii adversus nos, non autem in divinam supremamque peccaverint majestatem. **267** Neque enim delictorum illorum,

[32] Tit. II, 14. [33] Rom. XI, 33.

sed horum tantummodo quæ in nos commissa fuerunt, potestatem habemus.

Et ne nos inducas in tentationem.

Usque ad hunc locum orationem recitat Lucas; Matthæum vero comperimus addere: « Sed libera nos a malo [84]. » Habent autem hæc dicta plurimam connexionem: est enim consectaneum ut si in tentationem non ingredimur, malo liberemur. Imo si quis dicat, liberari idem esse ac non ingredi in tentationem, a veritate non abludet. Dum autem sic loqui nos docet, haud sane molles aut timidos nos vult esse, quin potius viriles, et ad laudabile opus quodlibet alacres: insuper etiam modestos et pauperes spiritu; neque existimare, fore nos in omni prorsus tentatione superiores. Intolerabilis enim quandoque incidit in hominis animum consternatio, et confidentissimam quamque mentem tentationis pondus perfringit. Oportet itaque haud nimis audere in tentationibus, sed reputare potius mentis nostræ infirmitatem. Ergo deprecemur quidem tentari; occasione tamen necessaria vocante, tunc demum omni exprompta strenuitate decertandum est. Duplex vero est tentationum genus: aut enim aliquis a diversæ sectæ hominibus tentatur, aut ab ignominiæ passionibus. Debemus itaque in his tam gravibus versantes malis, vel etiam antequam eveniant, orare ac dicere: « Ne nos inducas in tentationem. » Sed cum ipsa tentatio ingruet, tunc resiste fortiter, carnem increpa, frenum menti injice, opem a Deo pete. Tunc enim auxiliabitur, et victoriam concedet universalis Servator ac Dominus.

V. 5. *Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum?* etc.

Mirabilis hic est sententiarum ordo. Docuit enim Servator quemadmodum opus sit orare, sciscitantibus id sanctis apostolis. Sed oportebat] eos qui hanc tam venerabilem salutaremque doctrinam acceperant, **268** facere quidem juxta datam normam, sine fastidio tamen atque socordia: nec deinde, minime exaudita prima prece aut etiam secunda, cessare a precibus, ceu nullam utilitatem habentibus. Ne ergo id nobis accidat, neque ex hac pusillanimitate detrimentum patiamur, sub parabolæ forma perspicue ostendit ignaviam nocere precibus, utilissimam autem esse perseverantiam. Age porro quod specie parabolæ ostensum fuit, in rei veritatem convertamus. Importune ora, accede ad benignum Deum persæpe; et si videris procrastinari gratiæ concessionem, ne animum despondeas, neque a suscepta spe excidas, ita fortasse

A καὶ μὴ εἰς αὐτὴν τὴν θείαν καὶ ὑπερτάτην ἁμαρτάνωσι δόξαν· οὐ γὰρ ἐκείνων ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι, μόνον δὲ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγονότων.

Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν.

(A f. 152) Μέχρι μὲν τούτου τὴν προσευχὴν ἵστησιν ὁ Λουκᾶς· ὁ δέ γε Ματθαῖος εὑρίσκεται προσεπενεγκών· « Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. » Ἔνεστι δὲ τοῖς λόγοις πλείστη τις ἀκολουθία· ἕψεται γὰρ πάντως τῷ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, τὸ ἐκ τοῦ πονηροῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς. Ἢ τάχα που, ταὐτὸν εἶναί τις εἰπὼν τὸ ῥυσθῆναι τῷ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τἀληθοῦς. Οὐκ ἀνάνδρους δὲ ἡμᾶς οὔτε δειλοὺς εἶναι βούλεται, ταῦτα διδάσκων λέγειν, νεανικοὺς δὲ μᾶλλον, καὶ ἐφ' ἅπασιν εὐτόλμους τοῖς ἐπαινουμένοις· πρὸς δὲ αὖ τούτοις καὶ B μετριόφρονας καὶ πτωχοὺς τῷ πνεύματι, καὶ μὴ νομίζειν ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως παντὸς περιεσόμεθα πειρασμοῦ. Ἀφόρητον γὰρ ἔσθ' ὅτε κατεμπίπτει δέος τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς, καὶ εὐτολμότατον συνθραύει φρόνημα τοῦ πειρασμοῦ τὸ βάρος. Χρὴ τοίνυν μὴ καταθρασύνεσθαι πειρασμῶν, διαλογίζεσθαι δὲ μᾶλλον τῆς ἐν ἡμῖν διανοίας τὸ ἀσθενές. Οὐκοῦν παραιτώμεθα μὲν τὸ πειράζεσθαι· καιροῦ δὲ καλοῦντος ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰς τοῦτο, τότε δὴ, τότε παντὶ σθένει χρωμένους ἀγωνίζεσθαι χρή. Διττὸν δὲ τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν· ἢ γάρ τις ὑπὸ τῶν ἑτεροφρόνων πειράζεται, ἢ ὑπὸ τῶν τῆς ἀτιμίας παθῶν. Δεῖ δὴ οὖν ἄρα τοῖς οὕτω δεινοῖς ἐνομιλοῦντας κακοῖς, ἤγουν οὔπω γεγονότας ἐν αὐτοῖς, προσεύχεσθαί τε C καὶ λέγειν· « Μὴ εἰσαγάγῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν. » Ἐπιπηδήσαντος δὲ πειρασμοῦ, τότε γενναίως ἵστασο, ἐπιτίμησον τῇ σαρκὶ, χαλινὸν ἐπίθες τῷ νῷ, αἴτησον ἐπικουρίαν τὴν παρὰ Θεοῦ. Ἐπικουρήσει γὰρ τότε καὶ παρέξει τὸ νικᾶν ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος (1).

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς· Τίς ἐξ ὑμῶν ἕξει φίλον; κ. τ. λ.

(A f. 153, B f. 112) Θαυμαστὴ τῶν ἐννοιῶν ἡ τάξις. Ἐδίδαξε μὲν γὰρ ὁ Σωτὴρ, τίνα δεῖ προσεύχεσθαι τρόπον, αἰτησάντων τοῦτο τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ἀλλ' εἰκὸς τοὺς τὸ σεπτὸν δὴ τοῦτο καὶ σωτήριον ἐσχηκότας μάθημα παρ' αὐτοῦ, ποιεῖσθαι μὲν τὰς λιτὰς κατὰ τὸν δοθέντα τύπον, μὴ ἀψικόρως δὲ τοῦτο δρᾷν μηδὲ ῥαθύμως· εἶτα μὴ ἀκουσθέντας ἐκ D πρώτης εὐχῆς, ἤγουν καὶ δευτέρας, ἀνακόψαι τὰς ἱκετείας, ὡς οὐδὲν ἐχούσας τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν. Ἵνα τοίνυν μὴ τοῦτο πάθοιμεν, μήτε μὴν ἐκ τῆς τοιαύτης μικροψυχίας ὑποστῶμεν ζημίαν, ἐν τρόπῳ παραβολῆς διαδείκνυσιν ἐναργῶς, ὡς τὸ ῥᾴθυμον μὲν εἰς προσευχὰς ἐπιζήμιον, ἐπωφελεστάτη δὲ λίαν ἡ ἔν γε τούτοις ὑπομονή. Φέρε δὴ, μεταστήσωμεν τὸ ὡς ἐν τύπῳ παραβολῆς δεικνύμενον εἰς ἀλήθειαν. Ὄχλησον διὰ προσευχῆς, πρόσιθι τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ, καὶ μάλα συχνῶς· κἂν ἴδῃς μέλλουσαν τῆς χάριτος τὴν

[84] Matth. vi, 13.

(1) Si quis hanc Cyrilli explanationem orationis Dominicæ, cum paris nominis opusculis Origenis et Cypriani conferet, facile existimabit, utrumque auctorem a Cyrillo fuisse inspectum.

A ἐπίδοσιν, μὴ ἀπογνῷς τῶν προσδοκωμένων, μήτε ἀπολισθήσῃς τῆς προκειμένης ἐλπίδος, ἐκεῖνο ἴσως λέγων καθ' ἑαυτὸν ἀσυνέτως· Προσῆλθον πολλάκις, δεδάκρυκα, ἐδεήθην, καὶ οὐ προσεδέχθην· οὐ γὰρ ἐκβέβηκέ τι πρὸς πέρας, τῶν αἰτηθέντων παρ' ἐμοῦ. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐννοήσεις κατὰ σαυτόν· Ὑπὲρ ἡμᾶς οἶδε τὰ καθ' ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων ταμίας· αἰτεῖς ἔσθ' ὅτε τὰ τῶν σῶν ἐπέκεινα μέτρων· οἶδεν αὐτὸς ὁ διδοὺς τὸν ταῖς φιλοτιμίαις πρέποντα καιρόν. Χρὴ τοιγαροῦν ἡμᾶς ἐμφρόνως τε ὁμοῦ καὶ ἐντόνως τὰς πρὸς Θεὸν ποιεῖσθαι λιτὰς, κἂν εἰ γένοιτό τις τῶν αἰτημάτων ἀνάκλησις. Τὸ γὰρ ἀνιδρωτὶ πορισθὲν καὶ ἐξ ἑτοίμου ληφθὲν, καταφρονεῖσθαι φιλεῖ.

B *Λέγω ὑμῖν, εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς, κ. τ. λ.*

(A f. 154, B f. 112) Ἐνταῦθα τὸ, *λέγω ὑμῖν*, ὅρκου δύναμιν ἀποπληροῖ. Οὐ ψεύδεται δὲ Θεὸς, κἂν ὅρκου δίχα γένηται τὸ ἐπηγγελμένον· ἀπροφάσιστον δὲ ἀποφαίνων τὴν ἡμῶν ὀλιγοπιστίαν, ἔσθ' ὅτε ὅρκῳ βεβαιοῖ τοὺς ἀκροωμένους. Τὸ δὲ *ζητεῖτε* λέγων, τὸ πονεῖν ἐπιτάττει· πόνῳ γὰρ ἀεί πως εὑρίσκεται τὸ ζητούμενον. Ὁ κρούων τῇ χειρὶ προσαράττει τὴν θύραν, ἵνα τὴν τῶν κρουσμάτων ὄχλησιν οὐκ ἐνεγκὼν ὁ τῆς ἑστίας δεσπότης ἀνοίξῃ, καὶ οὐχ ἑκών. Μάθε τοίνυν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων τοῦ χρησίμου τὴν θήραν· κροῦσον, ὄχλησον, αἴτησον· τοιούτους εἶναι χρὴ τοὺς αἰτοῦντάς τι παρὰ Θεοῦ. Ἐμφρόνως οὖν καὶ εὐτόνως εὔχεσθαι χρή. Κἂν ἀναβολή τις τῶν C αἰτημάτων γένηται, μὴ ναρκᾷν μηδὲ ἀφίστασθαι. Γράφει γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος· «Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε.» Θορυβεῖ μὲν γὰρ ὁ διάβολος οὐ μετρίως, ἀδοκήτοις ἔσθ' ὅτε περιστάσεσιν ἐνιεὶς, καὶ καταφέρων εἰς πολύτροπον ἁμαρτίαν. Εἶτα πρὸς τούτῳ, τῆς ἐμφύτου φιληδονίας ὁ νόμος, ἐμφωλεύει τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς, ἀντιστρατευόμενος τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς ἡμῶν, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ναὶ μὴν, καὶ οἱ τοῖς τῆς ἀληθείας πολεμοῦντες δόγμασιν αἱρετικοί. Χρεία τοίνυν συχνῆς καὶ ἀλλεπαλλήλου προσευχῆς. Τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικὰ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ.

Τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ;

D (A f. 155) Διδάσκει πάλιν ἡμᾶς ὁ Σωτὴρ ἕτερόν τι τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν. Πρόσιμεν γὰρ ἔσθ' ὅτε τῷ φιλαγάθῳ Θεῷ, τὰς λιτὰς ποιούμενοι, τὰς ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι κατὰ τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν· ἀλλ' οὐ διακρίνοντες ἔσθ' ὅτε, ἢ βασανίζοντες, τί μέν ἐστι τὸ ἀληθῶς συμφέρον, καὶ ὅπερ ὀνίνησι δοθὲν παρὰ Θεοῦ· τί δὲ καὶ τὸ ἀδικοῦν, εἰ λάβοιμεν· ἀκατασκέπτοις δὲ μᾶλλον θελημάτων ὁρμαῖς, ἐμπίπτομεν εἰς ἐπιθυμίας ὀλέθρου μεστάς. Ὅταν οὖν τι τοιοῦτον αἰτῶμεν παρὰ Θεοῦ, ληψόμεθα μὲν οὐδαμῶς, γέλωτος δὲ μᾶλλον ἀξίαν ποιούμεθα τὴν λιτήν· καὶ ποία τίς ἐστιν ἡ τούτου πρόφασις, παρ' αὐτοῦ μάθωμεν. Τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν αἰτήσει ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; Ὡς ἐξ εἰκόνος, φησὶ, ἤτοι παραδείγματος ἐναργοῦς, ἐκ τῶν καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς, τὴν τῶν παρ'

A tecum ipse insipienter loquens: Accessi multoties, lacrymatus sum, oravi, neque tamen exauditus fui; neque quidquam a me expetitum recte successit. Illud potius tecum reputa: plus quam nos ipsi, res nostras videt omnium custos: petis interdum quæ supra tuam conditionem sunt: scit ille dator idoneum benefaciendi tempus. Debemus igitur nos prudenter simul et constanter preces nostras Deo offerre, etiamsi fiat aliquando petitionum repetitio. Nam quod nobis sine nostro labore datur, quodque facile accipitur, contemni solet.

B V. 8. *Dico vobis, et si non dabit illi surgens*, etc.

Hic verba *dico vobis* jurisjurandi vice funguntur. Neque idcirco fallit Deus, si forte absque jurejurando aliquid spondeat; sed ut nulla nostræ fidei exiguitati excusatio sit, jurejurando interdum audientes confirmat. Verbo autem *quærite*, laborem imperat; nam labore plerumque res quæsita invenitur. Qui pulsat, manu januam concutit, ut ictuum molestiam non ferens ædium dominus, vel invitus aperiat. Disce igitur ex his quæ apud homines accidunt, rei utilis conquisitionem: pulsa, molestus esto, ora; tales esse oportet qui aliquid a Deo postulant. Prudenter itaque et enixe orandum est. Et si forte dilatio aliqua exau- C diendis precibus fiat, 269 non est torpendum neque desinendum. Scribit itaque sapientissimus Paulus: « Sine intermissione orate [65]. » Non mediocriter enim turbat diabolus, subitis interdum irretiens discriminibus, et ad varia peccata impellens. Tum præterea congenita voluptarii affectus lex carnis membris inhæret, repugnans legi mentis nostræ, sicuti scriptum est [66]. Denique etiam adversarii verorum dogmatum hæretici. Quamobrem opus est precibus mutuis. Arma enim nostra haud carnalia sunt, ut ait Scriptura [67], sed potentia Deo.

V. 11. *Quis autem ex vobis patrem poscet filius panem, nunquid lapidem dabit illi?*

D Rursus nos docet Servator aliud quiddam utilitate præcipuum. Aliquando enim ad benignum Deum accedimus preces oblaturi de re qualibet, prout cuique videtur: neque tamen discernentes interdum aut explorantes, quid vere sit conveniens, quidve a Deo datum profuturum sit; quidque secus nociturum, si acceperimus a Deo: sed inconsiderato voluntatis impetu in cupiditates ferimur perniciei plenas. Cum ergo hujusmodi aliquid a Deo poscemus, nihil impetrabimus, risuque potius dignas facimus preces. Quænam vero rei hujus sit causa, ab ipso discamus. Num quis ex vobis homo, quem filius suus panem poposcerit, lapidem huic porriget? Tanquam in imagine, inquit, perspicuoque exemplo, ex iis quæ apud vos fiunt, dictorum meo-

[65] I Thess. v, 17. [66] Rom. vii, 23. [67] II Cor. x, 4.

rum vim cognoscite. Pater filiorum effectus, omni ope, ob multam erga eos charitatem, vis iis prodesse. Cum ergo filius panem postulat, sine mora alacerque porrigis, probe sciens ab eo utile alimentum affectari. Sin vero mentis adhuc impos parvulus, resque visas discernere nondum sciens, lapidem petierit ut comedat: num ei, inquit, porrigis, et non potius eum a noxia illa cupiditate retrahis? Idem porro sermo valet de serpente et pisce, de ovo et scorpione. Si ergo, inquit, vos mali cum sitis, id est, capacem malitiæ mentem habeatis, **270** neque in bono constantem, prout est omnium Deus, nostis bona filiis dare, quanto magis Pater vester cœlestis spiritum bonum dabit poscentibus se? id est spiritalem gratiam planeque bonam; quam qui receperit, beatissimus erit. Si ergo hujus generis aliquid vis accipere, accede alacer; annuet enim libenter virtutis amator cœlestis Pater.

V. 14. *Et erat ejiciens dæmonium, et illud erat mutum.*

Mutum hic appellatum dicimus hominem qui non loquebatur; neque hic erat naturæ morbus, sed fraus dæmonis qui linguam ei vinxerat. Quamobrem etiam indiguit, ut ab aliis Christo offerretur; neque enim ipse per se postulare poterat voce carens. Hinc ne fidem quidem ab eo exigit Dominus, sed illico morbum curat. « Et admiratæ sunt turbæ. » Homine hoc liberato, consummatoque miraculo, plaudebat Christo cum præconiis populus, gloriaque Deo congrua exornare satagebat prodigii auctorem. Quidam tamen ex eis, inquit, hi vero Scribæ ac Pharisæi erant, invidia vesaniaque refertum cor gerentes, morbi quasi additamentum miraculum id esse voluerunt. Etenim Christo quæ divinitus fiebant detrahentes, diabolo attribuebant nihil agere non valenti: nam per hunc a Christo expelli dæmonia dictitabant. — Ergo demersis quasi abysso malis dæmonibus Christus, quos invitos ab obsessis pellebat, cum ob id dignus admiratione esset, maledicorum tamen obtrectationes non vitavit. Ausi sunt enim dicere, crimini vertentes prodigium: « Hic non expellit dæmonia nisi in Beelzebul. — Et alii tentantes, » etc. Alii vero paribus invidiæ stimulati aculeis, quærebant videre signum de cœlo ab eo fieri, propemodum dicentes: Quanquam improbum ex homine pepulisti dæmonem, nondum tamen id grande portentum est, neque divinam potentiam res hæc demonstrat. Nondum quid **271** simile antiquis prodigiis vidimus. Ostende aliquid quod absque ulla dubitatione cœlitus factum videatur. Transmisit Moyses populum, gradibile ei faciens medium mare. Petram virga percussit, et fluentorum matrem effecit, fontes de duro lapide scaturierunt. Similiter post eum Josue solem contra Gabaon stitit, et lunam

A ἐμοῦ λεγομένων δύναμιν ἐννοήσατε. Πατὴρ γέγονας τέκνων, διὰ τρόπου παντὸς ἐκ πολλῆς ἄγαν φιλοστοργίας ὠφελεῖν ἐθέλεις αὐτά. Ὅταν τοίνυν ἄρτον αἰτήσῃ, ἀμελητὶ καὶ χαίρων προσάγεις, εὖ εἰδὼς ὅτι τροφῆς μεταποιεῖται τῆς ἐπωφελοῦς. Ὅταν δὲ διὰ φρενῶν ἔνδειαν τὸ βραχὺ παιδίον, οὔπω διακρίνειν εἰδὸς τὰ ὁρώμενα, αἰτήσῃ λίθον ἵνα φάγῃ, δίδως ἄρα, φησίν, ἢ μᾶλλον ἀποφέρεις αὐτὸ τῆς εἰς τοῦτο βλαβερᾶς ἐπιθυμίας; Ὁ δὲ αὐτὸς ἔστω λόγος ἐπί τε ὄφεως καὶ ἰχθύος, ᾠοῦ καὶ σκορπίου. Ὅτε τοίνυν, φησὶν, ὑμεῖς ὄντες πονηροὶ, τουτέστι, κακίας δεκτικὴν ἔχοντες τὴν διάνοιαν, καὶ οὐ μονότροπον εἰς τὸ ἀγαθὸν, καθὰ καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, οἴδατε διδόναι δόματα ἀγαθὰ τοῖς τέκνοις, πόσῳ μᾶλλον ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει πνεῦμα ἀγαθὸν τοῖς αἰτοῦσιν
B αὐτόν; τουτέστι χάριν πνευματικὴν, ἀγαθὴν δὲ πάντως· ἥν εἴπερ τις λάβοι, τρισμακάριος ἔσται. Οὐκοῦν εἴ τι τῶν τοιούτων ἐθέλοις λαβεῖν, πρόσιθι χαίρων· κατανεύσει γὰρ ἑτοίμως, φιλάρετος ὢν ὁ ἐν οὐρανοῖς Πατήρ.

Καὶ ἦν ἐκβάλλων δαιμόνιον, καὶ αὐτὸ ἦν κωφόν.

(A f. 155, C f. 131 b) Κωφὸν (1) ἐν τούτοις τὸν ἄφωνον ὠνομάσθαι φαμέν· οὐ τῆς φύσεως δὲ ἦν τὸ πάθος, ἀλλὰ τοῦ δαίμονος ἐπιβουλὴ δήσαντος τὴν γλῶσσαν. Διὸ καὶ ἑτέρων δεῖται τῶν προσαγόντων· οὐδὲ γὰρ δι' ἑαυτοῦ παρακαλέσαι ἠδύνατο, ἄφωνος ὤν. Ὅθεν οὐδὲ ἀπαιτεῖ πίστιν αὐτὸν ὁ Κύριος, ἀλλ' εὐθέως διορθοῦται τὸ νόσημα. « Καὶ ἐθαύμασαν οἱ
C ὄχλοι. » Τούτου καθαρισθέντος καὶ τελεσθέντος τοῦ θαύματος, κατεκρότει μὲν ἡ πληθὺς ταῖς εὐφημίαις αὐτὸν, καὶ δόξῃ θεοπρεπεῖ στεφανοῦν ἠπείγετο τὸν θαυματουργόν. Τινὲς δὲ, φησὶν, ἐξ αὐτῶν, οὗτοι δὲ ἦσαν Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, ἀπονοίᾳ καὶ φθόνῳ μεθύουσαν ἔχοντες τὴν καρδίαν, προσθήκην τῇ νόσῳ τὸ θαῦμα πεποίηνται. Ἀφιστάντες γὰρ αὐτοῦ τὰ θεοπρεπῶς εἰργασμένα, τῷ διαβόλῳ προσνενεμήκασι τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν· δι' αὐτοῦ γὰρ αὐτὸν ἐκβάλλειν ἔφασαν τὰ δαιμόνια. — (A f. 155 b) Καταχωννύων γοῦν ὥσπερ εἰς ἄβυσσον ὁ Χριστὸς τὰ πονηρὰ δαιμόνια, καὶ οὐχ ἑκόντα μεθιστὰς, διὰ τοῦ τῶν ἐχόντων ἐκπέμπειν αὐτὰ, καίτοι δέον ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι, τοὺς τῶν εἰωθότων φιλοψογεῖν οὐ διέδρα λόγους. Τετολμήκασι γὰρ εἰ-
D πεῖν, ἔγκλημα ποιούμενοι τὴν τερατουργίαν· « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βελζεβούλ. — Ἕτεροι δὲ πειράζοντες, » κ. τ. λ. Ἕτεροι δὲ τοῖς ἴσοις τοῦ φθόνου διανυττόμενοι κέντροις, ἐζήτουν ἐξ οὐρανοῦ σημεῖον ἰδεῖν παρ' αὐτοῦ· μονονουχὶ βοῶντες· Κἂν ἐξ ἀνθρώπου κακόηθες ἐλάσῃς δαιμόνιον, ἀλλ' οὔπω μέγα τὸ χρῆμά ἐστιν, οὐδὲ θείας ἐνεργείας ἀπόδειξιν ἔχει τὸ δρώμενον. Οὔπω τι τεθεάμεθα τοῖς ἀρχαίοις θαύμασιν ὅμοιον. Δεῖξόν τι τῶν ἄνωθεν ἀνενδοιάστως ἐνεργουμένων. Διεβίβασε Μωϋσῆς τὸν λαὸν, βάσιμον αὐτοῖς ἀποφήνας τὴν διὰ μέσου θάλατταν· ἐτύπτησε τῇ ῥάβδῳ τὴν πέτραν, καὶ ποταμῶν αὐτὴν ἔδειξε μητέρα· ἐξεδόθησαν ἐκ τῆς ἀκροτόμου πηγαί.

(1) Fragmentum hoc, usque ad νόσημα, in codice dicitur Cyrilli simul et Chrysostomi.

Ὁμοίως ὁ μετ' αὐτὸν Ἰησοῦς ἔστησε τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼ, καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα Ἀρνών. Ἔστησε τὸν Ἰορδάνην, καὶ τοῖς ἐκείνου νάμασιν ἐνῆκε δεσμόν. Σὺ δὲ τούτων ἔδειξας οὐδέν. Τὸ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ βούλεσθαι σημεῖον αἰτεῖν, οὐδὲν ἕτερον ὑπεμφήνειεν ἂν, πλὴν ὅτι τοιούτους ἐσχήκασιν ἐπ' αὐτῷ τότε διαλογισμούς. Καὶ τί πρὸς ταῦτα Χριστός;

Αὐτὸς δὲ εἰδὼς αὐτῶν τὰ διανοήματα, κ. τ. λ. (A f. 155 b) Πρῶτον μὲν ὄντα Θεὸν ἑαυτὸν ἀποφαίνει, διὰ τοῦ καὶ τὸ λάθρα ψιθυρισθὲν παρ' αὐτοῖς εἰδέναι· ἔγνω γὰρ τοὺς διαλογισμοὺς αὐτῶν. Ἔπειτα (1) τῆς οὕτω δεινῆς ἀφιστὰς αὐτοὺς ἀσεβείας, οὐδὲν ἀπὸ τῶν Γραφῶν φησιν, οὐδὲ γὰρ προσεῖχον, ἀλλὰ καὶ παρερμηνεύειν ἔμελλον, ἀλλ' ἀπὸ τῶν B κοινῇ συμβαινόντων. Καὶ πόλις γὰρ, φησὶν, καὶ οἰκία, ἂν σχισθῇ, ταχέως διαλύεται· καὶ βασιλεία, ἧς οὐδὲν δυνατώτερον. Εἰ οὖν καὶ ἐγὼ δαίμονα ἔχων, δι' ἐκείνου ἐκβάλλω τοὺς δαίμονας, στάσις μεταξὺ δαιμόνων ἐστί· καὶ εἰ κατ' ἀλλήλων ἵστανται, ἀπόλωλεν αὐτῶν ἡ ἰσχύς. Ἵστησι μὲν γὰρ βασιλείας τῶν ὑπὸ χεῖρα τὸ γνήσιον. Ἵστησι δὲ οἴκους τὸ κατὰ μηδένα τρόπον ἀντιφέρεσθαί τινας ἀλλήλοις τῶν ἐν αὐτοῖς. Ἔστησε δ' ἂν καὶ τὴν τοῦ Βεελζεβοὺλ βασιλείαν, τὸ μὴ αὐτὸν ἑαυτῷ δρᾷν ἐθέλειν τὰ ἐναντία. Πῶς οὖν ἐκβάλλει Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν; Οὐκοῦν οὐχ ἑκόντα τῶν ἀνθρώπων ἐκπέμπεται τὰ δαιμόνια. Οὐ γὰρ μάχεται, φησὶν, ὁ Σατανᾶς ἑαυτῷ· οὐκ ἐπιπλήττει τοῖς ἑαυτοῦ δορυφόροις, συγκροτεῖ δὲ μᾶλλον τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν. Λείπεται τοίνυν ἐννοεῖν ὅτι δυ- C νάμει θείᾳ συντρίβω τὸν Σατανᾶν. — (A f. 156) Τῶν ἀνοσίων Φαρισαίων ἡ δυστροπωτάτη πληθὺς διαβεβλήκασι τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ συκοφαντεῖν ἀπετόλμων τὴν δόξαν αὐτοῦ, ταῖς τοῦ Βεελζεβοὺλ συνεργίαις ἐπικουρούμενον, εἰς τὸ δύνασθαι τὰ πονηρὰ τῶν ἠῤῥωστηκότων ἐξελαύνειν πνεύματα, δυσσεβῶς ὀνομάζοντες. Τοιγάρτοι καὶ διὰ Ὡσηὲ προφήτου τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀθυροστομίας κατεκεχράγει λέγων αὐτὸς ὁ Ἐμμανουήλ· « Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμοῦ! δείλαιοί εἰσιν, ὅτι ἠσέβησαν εἰς ἐμέ. Ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτοὺς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησαν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ. »

Οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι,

(A f. 156) Ἰουδαῖοι γὰρ καὶ ἐξ Ἰουδαίων κατὰ σάρκα γεγόνασιν οἱ μακάριοι μαθηταί. Οὗτοι τὴν D κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐξουσίαν ἐσχήκασι παρὰ Θεοῦ, καὶ δὴ καὶ ἀπήλλαττον τοὺς ἐνισχημένους, ἐπιφωνοῦντες αὐτοῖς τὸ, « ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ὅτε τοίνυν, φησὶν, οἱ ἐξ ὑμῶν γεγονότες υἱοὶ, ἐν ὀνόματί μου τὸν Βεελζεβοὺλ συντρίβουσιν, ἐπιπλήττοντες αὐτοῦ τοῖς δορυφόροις, καὶ ἀμελητὶ τῶν ἐχόντων αὐτοὺς ἐκπέμποντες, πῶς οὐκ ἐναργὴς δυσφημία, πολὺ τὸ ἀμαθὲς δὲ ἔχουσα συμπεπλεγμένον, τὸ

A contra vallem Arnon [88]. Jussit Jordanem subsistere, ejusque fluentis vinculum indidit. Tu vero nihil hujusmodi ostendisti. Nam de cœlo signum petere, nihil aliud fere innuit, nisi inter homines illos talia fuisse de eo colloquia. Quid vero ad hæc Christus?

V. 17. *Ipse autem ut vidit cogitationes eorum*, etc.

Primo quidem se Deum ostendit, eo quod tacite ab iis murmurata scivit; etenim cogitationes illorum cognoverat. (2) Deinde ut tam gravi eos impietate averteret, nihil e Scripturis profert, quibus non attendissent, imo et falsos sensus assuissent; sed B ex vulgo accidentibus argumentatur. Nam civitas, inquit, imo et domus, si dissidio laboret, celeriter dissolvetur; pariterque regnum, quo nihil validius esse solet. Si ergo et ego dæmonem habens, ope hujus dæmonas ejicio, seditio inter dæmones fit; qui si invicem adversentur, potentia ipsorum peribit. Nam regnum firmat subditorum germanitas. Firmatur quoque domus, si domestici nullatenus inter se contendant. Regnum denique etiam Beelzebuli firmum manet, nisi ipse contraria sibi operari voluerit. Quomodo ergo Satanam expellit Satanas? Igitur haud spontanei ejiciuntur ex hominibus dæmones. Non enim secum pugnat Satanas, in proprios non invehitur stipatores, sed suo potius fert suppetias regno. Superest igitur ut existimetis C a me divina virtute Satanam conteri. — Impiorum Pharisæorum nequissima multitudo **272** criminabantur Emmanuelem, ejusque gloriam calumniari audebant; et quasi is Beelzebuli adjutorio fultus malos ab ægrotis dæmones posset expellere, impie dictitabant. Quamobrem per Oseam quoque prophetam, Judæorum os procax increpabat his verbis Emmanuel: « Væ eis, quoniam recesserunt a me! miseri sunt, quia impie egerunt adversus me. Ego quidem redemi eos, sed ipsi adversus me falsa locuti sunt [89]. »

V. 19. *Filii vestri in quo ejiciunt?*

(1) Narratio hæc nominatim tribuitur Cyrillo in duobus saltem codicibus C. f. 133 b, et D. f. 47 b. Et quidem aliis plerumque verbis eamdem rem scribit noster Cyrillus etiam contra Anthropomorphitas cap. 27. Porro in codice item vetere B. f. 119, b, eamdem narrant historiam Greg. Nyssenus (qui tamen cum Cyrillo contra Anthrop. sæpe ad litteram congruit) nec non Severus Antiochenus, quorum verba ascribam. *Τοῦ Νύσσης*. Ἱερεὺς οὗτος ὁ Ζαχαρίας ἦν, τῷ τῆς προφητείας χαρίσματι πρὸς τὴν γνῶσιν τῶν κρυπτῶν χειραγωγούμενος· ὃς τὸ τῆς παρθενίας μυστήριον ἐπὶ τοῦ ἀφθάρτου τόκου μυηθεὶς, οὐκ ἀπέκρινεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ ταῖς παρθένοις κατὰ τὸν νόμον ἀποκεκληρωμένου τόπου τὴν ἄγαμον μητέρα, διδάσκων τοὺς Ἰουδαίους ὅτι παρθένος ἡ κόρη, καὶ Θεὸς μέγας καὶ Σωτὴρ ὁ ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενος Ἰησοῦς Χριστός· ἦν δὲ οὗτος ὁ τόπος, τὸ μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου διάστημα. Ἐπεὶ δὲ ἤκουον D ταῦτα, φόβῳ τοῦ μὴ γενέσθαι βασιλεῖ ὑποχειρίους, ταῦτα μαρτυροῦντα διαχειρίζονται, πρὸς αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν ἱερέα ἱερουργήσαντες. — Λέγει καὶ Σευῆρος εἰς τὸ αὐτὸ, ὅτι ἐξ ἀγράφου παραδόσεως ἱστόρηται τοὺς Ἰουδαίους τὸν ἱερέα Ζαχαρίαν τὸν Ἰωάννου πατέρα ἀνελεῖν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἣν καὶ ὁ Νύσσης εἴρηκεν. *Nysseni. Sacerdos erat hic Zacharias, prophetiæ dono ad arcanorum cognitionem manuductus. Is virginitatis mysterium circa incontaminatum partum edoctus, non secrevit in templo ab assignato per legem virginibus loco incorruptam matrem, Judæos admonens virginem esse hanc puellam, Deumque magnum ac Servatorem oriturum ex ipsa Jesum Christum. Erat vero is locus inter templum et altare intervallum. Ea re audita Judæi, veriti ne regi fierent subditi, virum talia testantem interficiunt, ipso in altari sacerdotem immolantes. — Ait etiam Severus hoc eodem Evangelii loco ex traditione non scripta narratum esse, Judæos sacerdotem Zachariam, Joannis patrem, occidisse inter templum et altare, ob eamdem quam Nyssenus dixit causam.* Nysseni locus sumitur, nonnullis variatis, ex ejus sermone de nat. Domini. Tractum autem Severi multo integriorem nos edidimus in tomo decimo AA. class. p. 432, qui Cyrillum auctorem sibi familiarissimum sine dubio expilavit. Item nos *Script. vet.* t. IX, p. 682, in catena ad Lucam verba protulimus Geometræ, qui Zachariam ab Herodis lictoribus occisum ait. Sed enim notissima est Hieronymi sententia super hac traditione comm. in Matth. XXIII, 35 : *Alii Zachariam patrem Joannis intelligi volunt, ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes, quod propterea occisus sit, quia Salvatoris prædicarit adventum. Hoc quia de Scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, qua probatur.* Ita peremptorio, ut solet, stylo Hieronymus. Sed tamen cum Cyrillo, et supra scriptis Nysseno Severo et Geometra, consentiunt antiquissimi Patres a Calmeto jam citati (præter Jacobi Protoevangelium), Origenes, Petrus Alex., Tertullianus, Basilius, Chrysostomus, Epiphanius ; item juniores Theophylactus et Euthymius. His addit Baronius (qui hanc opinionem tuetur t. I, an. I. n. 53) etiam Valentiniani imp. auctoritatem in epistola apud Theodoretum, *Hist.* lib. IV, 8. Origenis locus Græce exstat ex catena ms. in ed. Ruæi t. III, p. 845, sed initio acephalus, quem nos ex cod. A. p. 164, b, ita supplebimus. *Ὠριγένους*. Ζαχαρίαν εὑρίσκομεν ἐν ταῖς Βασιλείαις ἱερέα, φονευθέντα ἐγγὺς τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ὑπὸ Ἰωὰς βασιλέως Ἰούδα· Ἰώσηπος δὲ ἱστορεῖ, τὸν υἱὸν Βαραχίου Ζαχαρίαν αὐτὸν εἶναι πατέρα τοῦ Βαπτιστοῦ· οὐ δύνανται γὰρ, etc. (hic sequitur dicta editio.)

σαι τὰς χεῖρας, δεδιότας τὸν ἐκ τῆς αὐτοῦ προφητείας προσδοκώμενον βασιλέα, φόβῳ τοῦ μὴ γενέσθαι βασιλεῖ ὑποχειρίους μέλλοντι καταδυναστεύειν αὐτῶν. Τὸν οὖν ταῦτα μαρτυροῦντα περὶ τοῦ τόκου διαχειρίζονται, πρὸς αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν ἱερέα ἱερουργήσαντα [al. codd. ἱερουργήσαντες.

Ναὶ λέγω ὑμῖν, ἐκζητηθήσεται ἀπὸ γενεᾶς ταύτης.

(A f. 164 b) Εἰ καὶ δεικτικῶς δὲ λέγει, «ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης,» οὐχὶ μόνον τάχα που κατασημῆναί φαμεν τοὺς τότε παρόντας καὶ ἀκροωμένους, ἀλλὰ πάντα τὸν φονευτὴν καὶ ὑπὸ τὴν μιαιφονίαν πίπτοντα· συντετάξεται γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ὡς ἀδελφὸν καὶ ὁμογενές· κατὰ τό· «Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον.» — «Καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης.»

Ἤρατε τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως, αὐτοὶ οὐκ εἰσήλθετε, κ. τ. λ.

(A f. 165, B f. 120, C f. 133 b, D f. 48) Κλεῖδα γνώσεως αὐτὸν εἶναί φαμεν τὸν νόμον, καὶ τὴν ἐν Χριστῷ δικαίωσιν, διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τῆς εἰς αὐτόν. Ἦν μὲν γὰρ ὁ νόμος ἐν σκιᾷ καὶ τύπῳ, πλὴν οἱ τύποι διαμορφοῦσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ γράφουσιν αἱ σκιαὶ πολυτρόπως ἡμῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον. Ἀμνὸς ἐσφάζετο κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον· ἤσθιον τῶν κρεῶν αὐτοῦ, καὶ ἔχριον τῷ αἵματι τὰς φλιάς· καὶ νενικήκασι τὸν ὀλοθρευτήν. Ἀλλ' αἷμα προβάτου κοινοῦ οὐκ ἂν ἴσχυσεν ἀνατρέψαι θάνατον· ἐμορφοῦτο δὴ οὖν ὡς ἐν ἀμνῷ Χριστὸς, τὴν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς ὑπομένων σφαγὴν, καὶ σώζων αἵματι τῷ ἰδίῳ τοὺς μετέχοντας αὐτοῦ· πλεῖστα δ' ἄν τις πρὸς τοῦτο λέγοι, δι' ὧν ἔνεστιν ἰδεῖν τὸ Χριστοῦ μυστήριον, διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς γραφόμενον. Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς τοῖς Ἰουδαίοις προσλαλῶν· «Ἔστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν Μωϋσῆς, εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. Εἰ γὰρ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί· περὶ γὰρ ἐμοῦ ἐκεῖνος ἔγραψε.» Καὶ πάλιν· «Ἐρευνᾶτε τὰς Γραφὰς, ὅτι ἐν αὐταῖς δοκεῖτε ζωὴν αἰώνιον ἔχειν, καὶ αὗταί εἰσιν αἱ περὶ ἐμοῦ μαρτυροῦσαι· καὶ οὐ θέλετε ἐλθεῖν πρός με ἵνα ζωὴν ἔχητε.» Ἅπας γὰρ λόγος τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς εἰς αὐτὸν ὁρᾷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ συντείνεται. Ἔδει δὴ οὖν τοὺς καλουμένους νομικοὺς, ἅτε δὴ τὸν Μωϋσέως πολυπραγμονοῦντας νόμον, καὶ τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν οὐκ ἠγνοηκότας φωνὰς, ἀνοίγειν τρόπον τινὰ τοῖς Ἰουδαίων δήμοις τὰς τῆς γνώσεως θύρας. Παιδαγωγεῖ γὰρ ὁ νόμος ἐπὶ Χριστὸν, ἀποφέρει δὲ εἰς ἐπίγνωσιν αὐτοῦ καὶ τὰ τῶν ἁγίων προφητῶν εὐσεβῆ κηρύγματα. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ πεπράχασιν οἱ καλούμενοι νομικοί· ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων, ἦραν τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· ἵνα τὴν διὰ νόμου χειραγωγίαν ἐννοῇς, ἤτοι τὴν πίστιν, δῆλον δὲ ὅτι τὴν εἰς Χριστόν· προσγίνεται γὰρ διὰ τῆς πίστεως, τῆς ἀληθείας ἡ γνῶσις. Καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἡσαΐας οὕτω πού φησι· «Καὶ ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε.» — «Χωρὶς γὰρ πίστεως, ἀδύνατον εὐαρεστῆσαί ποτε.» Ἦραν τοίνυν οἱ νομικοὶ τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· οὐ γὰρ εἴων πιστεῦσαί τινας εἰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν. Τεθαυματούργηκε πολυτρόπως· οἱ δὲ, καίτοι θαυμάσαι δέον ἐπὶ τούτοις αὐ-

interemerunt, dum apud ipsum altare rem sacram utpote sacerdos operabatur.

V. 51. *Utique dico vobis, requiretur ab hac generatione.*

Etiamsi demonstrative dicit « ab hac generatione, » haud fortasse tamen significari ab eo dicimus præsentes tantummodo atque auditores, sed homicidam quemlibet, et sanguinis effusi reum : nam simile cum simili collocatur, ut fraternum atque homogeneum, juxta illud : « Hæc est generatio quærentium Dominum [77]. » Et illud : « Et custodies nos a generatione hac [78]. »

V. 52. *Tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis*, etc.

Scientiæ clavem dicimus ipsam esse legem, et in Christo justificationem, per fidem videlicet in ipsum. Sane in umbra typoque lex versabatur, verumtamen veritatem typi figurant, umbræque multimodis depingunt nobis Christi mysterium. Agnus mactabatur secundum Moysis legem : carnes ejus comedebant, et limina sanguine ungebant; atque ita exterminatori superiores fuerunt. Atqui communis oviculæ cruor necem arcere haud potuisset; ergo figurabatur in agno Christus, pro mundi vita cædem sustinens, proprioque sanguine participes sui salvans. Plurima quispiam addere posset, ex quibus cognoscere licet Christi sacramentum a legis umbra delineatum. Dixit autem alicubi Christus ipse Judæos alloquens : « Est qui vos accusat Moyses, in quem vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit [79]. » Et mox : « Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere : et ipsæ sunt, quæ testimonium perhibent de me; nec vultis venire ad me, ut vitam habeatis [80]. » Tota enim inspiratæ Scripturæ oratio ipsum designat, et in eumdem collineat. Debebant ergo sic dicti legisperiti, ceu qui in Moysis lege studium collocaverant, nec sanctorum prophetarum oracula ignorabant, aperire quodammodo Judaicis turbis scientiæ januam. Nam lex ad Christum instituit, atque ad **286** ipsius cognitionem deducunt sanctorum prophetarum piæ prædicationes. Verumtamen haud hoc faciebant sic dicti legisperiti, sed e contrario scientiæ clavem abstulerant; quibus in verbis intelligere debes legis disciplinam, sive fidem, eam scilicet quæ erga Christum est. Namque a fide veritatis cognitio provenit. Quapropter Isaias propheta dicit : « Nisi credideritis, non intelligetis [81]. » Nam « sine fide impossibile est placere unquam (Deo [82].) » Abstulerant itaque legisperiti scientiæ clavem, quia non sinebant quemquam communi Servatori Christo credere. Is multimodis prodigia edidit; illi vero, cum idcirco eum admirari debuissent, miraculis maledicebant, populoque sibi subjecto scandalum creantes, dicebant :

[77] Psal. xxiii, 6. [78] Psal. xi, 8. [79] Joan. v, 45. [80] Joan. v, 39. [81] Isa. vii, 9. [82] Hebr. xi, 6.

« Hic dæmonia non ejicit, nisi in Beelzebul principe dæmoniorum. » Viden' quomodo scientiæ clavem auferebant? Docebat in synagogis, patefaciebat audientibus bonam et perfectam beneque placentem Patris voluntatem : illi vero ne has quidem doctrinas ejus sine vituperio esse sinebant. Inclamabant enim turbis : « Dæmonium habet, et insanit : cur eum auditis [82]? » Vere itaque abstulerant scientiæ clavem; ipsi non sunt ingressi et alios item ingressu prohibuerunt.

A τὸν, διέσυρον τὰς θεοσημείας, καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαοὺς σκανδαλίζοντες, ἔφασκον· « Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων. » Ὁρᾷς ἐν τούτοις τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως αἴροντας; Ἐδίδασκεν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, φανερὸν καθίστη τοῖς ἀκροωμένοις τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ τέλειον καὶ εὐάρεστον· οἱ δὲ καὶ ταύτας αὐτοῦ τὰς μυσταγωγίας οὐκ ἀμωμήτους ἀφέντες εὑρίσκονται· προσεφώνουν γὰρ τοῖς ὄχλοις· « Δαιμόνιον ἔχει καὶ μαίνεται· τί ἀκούετε αὐτοῦ; » Ἦραν οὖν, κατὰ τὸ ἀληθὲς, τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως· αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον, κεκωλύκασι δὲ καὶ ἑτέρους.

V. 53. *Cœperunt Scribæ ac Pharisæi graviter insistere, et os ejus circa multa provocare.*

Ἤρξαντο οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων.

Ægre ferentes se coargui, cœperunt, inquit, vehementer ei insistere. Porro insistere hic valet urgere, irasci, stomachari. Nitebantur etiam, inquit, ejus os provocare. Quid vero rursus est hic *os provocare?* Exigebant scilicet, ut subito ac propemodum inconsiderate callidis ipsorum quæstionibus responderet, existimantes eum sine dubio succubiturum, atque aliquid tumultuarie dicturum quod calumniam non effugeret. Sed enim Deum esse nesciebant, imo eum superbe contumelioseque spernebant. Propterea Christus familiares suos, id est discipulos, ut ab illis caverent admonebat. Audi igitur :

B (A f. 165 b). Ἀσχάλλοντες πρὸς τοὺς ἐλέγχους, ἤρξαντο, φησὶ, δεινῶς ἐνέχειν αὐτῷ. Τὸ δὲ *ἐνέχειν*, ἀντὶ τοῦ ἐγκεῖσθαι καὶ ἐγκοτεῖν ἤτοι δυσμ[ε]αίνειν ἐστίν. Ἐπεχείρουν δὲ αὐτὸν, φησὶ, καὶ ἀποστοματίζειν περὶ πολλῶν. Καὶ τί πάλιν τὸ *ἀποστοματίζειν* ἐστίν; Ἀπῄτουν ἐκ τοῦ παραχρῆμα καὶ οἱονεὶ ἀσκέπτως πρὸς τὰς πανούργους αὐτῶν ἀποκρίνεσθαι πεύσεις, οἰηθέντες ὅτι διαπεσεῖται πάντως, καὶ λαλήσει τι τῶν ὅσα ἐστὶν οὐκ ἔξω διαβολῆς· ἀλλ' οὐκ ᾔδεσαν ὄντα Θεὸν, μᾶλλον δὲ καταφρονηταὶ γεγόνασιν, ἀλαζόνες καὶ ὑβρισταί· ταύτῃτοι Χριστὸς τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις, ἤγουν μαθηταῖς, φυλάττεσθαι ἀπ' αὐτῶν παρηγγύα· ἄκουε γοῦν·

287 CAP. XII.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒʹ.

V. 1. *In primis cavete a Pharisæorum fermento.*

C *Πρῶτον* (2) *προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων.*

Ab hoc nimirum cavere discipulos suos Dominus vult; *fermentum* hoc loco dicens hypocrisim. Est enim Deo invisa res : et ea quidem ad breve quandoque tempus latitat, verumtamen foras excidit, et quidem haud longo tempore post. Nam quod Dei oculum nullus actus noster vel dictum latere queat, demonstravit, dicens : « Nihil est opertum, quod non revelabitur. » — Omnis enim sermo noster, et omnis actus, die judicii manifestus erit. Vana est ergo hypocrisis; sed oportet nos veros adoratores videri. — Fortasse etiam secundum superiorem sententiam docet, omnia nostra clam dicta et facta patere omnituenti Deo, et aliis quoque revelatum iri (1).

(A f. 165 b) Ἀφ' ἧς καὶ προσέχειν τοὺς μαθητὰς ὁ Κύριος βούλεται· *ζύμην* ἐν τούτοις, τὴν ὑπόκρισιν λέγων (3)· θεοστυγὲς γὰρ τὸ χρῆμα· καὶ λανθάνει μὲν ἔσθ' ὅτε βραχὺ, πλὴν διαπίπτει, καὶ οὐκ εἰς μακράν. Ὡς γὰρ οὐκ ἔνεστι λαθεῖν τὸν τῆς θεότητος ὀφθαλμὸν τὰ παρ' ἡμῶν δρώμενα, διέδειξεν εἰπών· « Οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται. » — (A f. 165 b, C f. 133 b) Ἅπας γὰρ ἡμῶν λόγος καὶ πᾶν ἔργον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἔσται φανερόν· περιττὴ τοιγαροῦν ἡ ὑπόκρισις· δεῖ δὲ ἡμᾶς ἀληθινοὺς ὁρᾶσθαι προσκυνητάς. — (A f. 165 b) Ἴσως δὲ καὶ κατὰ τὴν προτέραν ἐπιβολὴν D διδάσκει, ὅτι τὰ κρυφῇ παρ' ἡμῶν καὶ λεγόμενα καὶ πραττόμενα, δῆλα ἔσται τῷ πάντα ὁρῶντι ὀφθαλμῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκκαλυφθήσεται.

V. 4. *Dico autem vobis amicis meis : ne terreamini ab his qui occidunt corpus.*

Λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα.

Ad spiritalem fortitudinem instruit amatores suos. « Dico enim, inquit, vobis amicis meis. » Haud

(A f. 165 b, B f. 120 b, C f. 134) Εἰς πνευματικὴν εὐανδρίαν ἀλείφει τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν.

[82] Joan. x, 20.

(1) Hoc loco apud catenam D. Thomæ sequuntur hæc. « CYRILLUS. Quoniam gemina est causa perfidiæ, quæ aut ex inolita malitia, aut ex accidenti metu nascitur; ne quis metu territus Deum, quem corde cognoscit, negare cogatur, pulchre addit : *Dico autem vobis amicis*, » etc.

(2) Vocabulum πρῶτον reapse in codice A, et aliis, inter verba sacri textus rubris litteris scribitur, non autem nigris in Cyrilli contextu.

(3) Ex hac glossa videtur Cyrillus non legisse in sacro textu ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις, quæ verba reapse desunt in parallelis Matth. xvi, 6, et Marc. viii, 15. Sed tamen, quidquid sit de Cyrilli lectione, verba hæc constanter occurrunt in Lucæ codicibus Græcis atque Latinis.

«Λέγω γὰρ ὑμῖν, φησὶ, τοῖς φίλοις μου.» Οὐχ ἅπασιν A οὖν ἁπλῶς πρέποι ἂν, ὡς ἔοικεν, ὁ περὶ τούτων λόγος· ἐκείνοις δὲ μᾶλλον, οἷς ἂν ἐνυπάρχον ὁρῷτο τὸ ἐξ ὅλης καρδίας ἀγαπᾷν αὐτόν· οἷς καὶ ἁρμόζει λέγειν· «Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ μάχαιρα;» Οἱ γὰρ μὴ τοιοῦτοι, εὐπαρακόμιστοι λίαν εἰσὶν, καὶ πρὸς ἀποστασίαν ἑτοιμότεροι· οἱ δὲ τὰ αὐτὰ φρονοῦντες αὐτῷ, καὶ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν σπουδάζοντες, φαῖεν ἂν μετὰ τοῦ θεσπεσίου Πέτρου· «Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς ὑπὲρ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε.» Ἐθελοντὴς γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε θάνατον, ὡς ἀπαράβλητον ἔχων τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπην. Ἀκηκόαμεν γοῦν λέγοντος αὐτοῦ ἐναργῶς· «Μείζονα ταύτης τῆς ἀγάπης οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις θῇ B τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ.» Εἶτα πῶς οὐκ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων, μὴ ὥσπερ τι τῶν ἀναγκαιοτάτων ὀφλημάτων ἐκτῖσαι Χριστῷ ὅπερ ἐλάβομεν παρ' αὐτοῦ; Χρὴ δὲ καὶ ἑτέρως ζωῆς ἡμᾶς ὄντας ὑπασπιστὰς, μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον, ἀπομιμεῖσθαι δὲ μᾶλλον τῶν ἁγίων Πατέρων τὴν πίστιν. Προσκεκόμικεν ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ τὸν μονογενῆ πειραζόμενος, φημὶ δὲ τὸν Ἰσαὰκ, λογισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δύναται ὁ Θεός. Ποῖον οὖν ἔσται καθ' ἡμῶν τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα, καταργούσης αὐτὸν τῆς ζωῆς (1);

Προσενθυμεῖσθαι δὲ τούτοις κἀκεῖνο προσήκει· εὑρίσκονται γὰρ διὰ πόνων οἱ στέφανοι· καὶ ἄνθρωποι μὲν μέχρι σώματος ἐκτείνουσι τὰς ὀργὰς, καὶ C πέρας αὐτοῖς τῆς καθ' ἡμῶν ἐπιβουλῆς, ὁ τῆς σαρκὸς θάνατος· Θεοῦ δὲ κολάζοντος, οὐ μέχρι μόνης σαρκὸς ἡ ζημία στήσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ συνυποφέρεται ταῖς αἰκίαις ἡ ἀθάνατος [al. codd. ἀθλία] ψυχή. Οὐκοῦν εἰσίτω μᾶλλον ὁ μετ' εὐκλείας θάνατος, εἰς ἀρχὰς ἡμᾶς ἀναφέρων ἀτελευτήτου ζωῆς, ἡτοιμασμένων πάντως που καὶ τῶν ἐκ θείας φιλοτιμίας ἀγαθῶν. — (A f. 165 b, A f. 166) Ἵνα δέ τι καὶ ἕτερον ἐπικούρημα ταῖς ἡμετέραις χαρίσηται διανοίαις, προστέθεικεν ἀναγκαίως· «Οὐχὶ πέντε στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο; καὶ ἓν [δ'] ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.» — (A f. 166, B f. 121, C f. 134) Προσεπήγαγε δὲ ὅτι καὶ «Αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠρίθμηνται.» Ὁρᾷς ὅσην ποιεῖται πρόνοιαν τῶν ἀγαπώντων αὐτόν; Εἰ γὰρ μέχρι τῶν οὕτως εὐτελεστάτων ἐκτείνεται, καὶ D οἷον κάτεισιν ἐπὶ τὰ πάντων σμικρότατα τῶν ζώων, πῶς ἂν ἐπιλάθοιτο τῶν ἀγαπώντων αὐτὸν, ἢ ἀγνοήσειέ τι τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς, ὅς γε τοσαύτην αὐτῶν ποιεῖται πρόνοιαν, ὡς ἕκαστα τῶν κατ' αὐτοὺς εἰδέναι λεπτῶς, καὶ οἷον ἠριθμημένας ἔχειν

cunctis itaque congruere videtur sermo hujusmodi; sed iis, a quibus illum toto corde diligi exploratum erat. Quos etiam decet dicere: «Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an nuditas? an gladius [84]?» Nam qui ita non sunt comparati, valde sunt volubiles, atque ad apostasiam promptiores. At illi qui suam cum illo voluntatem conformarunt, ejusque vestigiis insistere studuerunt, utique dicent cum divo Petro: «Christo passo in carne pro nobis, et vos pro ipso eadem cogitatione armemini [85].» Sponte enim pro nobis necem pertulit, propter suam incomparabilem erga nos charitatem. Quare audivimus dicentem **288** ipsum: «Majorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis [86].» Quidni ergo sit absurdissimum, Christo non reddere, tanquam debitam apprime gratiam, id quod ab eo prius accepimus? Alioquin etiam curandum est ne, dum vitæ tutelam gerimus, mortem expavescamus, sed imitemur potius sanctorum Patrum fidem. Obtulit patriarcha Abrahamus unigenitum tentatus, Isaacum dico, secum reputans posse Deum a mortuis quoque suscitare. Quinam ergo jam nobis supersit mortis timor, postquam eam vita exstinxit?

Simul et illud cogitare par est, inveniri labore coronas. Et homines quidem, usque dum manet corpus, iras suas intendere; finemque illis nos persequendi carnis interitum fieri; verumtamen Deo puniente, haud usque ad carnem tantummodo tendi pœnam, sed et immortalem ipsam suppliciis animam irretiri. Ergo obveniat potius bona cum fama interitus, qui nos ad sempiternæ vitæ initium transferat, ubi omnino parata est a divina liberalitate felicitas. — Ut autem aliud quoque suppeditaret mentibus nostris solamen, necessario addidit: «Nonne quinque passeres veneunt dipondio, et unus ex illis non est in oblivione coram Deo (2)?» Subdidit etiam: «Capilli capitis vestri omnes numerati sunt.» Viden' quantam gerat curam diligentium se? Nam si ad hæc usque vilissima extenditur, seque ad minutissimos animantes inclinat, qui fieri potest ut eum amatorum suorum capiat oblivio, vel rem ullam ad eos pertinentem ignoret? qui sane tantam circa illos providentiam gerit, ut singula ipsorum negotia accurate sciat, et eorumdem, ut ita dicam, capillos numeratos habeat. Vel igitur in tentationem non sinet incidere, vel sapiente consilio id sinet ut **289** patientia inclarescamus. Nam

[84] Rom. VIII, 35. [85] I Petr. IV, 1. [86] Joan. XV, 13.

(1) Male profecto se habet hic locus in Latina Corderii catena. Nam primo is mendose legit δεῖγμα pro δεῖμα; deinde et reliqua pervertit sic: *Quale igitur erit nobis mortis judicium, vita ipsa contempta.*

(2) Paulo hic plura apud Corderium in catena Latina. «Destituuntur siquidem jure meritoque peccatores Dei memoria et cura. Contra vero Deo cordi est, accurate nosse sanctorum vitam.»

qui in laqueum incurrere permittet, idem sine dubio vim quoque evadendi suggeret (1).

V. 8. *Quicunque confessus fuerit me coram hominibus*, etc.

Age jam, quisnam sit Christum confitens, vel quomodo hunc quispiam recte confitebitur, ante omnia cognoscere par est. Scribit itaque nobis sapientissimus Paulus : « Ne dixeris in corde tuo : Quis ascendet in cœlum? id est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit Scriptura? Prope te est verbum in ore tuo, et in corde tuo; hoc est verbum fidei, quod prædicamus. Quia si confitearis ore tuo Dominum Jesum, et corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem [87]. » Totum his verbis Christi sacramentum egregie explicat. Oportet enim primo eum qui apparuit ex Deo Patre Filium, unigenitum ex ejusdem substantia Deum Verbum, Dominum omnium confiteri; non quasi exterius et attributam obtinuerit dominationem, sed quia ita suapte natura vereque se habet, haud secus quam Pater. Deinde credendum est quod Deus illum a mortuis suscitaverit, humanatum scilicet, et in carne propter nos passum : sic enim a mortuis resurrexit. Dominus est ergo, ut dixi, Filius; idemque non comparandus cum aliis, quibus dominationis appellatio donatica fuit et attributa. Solus quippe Dominus naturalis est, qui est super omnia creata Deus Verbum. « Unus enim Dominus Jesus Christus, per quem omnia [88]. » At ne Pater quidem dominatu excludetur, quandoquidem naturalis est Deus : neque item Filius a deitate excidet, quoniam naturaliter Dominus est. Uni autem divinæ ac supra omnia substantiæ inest, ut sit plane libera, et omni servitutis jugo expers; habeat autem **290** potius creaturam omnem pedibus serviliter suppositam. Propterea etiamsi factum homo æque ac nos unigenitum Dei Verbum, quantum attinet ad humanam conditionem, sub jugum servitutemque redactum, solvit quidem Judæis publicanis secundum legem Moysis didrachma pro suæ humanationis ratione, non tamen hærentis sibi majestatis splendorem celavit. Interrogavit enim beatum Petrum : « Reges terræ, a quonam censum sumunt vel tributa? a filiisne suis, an ab alienis? Dicente illo : Ab alienis : Ergo, inquit, liberi filii sunt [89]. » Dominus est igitur propria natura Filius, utpote liber. Hoc idem rursus nos docuit sapiens Paulus, ita scribens : « Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur, de gloria in gloriam, sicut a Domini Spiritu [90]. » Et paulo ante : « Dominus autem Spiritus, inquit, est. Ubi

A αὐτῶν τὰς τρίχας; Ἢ γὰρ οὐκ ἐάσει πεσεῖν εἰς πειρασμὸν, ἢ γοῦν οἰκονομικῶς, ἵνα παθόντες εὐδοκιμήσωμεν· ὁ γὰρ εἰς παγίδα πεσεῖν ἐπιτρέψας, χορηγήσει πάντως τὸ δύνασθαι διενεγκεῖν.

Πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, κ. τ. λ.

(A f. 166, B f. 121) Ἀλλὰ τίς ἂν εἴη λοιπὸν ὁ Χριστὸν ὁμολογῶν, ἢ καὶ ὅπως ἄν τις αὐτὸν ὁμολογήσειεν ὀρθῶς, πρό γε τῶν ἄλλων ἄξιον ἰδεῖν. Γράφει τοίνυν ἡμῖν ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἐπιβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τουτέστι Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἐπαγαγεῖν. Ἀλλὰ τί λέγει; Ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τουτέστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν· ὅτι ἐὰν ὁμολο-
B γήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ· καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. » Ὅλον ἐν τούτοις τὸ Χριστοῦ μυστήριον εὖ μάλα διερμηνεύεται. Χρὴ γὰρ πρότερον τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς πεφηνότα Υἱὸν, τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ μονογενῆ Θεὸν Λόγον, Κύριον τῶν ὅλων ὁμολογεῖν· οὐχ ὡς ἔξωθεν καὶ εἰσκεχριμένην λαχόντα τὴν κυριότητα, ἀλλ' ὄντα τοῦτο κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Πατήρ· εἶθ' οὕτω πιστεύειν, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐνανθρωπήσαντα δηλονότι καὶ σαρκὶ παθόντα δι' ἡμᾶς· ἐγήγερται γὰρ οὕτως ἐκ νεκρῶν. Κύριος οὖν, ὡς ἔφην, ὁ Υἱὸς, ἀσύντακτος τοῖς ἄλλοις, οἷς τὸ τῆς κυριότητος ὄνομα δοτὸν καὶ
C εἰσκεχριμένον· μόνος γὰρ Κύριος κατὰ φύσιν, ὁ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ Θεὸς Λόγος· « Εἷς γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα. » Ἀλλ' οὔτε τοῦ εἶναι Κύριος ὁ Πατὴρ ἔξω κείσεται, Θεὸς ὢν φύσει· οὔτε μὴν ὁ Υἱὸς ἀπολισθήσειεν ἂν τοῦ εἶναι Θεός· Κύριος γάρ ἐστι κατὰ φύσιν· ἔνεστι δὲ μόνῃ τῇ θείᾳ τε καὶ ἀνωτάτω πασῶν οὐσίᾳ, τὸ εἰσάπαν ἐλεύθερον, καὶ τὸ ἔξω κεῖσθαι ζυγοῦ καὶ δουλείας, ἔχειν δὲ μᾶλλον ὑπὸ πόδας δουλοπρεπῶς τὴν κτίσιν ὑποκειμένην· διὰ τοῦτο, καίτοι γενόμενος καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καὶ τό γε ἧκον εἰς ἀνθρωπότητος μέτρον, ὑπὸ ζυγὰ καὶ δουλείαν ἐνηνεγμένος, συνετέλεσε μὲν τοῖς Ἰουδαίων δασμολόγοις κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον τὸ δίδραγμον
D οἰκονομικῶς, οὐκ ἔκρυψε δὲ τῆς ἐνούσης δόξης αὐτῷ τὸ περιφανές. Ἤρετο γὰρ τὸν μακάριον Πέτρον· « Οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνος λαμβάνουσι κῆνσον ἢ τέλη; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; Εἰπόντος δὲ ὅτι ἐκ τῶν ἀλλοτρίων· Ἄρα γε, φησὶν, ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί. » Κύριος οὖν κατὰ φύσιν ὁ Υἱὸς, ὡς ἐλεύθερος. Καὶ τοῦτο πάλιν ὁ σοφὸς ἡμᾶς ἐδίδαξε Παῦλος ὡδί γεγραφώς· « Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύμα-

[87] Rom. x, 6-10. [88] I Cor. viii, 6. [89] Matth. xvii, 24. [90] II Cor. iii, 18.

(1) In Latinis catenis D. Thomæ et Corderii additur fragmentum, hoc loco ponendum. « CYRILLUS. Mystice autem caput quidem hominis est intellectus, capilli vero cogitationes quæ patent Deo. »

τος.» Καὶ μικρὸν ἄνωθεν· «Ὁ δὲ Κύριος, τὸ Πνεῦμά ἐστιν. Οὗ δὲ Πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία.» Ἄθρει δὴ ὅπως τὸν Κύριον τὸ Πνεῦμα εἶναί φησιν· οὐχ ὡς ἐν υἱότητι (Πνεῦμα γάρ ἐστι, καὶ οὐχ Υἱός), ἀλλ' ὡς ὁμοούσιον τῷ Υἱῷ, Κυρίῳ τε ὄντι καὶ ἐλευθέρῳ, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸν ταυτότητι φυσικῇ πρὸς ἐλευθερίαν τὴν θεοπρεπῆ μαρτυρούμενον. Ὃς ἂν οὖν ὁμολογήσῃ Χριστὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὡς Θεὸν δηλονότι καὶ Κύριον, ὁμολογηθήσεται παρ' αὐτοῦ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ. Ποῦ δὲ καὶ ὅπως; Ἢ πάντως κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν ἐξ οὐρανοῦ καταβήσεται μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ παρόντος αἰῶνος· ἐκεῖ στεφανοῖ τὸν γνήσιον ὁμολογητήν· οἵ γε μὴν ἕτεροι, τουτέστιν οἱ ἀρνησάμενοί τε καὶ ἀτιμάσαντες, ἀρνηθήσονται· μονονουχὶ λέγοντος τοῦ Κριτοῦ αὐτοῖς τὸ διὰ προφητῶν ἁγίων ἐπί τισιν εἰρημένον· Καθὼς ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· «Τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου.» Ἀρνήσεται δὲ αὐτούς, ἐκεῖνο λέγων· «Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ, ἐργάται τῆς ἀνομίας· οὐκ οἶδα ὑμᾶς.» Καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι; Πρῶτον μὲν οἱ, διωγμοῦ καταλαβόντος, τὴν πίστιν ἀποβαλόντες· ἀρνοῦνται δὲ αὐτὸν ὁμοίως αἱρετικῶν παῖδες καὶ διδάσκαλοι, Ἀρειανοί τε καὶ τῆς Νεστορίου κενοφωνίας οἱ μαθηταί.

Πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, κ. τ. λ.

(A f. 167, B f. 121 b) Πῶς δὴ ἄρα καὶ τοῦτο νοεῖσθαι προσήκει; Εἰ μὲν γὰρ τοῦτο βούλεται δηλοῦν ὁ Σωτήρ, ὅτι εἰ λέγοιτό τις λόγος ὑβριστικὸς κατὰ ἀνθρώπου κοινοῦ πρὸς ἡμῶν, ἄφεσιν ἕξει μετανοήσας, δυσχερείας ἡμῖν ἁπάσης ὁ λόγος ἀπήλλακται· ἀγαθὸς γὰρ ὢν φύσει Θεός, αἰτιαμάτων ἐλευθεροῖ τοὺς μετανοεῖν ἑλομένους· εἰ δὲ ἐπ' αὐτὸν ὁ λόγος ἔρχεται τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν, πῶς ἀνεύθυνος ἢ καὶ ἔξω δίκης, ὀλόγον εἰς ἐ[ε]αυτὸν εἰπών; Φαμὲν οὖν, ὅτι, ὅταν τις οὔπω τοῦ κατ' αὐτὸν μυστηρίου τὴν δύναμιν ἐκμεμαθηκώς, οὔτε μὴν ἐγνωκώς, ὅτι Θεὸς ὢν φύσει, καθῆκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς, καὶ κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, εἴπῃ τι περὶ αὐτοῦ τῶν μετρίων, καὶ ὅσα συγγνώμης ἐστὶν ἄξια, ταῦτα ὁ Θεὸς ἀφίησι τοῖς ἐξ ἀγνοίας ἡμαρτηκόσιν. Οἷόν τί φημι· Ἔφη πού Χριστός· «Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ·» ἀγνοήσαντες δέ τινες τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπον εἶναι κοινὸν οἰηθέντες αὐτόν, ἔφασκον· «Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; Πῶς οὖν λέγει, ὅτι Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα;» Καὶ πάλιν· Εἱστήκει ποτὲ μυσταγωγῶν ἐν Συναγωγῇ, καὶ τεθαύμασται μὲν παρὰ πάντων, τινὲς δέ, φησίν, ἔλεγον· «Πῶς οὗτος γράμματα οἶδε, μὴ μεμαθηκώς;» Ἠγνόησαν γὰρ ὅτι πάντες ἔκειντο ἐν αὐτῷ οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. Ταῦτα συγγνώμης ἄξια, ὡς ἐξ ἀγνοίας ἀτημελῶς εἰρημένα. Τοῖς γε μὴν εἰς αὐτὸ τὸ Θεῖον βλασφημήσασιν, ἀδιάφυκτος

A autem Spiritus Domini, ibi libertas [91].» Observa autem, quomodo Dominum Spiritum esse dicit; non quasi ex genitura: Spiritus enim est, non Filius: sed quia consubstantialis est Filio Domino ac libero, et ob eamdem naturam libertate frui Deo digna comprobatur. Quicunque igitur confessus fuerit Christum coram hominibus, ut Deum ac Dominum, hunc vicissim Christus coram angelis Dei confitebitur. Ubinam vero et quomodo? Sine dubio eo tempore quo de cœlo stipantibus sanctis angelis cum Patris majestate descendet, in hujus sæculi fine. Tunc sincerum suum confessorem corona donabit: cæteri autem, id est qui negarunt et dehonestarunt, negabuntur, dicente illis propemodum judice illas a sanctis prophetis de quibusdam dicta
B verba: Sicut egisti, ita fiet tibi: «Retributio tua in caput tuum revertetur [92].» Negabit illos ita dicens: «Discedite a me, operatores iniquitatis; nescio vos [93].» Quinam vero erunt hi? Primum quidem illi qui incumbente persecutione fidem abjecerint. Sed negant Christum hæreticorum quoque discipuli ac magistri, Ariani nimirum et vanæ Nestorii doctrinæ asseclæ.

291 V. 10. *Omnis qui dicit verbum in Filium hominis*, etc.

Quomodo hoc etiam intelligendum est? Nam si hoc significare vult Servator, quod si quis dicatur
C contumeliosus adversus communem hominem sermo, veniam quisque impetrabit pœnitens; profecto omnis hinc tollitur difficultas. Bonus enim naturaliter Deus culpa quemlibet absolvit, qui pœnitere voluerit. Quod si de ipso hic textus Servatore omnium Christo loquitur, quomodo innoxius impunisque erit, qui verba adversus ipsum jactaverit? Dicimus ergo, quod quandiu aliquis virtutem mysterii Christi non didicerit, neque adhuc cognoverit, illum qui Deus naturaliter erat, ad nostram se conditionem demisisse, hominemque exstitisse; is, inquam, si quid moderatum dixerit, atque eorum ex numero quæ venialia sunt, hæc Deus dimittit ignoranter peccantibus. Exempli causa, dixit aliquando Christus: «Ego sum panis vivus, qui de
D cœlo descendi, et vitam mundo do [94];» quidam vero gloriam ejus nescientes, et communem hominem existimantes, aiebant: «Nonne hic est fabri filius, cujus nos patrem ac matrem novimus? Quomodo ergo dicit se de cœlo descendisse [95]?» Et rursus: Dum aliquando in Synagoga docens perstaret et omnibus admirationi esset, quidam, inquit Scriptura, dixerunt: «Quomodo hic Litteras scit, cum non didicerit [96]?» Nesciebant enim cunctos in eo esse absconditos sapientiæ scientiæque thesauros [97]. Hæc veniam merebantur, tanquam inscienter incurioseque dicta. Verumenimvero his

[91] II Cor. III, 17. [92] Abd. 15. [93] Luc. XIII, 27. [94] Joan. VI, 51. [95] Joan. VI, 42. [96] Joan. VII, 15. [97] Coloss. II, 3.

qui deitatem blasphemaverint, inevitabile judicium erit, et perpetua pœna, tum in hoc mundo tum etiam in futuro. Spiritum vero his verbis designat non illum sanctum tantummodo, sed totam deitatis naturam. Nam dixit alio loco Servator, Deum esse spiritum [88]. Ergo quæ fit in Spiritum blasphemia, ea in totam tendit supremam substantiam. Una enim Deitatis natura in sancta et adorabili intelligitur Trinitate (1).

292 V. 11. *Nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis.*

Hoc injecto timore Dominus, comparatisque auditoribus suis, ut strenue iis resistant qui a vera fidei confessione desciverint, de reliquo securos esse jubet, id est de defensionis ratione. Namque iis, qui fideliter amanterque se gerunt, idoneos suppeditat Spiritus sermones, magistri instar intus inhabitans.

V. 14. *Quis me constituit judicem aut divisorem super vos?*

Sane constitutus fuit a Deo Patre Filius, cum inter nos apparuit, princeps et rex super Sion monte sancto ejus, juxta Psalmistæ effatum [89]. Quid autem egregium facturus, mox ipse explanat: Adsum quippe, inquit, prædicans præceptum Domini. Quodnam porro hoc est? Vult nos Dominus noster, utpote virtutis amans, a terreno omni ac temporali negotio secedere, neque cum fratribus contendere, sed ipsis potius cedere, etamsi ii forte contra jus nostrum agere velint: namque « Ab eo qui tua, inquit, aufert, ne repetas [1]. » Sed illorum potius sollicitos esse jubet, quæ animæ saluti utilia ac necessaria sunt. His qui ita vivere consueverint, leges Christus statuit, quibus illustres spectabilesque fient. Ait ergo: « Ne possideatis argentum, neque aurum, neque duas tunicas, neque peram, neque in zonis vestris æs [2]. » Et rursus: « Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum indeficientem in cœlis [3]. » Et adhuc, cum ad eum accedens adolescens quidam interrogasset, « Quid faciens vitam æternam possidebo? Vade, inquit, vende omnia quæ habes, et da pauperibus [4]. » Iis itaque qui docilem mentis suæ cervicem præbent, et impendit curam, et fert leges, et cœlestem hæreditatem dividit, et spiritales benedictiones distribuit. Verumtamen iis, qui terrena tantum sapiunt, merito dicet: « Quis me constituit principem aut divisorem super vos? » Sic ergo hominem illum rejecit, uti molestum, nihilque eorum, **293** quæ oportebat, discere volentem. Neque nos non monitos dimittit; sed idonea occasione capta, sermonem continuat, et tantum non protestatur:

V. 15. *Dixitque ad illos: Videte, et cavete ab omni avaritia*, etc.

A ἡ δίκη, καὶ διηνεκὴς ἡ κόλασις καὶ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Πνεῦμα δέ φησιν ἐν τούτοις, οὐχὶ μόνον τὸ ἅγιον, ἀλλὰ γὰρ τὴν ὅλην τῆς Θεότητος φύσιν. Ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, ὅτι πνεῦμα ὁ Θεός· οὐκοῦν ἡ κατὰ τοῦ Πνεύματος βλασφημία, καθ' ὅλης ἂν γένοιτο τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας· μία γὰρ ἡ τῆς Θεότητος φύσις ἐν ἁγίᾳ καὶ προσκυνητῇ νοεῖται Τριάδι.

Μὴ μεριμνᾶτε πῶς ἢ τί ἀπολογήσεσθε.

(A f. 170) Τοσοῦτον ἐπαρτήσας τὸν φόβον ὁ Κύριος, καὶ παρασκευάσας εἰς τὸ γεννικῶς ἀνθίστασθαι τοῖς ἀφιστᾶσι τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, περὶ τῶν ἄλλων κελεύει μὴ μεριμνᾷν, τουτέστι περὶ ἀπολογίας· διότι
B τοῖς πιστῶς καὶ ἀγαπητικῶς διακειμένοις ἐνεργεῖ τὸ Πνεῦμα τοὺς προσήκοντας λόγους, ὡσπερεὶ διδάσκαλος ἔνδον ἐνοικῶν.

Τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς;

(A f. 171, E f. 190) Κεχειροτόνηται μὲν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ Υἱὸς, ὅτε πέφηνε καθ' ἡμᾶς, ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ Ψάλλοντος φωνήν. Καὶ τί κατορθώσων, διατρανοῖ πάλιν αὐτός. Ἀφῖγμαι γὰρ δὴ, φησὶ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου. Καὶ ποῖον τοῦτό ἐστι; βούλεται γὰρ ἡμᾶς ὁ φιλάρετος ἡμῶν Δεσπότης, παντὸς ἀποφοιτᾷν γηΐνου τε καὶ προσκαίρου πράγματος, μὴ φιλονεικοῦντας ἀδελφοῖς, εἴ-
C κοντας δὲ μᾶλλον αὐτοῖς, κἂν βούλωνται πλεονεκτεῖν. « Ἀπὸ γὰρ τοῦ αἴροντος, φησὶ, τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει· » ζητοῦντας δὲ μᾶλλον τὰ ὅσαπέρ ἐστι χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς. Τοῖς οὕτω ζῇν εἰωθόσι, νόμους ὁρίζει Χριστὸς, καθ' οὓς ἂν γένοιντο λαμπροὶ καὶ ἀπόβλεπτοι· ἔφη γοῦν· « Μὴ κτήσησθε ἀργύριον, μήτε χρυσίον, μήτε δύο χιτῶνας, μήτε πήραν, μήτε χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν. » Καὶ πάλιν· « Ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ αὖ, ἐπειδή τις προσελθὼν νεανίας ἤρετο, « Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; Ὕπαγε, φησὶ, πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σου, καὶ δὸς πτωχοῖς. » Οὐκοῦν τοῖς μὲν ὑποφέρουσιν εὐήνιον αὐτῷ τὸν τῆς διανοίας αὐχένα, καὶ διατάττει, καὶ νομοθετεῖ, καὶ
D μερίζει τὸν οὐράνιον κλῆρον, καὶ διανέμει τὰς πνευματικὰς εὐλογίας· τοῖς γε μὴν μόνα φρονοῦσι τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰκότως ἐρεῖ· « Τίς με κατέστησεν ἄρχοντα ἢ μεριστὴν ἐφ' ὑμᾶς; » Ἀποσείεται μὲν οὖν ἐκεῖνον, ὡς ὀχληρὸν, καὶ οὐδὲν ἐθέλοντα μαθεῖν ὧν εἰδέναι ἐχρῆν. Ἀφίησί γε μὴν οὐκ ἀνουθετήτους ἡμᾶς, εὐκαίρου δὲ ὥσπερ λαβόμενος ἀφορμῆς, ἐξυφαίνει λόγον, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ διαμαρτύρεται·

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· Ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ πάσης πλεονεξίας, κ. τ. λ.

[88] Joan. IV, 24. [89] Psal. II, 6. [1] Luc. VI, 29. [2] Matth. X, 9. [3] Luc. XII, 33. [4] Matth. XIX, 6.

(1) In catena D. Thomæ additur. « CYRILLUS. Quod si creatura esset Spiritus sanctus, non autem de divina substantia Patris et Filii, qualiter acta in eum contumelia tantam fert pœnam, quanta promulgatur contra blasphemantes in Deum? »

(A f. 171, E f. 190) Βόθρον γὰρ ἡμῖν ὑπέδειξε διαβολικὸν, τὴν πλεονεξίαν, ἣν δὴ καὶ εἰδωλολατρείαν, ὡς ἔφημεν, ὁ σοφὸς ὀνομάζει Παῦλος, ὡς μόνοις τάχα που πρέπουσαν τοῖς οὐκ εἰδόσι Θεὸν, ἢ καὶ ἰσοστάθμως ἔχουσαν εἰς βεβήλωσιν τοῦ λατρεύειν τινὰς ξύλοις τε καὶ λίθοις. Διὰ τοῦτό φησιν· « Ὁρᾶτε καὶ φυλάξασθε ἀπὸ πάσης πλεονεξίας, » τουτέστι μικρᾶς τε καὶ μεγάλης· ἀσθενὴς γὰρ πάντως που ὁ πλεονεκτούμενος, καὶ εἰς μόνον ἀνατείνων τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἐφ' οἷς πέπονθεν ἀγανακτῆσαι δυνάμενον. Ὁ δὲ, ἐπείπερ ἐστὶ δίκαιός τε καὶ ἀγαθὸς, προσίεται μὲν τὴν ἱκετηρίαν, ἐπάγει δὲ τοῖς ἠδικηκόσι τὰς δίκας. Καὶ τοῦτο μαθήσῃ, λέγοντος αὐτοῦ διὰ φωνῆς ἁγίων προφητῶν· « Διὰ τοῦτο ἀνθ' ὧν κατεκονδυλίζετε εἰς κεφαλὰς πτωχῶν, καὶ δῶρα ἐκλεκτὰ ἐδέξασθε παρ' αὐτῶν, οἴκους ξυστοὺς οἰκοδομήσετε, καὶ οὐ μὴ κατοικήσητε ἐν αὐτοῖς· καὶ ἀμπελῶνας ἐπιθυμητοὺς φυτεύσετε, καὶ οὐ μὴ πίητε τὸν οἶνον αὐτῶν· ὅτι ἔγνων πολλὰς ἀσεβείας ὑμῶν, καὶ ἰσχυραὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν. » Καὶ πάλιν· « Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι. Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; Ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ ταῦτα. Ἐὰν γὰρ γένωνται αἱ οἰκίαι ὑμῶν πολλαὶ, εἰς ἔρημον ἔσονται· μεγάλαι καὶ καλαὶ, καὶ οὐκ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐταῖς. Οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν· καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἓξ, ποιήσει μέτρα τρία. » Οὐκοῦν κατὰ πάντα τρόπον ἀνόνητος ἡ πλεονεξία· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ἀνωφελής. Οὐ γὰρ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ, φησὶν, ἐστὶν ἡ ζωὴ αὐτοῦ, τουτέστιν, οὐ συνεκτείνεται τῷ πλούτῳ τὸ τῆς ζωῆς μέτρον. Καὶ τοῦτο ἡμῖν σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς ὑπέδειξεν ὁ Σωτὴρ, τὴν τοῖς εἰρημένοις συνεζευγμένην παραβολὴν εὖ μάλα συντεθεικώς (1)· διδάσκει μὲν οὖν τὰ πάντων ἐξαίρετα Χριστὸς, καὶ πρὸ πάντων τῶν ἀρετῶν ἁπασῶν τὸ κεφάλαιον τὴν ἀγάπην, ἧς τὸ κάλλιστον ἡ ἐλεημοσύνη καθέστηκεν. Ἀλλ' ὁ μισόκαλος Σατὰν, ὁ φαυλότητος ἁπάσης εὑρετὴς, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς, ὁ πάσης ἐχθρὸς ἀρετῆς, ὁ τοῖς εὐδοκιμοῦσι μαχόμενος, τοῖς εὖ ποιεῖν δυναμένοις ὄκνον ἔσθ' ὅτε τὸν ἐπιζήμιον ἐργάζεται. Καὶ ὁ μὲν τοῦ Θεοῦ νόμος ἐγείρει πρὸς ἔλεον λέγων· « Ἀνοίγων ἀνοίξῃς τὰ σπλάγχνα σου τῷ ἐπιδεομένῳ ἐν σοί· » ὁ δὲ, ἀντανίστασθαι καὶ συλλέγειν ἀναπείθει τὴν χεῖρα, καὶ σωρεύειν ἐν γῇ, καὶ τρυφὰς ὑποτίθεσθαι σαρκικάς· ἀποφέρει δὲ καὶ εἰς λήθην θανάτου, καὶ οὐκ ἐᾷ τὸ μέλλον ὁρᾷν, οὐδὲ ἀνθρώπινόν τι λογίζεσθαι. Καὶ ὅρα ὡς ἐν εἰκόνι τὸ πρᾶγμα γραφόμενον.

Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα. Καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ λέγων· Τί ποιήσω; ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου.

(A f. 172, B f. 122 b, E f. 192) Σὺ δέ μοι πρόσχης ἀκριβῶς, ἵνα θαυμάσῃς τοῦ λόγου τὸ εὐτεχνές. Οὐ

A Foveam scilicet nobis diabolicam ostendit avaritiam, quam etiam idololatriam, ut diximus, Paulus sapiens appellat [5], fortasse quia solis congruit ignorantibus Deum, vel quia parem profanitatem habet, ac si quis ligno lapidive cultum exhibeat. Propterea, inquit, « videte et cavete ab omni avaritia, » id est tam parva quam magna. Omnis enim qui oppressionem patitur, infirmus est, et in eum solum intendit oculos, qui indignari potest ob ea quæ ipse patitur. At Deus justus ac bonus preces admittit, et injuriam facientibus pœnas infert. Atque hoc ab ipso disces, qui sanctorum prophetarum voce ait : « Propterea quia pugno pauperes in capite percutiebatis, donaque electa sumebatis ab eis; domos quidem expolitas ædificabitis, neque B tamen eas habitabitis : vineas desiderabiles plantabitis, neque idcirco vinum earum bibetis. Etenim multas novi iniquitates vestras, et gravia sunt peccata vestra [6]. » Et denuo : « Væ his qui domo domum conjungunt, et agrum agro admovent, ut proximo suo aliquid detrahant. Num vos soli terram incoletis? Certe hæc auribus Domini exercituum insonuerunt. Etsi fuerint domus vestræ multæ, solitudo fient : quamtumvis eæ magnæ speciosæque fuerint, non erit qui eas incolat. Namque ubi decem juga boum operantur, ibi lagunculam unam faciet : et qui sex artabas serit, tres mensuras colliget [7]. » Ergo omnimodis infructuosa avaritia est. Sed et aliunde inutilis est, quia non in affluentia consistit hominis vita, id est, haud ad divitiarum C mensuram extenditur vitæ spatium. Atque hoc manifeste evidenterque demonstravit nobis Servator, superius dictis connexam apte admodum proponens parabolam. Eximiam **294** itaque tradit Christus doctrinam, et præcipuam virtutum omnium statuit charitatem cujus pulcherrimus fructus eleemosyna est. Sed boni osor Satanas, nequitiæ omnis inventor, zizaniorum sator, cujusvis virtutis hostis, bonæ voluntatis hominibus adversans, iis etiam qui bene agere queunt noxiam quandoque ignaviam injicit. Et cum lex divina ad misericordiam impellat dicens : « Aperiens aperi viscera homini qui te indiget [8]; » ille resistere et manum contrahere suadet, et divitias cumulare in mundo, ac delicias sectari D carnales : mortis quoque oblivionem inducit, neque res futuras spectare sinit, neque humanum quid cogitare. Nunc age tanquam in tabula rem cerne depictam.

V. 16-19. *Hominis cujusdam divitis uberes fructus regio tulit. Et cogitabat intra se dicens : Quid faciam ? quia non habeo quo congregem fructus meos.*

Tu quidem mecum sedulo attende, ut sermonis solertiam admireris. Non enim nobis unum præ-

[5] Coloss. III, 5. [6] Amos V, 11, 12. [7] Isa. V, 8. [8] Deut. XV, 8.

(1) Cod. E. τοῖς τοιούτοις καὶ τὴν ἀνὰ χεῖρας παραβολὴν εὖ μάλα, etc.

dium ostendit uberem tulisse fructum, sed universam possessori suo regionem, ut divitiarum amplitudinem cognoscas. Quid ergo? Dives tam multis tamque immodicis stipatus bonis, pusillo animo fit, pauperis propria verba dicit. Quid faciam, dicere solet pauper, quia rei necessariæ penuria laboro? semperque hanc miseram vocem effutit. Ecce iisdem utitur verbis etiam dives, magnopere dolens mœrensque. « Et ait : Destruam horrea mea, et majora ædificabo, illucque congregabo omnes fructus meos ac bona. » Cellas ædificare ampliores cogitabat, solus frui volebat facultatibus suis. Benignitati erga pauperes non studet, neque gloriæ inde redundantis cupidus est; sed ait : « Horrea mea destruam. » Reliquam quoque stultam ipsius orationem specta. « Coacervabo, inquit, fructus meos. » Non reputabat, sicuti Jobus, hæc a Deo se accepisse, neque ut Dei œconomus erga ista se gerebat, sed laborum **295** suorum fructum esse existimabat. Quod autem haud Deo prosperitatem suam acceptam referat, demonstrat dum ait : Coacervabo fructus meos, bonaque mea nemini communicabo, sed mihi meoque ventri cuncta reponam. Quis de proprio officio ita cogitaret, si Deum opum suarum largitorem agnosceret? Nam qui a Deo aliquid habent, iidem juxta Dei placitum uti debent eo quod habent.

Sed hic dives haud duratura horrea ædificat, sed caduca. Et quod adhuc stultius est, spatium vitæ sibi definit, quasi hoc etiam de terra messuerit. Ait enim : « Dicamque animæ meæ : Anima, multa habes bona reposita in annos multos. » — Atqui, o dives, dicet merito aliquis, fructus quidem in horreis habes, sed annos multos unde sumes? — Sic loqui solet etiam nunc dives, ventri suo deditus, ingluviem loco intellectus habens, neque juxta imaginem ejus qui unice bonus est, vitam degens. Quamobrem animam suam carnalibus escis nutrit, et consequentem ex ipsis nefandam voluptatem sibi proponit : honeste enim Dominus vocabulo *gaude* hypogastricas passiones denotavit, quæ saturitatem comitantur; subsequuntur enim crapulam res venereæ. Atqui edendum est vitæ causa; non vivendum, ut edamus; prout ventris adoratores, qui aiunt : « Manducemus et bibamus, cras enim moriemur [*]; » cum contra dicendum foret : Quoniam cras morituri sumus, cibum potumque omittamus. — Quid profuit isti diviti multiplex cura? Totus in carnali cogitatione est. Sed videsne quam retulerit pœnam is qui nemini alii bonus exstitit, sibi autem uni dives? Curis se attrivit, ut dives fieret; vigilavit, ut multa congregaret; gratulatur ventri suo multa commoda habenti; totus ad terrena negotia incumbit; Deum non suspicit; futura non spectat;

[*] Isa. xxii, 13; I Cor. xv, 32.

(1) Dilapsis apud Corderium tribus his verbis ἔτη δὲ πολλά, is perverse scribit : *Fructus plurimos habes in apothecis, unde accipies?*

A γὰρ ἐν ἡμῖν εὐφορῆσαν ἔδειξε χωρίον, ἀλλ' ὅλην ἔφη χώραν εὔκαρπον γενέσθαι τῷ κεκτημένῳ, ἵνα μάθῃς τοῦ πλούτου τὸ βάθος. Τί οὖν; ὁ πλούσιος, ὁ τοῖς οὕτω πολλοῖς καὶ ἀμέτροις περιεχόμενος ἀγαθοῖς, στενοχωρεῖται πεφροντικῶς, τὰς τοῦ πένητος λέγει φωνάς. Τί γὰρ ποιήσω, φησὶν ἐκεῖνος, ἐν σπάνει τῶν ἀναγκαίων ὑπάρχων; Ἀεὶ τὴν οὕτως ἀθλίαν ἐ[κ]πτύει φωνήν. Ἀλλ' ἰδοὺ ταῖς αὐταῖς κέχρηται φωναῖς ὁ πλούσιος σφόδρα ὀδυνώμενος καὶ πάσχων· « Καὶ εἶπε· Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματά μου καὶ τὰ ἀγαθά μου. » Θησαυροὺς οἰκοδομεῖν πλατυτέρους ἐσκέπτετο, μόνος ἀπολαύειν ἤθελε τῶν προσόντων αὐτῷ· οὐκ ἐρᾷ φιλοπτωχίας, τῶν ἐντεῦθεν αὐχημάτων οὐκ ἐφίεται· ἀλλά φησι· « Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας. » Ἄθρει δὴ καὶ ἕτε- B ρον ἀνόητον αὐτοῦ λόγον· « Συνάξω γάρ, φησί, τὰ γεν[ν]ήματά μου. » Οὐκ ἐνόμιζε ταῦτα ἐκ Θεοῦ ἔχειν ὡς ὁ Ἰώβ· ἢ γὰρ ἂν ὡς Θεοῦ οἰκονόμος περὶ ταῦτα διέκειτο· ἀλλ' οἰκείων πόνων γεν[ν]ήματα ᾤετο. Ὅτι δὲ οὐκ ἐκ Θεοῦ τὸ εὖ πράττειν ἑαυτῷ εἶναι νομίζει, δηλοῖ σαφῶς ἐξ ὧν λέγει. Συνάξω γάρ, φησί, τὰ γεν[ν]ήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου οὐδενὶ μεταδώσω, ἀλλ' ἐμαυτῷ καὶ τῇ ἐμῇ γαστρὶ πάντα ταμιεύσομαι. Τίς γὰρ ἂν οὕτω διανοηθείη περὶ τῶν δεομένων, Θεὸν εἰδὼς χορηγὸν ὧν κέκτηται; Τῶν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἔχειν τέ τι παρὰ Θεοῦ, καὶ κεχρῆσθαι κατὰ Θεὸν οἷσπερ ἔχουσιν.

(A f. 173 b, E f. 196) Ἀλλ' ὁ πλούσιος οὗτος, οὐ τὰς μενούσας ἀποθήκας οἰκοδομεῖ, ἀλλὰ τὰς κατα- C λυομένας· καὶ τὸ ἔτι τούτου παραλογώτερον, ἑαυτῷ μῆκος ὁρίζει ζωῆς, ὥσπερ ἐκ γῆς καὶ τοῦτο θερίσας· φησὶ γάρ· « Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· Ψυχή, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλά. » — (A f. 173 b) Ἀλλ', ὦ πλούσιε, φαίη τις ἄν, τοὺς μὲν καρποὺς ἔχεις ἐν ἀποθήκαις, ἔτη δὲ πολλὰ (1) πόθεν ἂν λάβῃς; — (A f. 174 b, E f. 198) Τοιοῦτος (2) καὶ ὁ νῦν πλούσιος, τῇ γαστρὶ ἑαυτοῦ ἐπικεκυφώς, λαιμὸν ἀντὶ λογισμοῦ κεκτημένος, ἀλλ' οὐ κατ' εἰκόνα τοῦ μόνου ἀγαθοῦ ζῶν· διὸ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τοῖς τῆς σαρκὸς δεξιοῦται βρώμασι, καὶ τὴν ἐπακολουθοῦσαν αὐτοῖς μυσαρὰν ἡδονὴν ἐπιτάττει τῇ ψυχῇ· εὐφήμως γὰρ ὁ Κύριος διὰ τοῦ *εὐφραίνου* τὰ ὑπογάστρια πάθη ἐδήλωσε, τὰ τῇ πλησμονῇ παρεπόμενα· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ κόρῳ τὰ ἀφροδίσια. Καὶ μὴν ἔδει ἐσθίειν, ὥστε D ζῆν· οὐ μὴν ζῆν, ὥστε ἐσθίειν· κατὰ τοὺς θεοποιοῦντας τὴν γαστέρα καὶ λέγοντας· « Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· » δέον τοὐναντίον λέγειν· Ἐπεὶ αὔριον ἀποθνήσκομεν, μὴ φάγωμεν μηδὲ πίωμεν. — (A f. 174 b) Τί ὠφέλησε τοῦτον τὸν πλούσιον ἡ πολλὴ μέριμνα; Ὅλος ἐστὶ τῆς σαρκός. Ἀλλ' ὁρᾷς ὅσην ὑπέμεινε ζημίαν, ὁ μηδενὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀγαθός, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ πλούσιος; πεφρόντικεν, ἵνα πλουτήσῃ· ἠγρύπνησεν, ἵνα συναγάγῃ πολλά· συγχαίρει τῇ ἑαυτοῦ γαστρὶ ὡς ἐχούσῃ πολλὰ

(2) Hic locus usque ad πίωμεν, dicitur in codice A. sumptus ex Cyrilli homilia.

ηδείων· ὅλος ἐστὶ τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων· A
λέπει πρὸς Θεόν· οὐχ ὁρᾷ τὰ ἐσόμενα· οὐ
ι τὸν ἐπὶ τοῦ θείου βήματος δικάζοντα Θεόν·
τὸν γείτονα θάνατον· κατεδικάσθη γὰρ τε-
προσδόκητον ὁ μισόπτωχος πλούσιος· ἐν τῇ
ἣν ἑωθινὴν τροφὴν βουλευόμενος, καὶ τοῦ
μὴ καταλαβὼν τὴν ἀκτῖνα. Ἄκουε γὰρ ὅτι
ται αὐτῷ ἡ ζωὴ ψήφῳ Θεοῦ.

*ν, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαι-
ὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται;*

01 b) (1) Τουτέστιν ἐν στιγμῇ καὶ ἐν ὀλίγῳ
ς καὶ συνεσταλμένῳ καιρῷ τὴν ἀπόλαυσιν
ορτοῦ γὰρ δίκην οἰχήσεται, πεμπόμενος
υς, καὶ εἰς οὓς οὐκ ἴσμεν ἔσθ᾽ ὅτε ἢ καὶ τάχα
εἰς ἐχθρούς. — A f. 175 b, E f. 200 b) Ἀλη-
ρα ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἔσται ἡ B
ῦ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ. Τρισμακάριος
ἐλπίσι λαμπραῖς, ὁ κατὰ Θεὸν πλουτῶν. Ὁ
ταῖς κατὰ γῆν φροντίσι δαπανώμενος, ἐπι-
χει τὸ τέλος, καὶ πένης ἀπελεύσεται πρὸς
ὁ μεριμνῶν τὰ τοῦ Κυρίου, πλουτήσει μὲν
; ἀγαθοῖς, ἕξει δὲ θησαυρὸν ἄσυλον ἐν τοῖς

ριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε, κ. τ. λ.

176, B f. 123 b) Τέθειται μὲν δὴ τοῖς ἐξ Ἰσ-
ὰ Μωϋσέως νόμος, ἀποφέρων εἰς ἕκαστα
κτέων, καὶ τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν αὐτοῖς καθ-
ιργές. Οἱ δὲ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτω πρόφα-
ῦντο τὸ χρῆμα, λέγοντες· « Μακάριοί ἐσμεν C
ὅτι τὰ ἀρεστὰ Κυρίῳ γνωστὰ ἡμῖν ἐστιν. »
φαίην ἄν· Τρισμακάριοί ἐσμεν ἡμεῖς, ᾽παρ᾽
οῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος διδασκόμενοι τὸ
ὐτοῦ τὸ σωτήριον θέλημα, ἵνα τὴν εὐαγγε-
ὴν πολιτευσάμενοι, συμβασιλεύσωμεν αὐτῷ.
ρ, ὅπως ἡμᾶς μερίμνης ἐξίστησι περιττῆς,
ῶς, « μὴ μεριμνᾶτε, » λέγων, προσεπάγων
τῇ ψυχῇ ὑμῶν· » ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἐσπουδασμέ-
τούτοις δαπανᾶτε φροντίδα, ἀλλὰ τοῖς ὑπερ-
ς χαρίζεσθε τὰς σπουδάς. Ὑπέρκειται δὲ
ὲν ψυχὴ, περιβλημάτων δὲ σῶμα. Καὶ ἄθρει
ἁπλῶς τὸ, « μὴ μεριμνᾶτε » τίθησιν, ἀλλὰ
ῦθα λογισμοὺς ἀνακινεῖ ἐκ τῶν ὑπηργμένων
ι. Ὁ γὰρ τὸ μεῖζον, φησὶ, δοὺς, πῶς τὸ ἔλατ-
ώσει; ὁ τὴν τρεφομένην σάρκα διαπλάσας, D
ι τροφὴν οὐ παρέξει; Ἀγῶνος τοίνυν προκει-
ῦ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, κολάσεώς τε καὶ
τηρτημένης τοῖς οὐκ ἐθέλουσι ζῆν ὀρθῶς,
φροντὶς ἡ ἐπ᾽ ἀμφίοις καὶ τροφῇ. Ἄλλως τε
; ἀρετῆς ἐραστὰς, πῶς οὐκ αἰσχρὸν μειρα-
ἱματίοις ἐφήδεσθαι, καὶ τραπέζαις πολυτελέ-
ψεται γὰρ τούτοις εὐθὺς καὶ ἡ τῶν ἑτέρων
ῶν ἀγρία πληθύς· τοῦτο δέ ἐστιν ὄλισθος ἀπὸ
ρῆ τοίνυν ἡμᾶς ἐφίεσθαι μᾶλλον τῶν ἀρεσκόν-

non cogitat de judicante **296** super tremendo tribunali Deo; proximam mortem non animadvertit. En autem osori pauperum diviti insperatus finis decernitur; qui cum vespere de matutino alimento consilia agitaret, auroræ radium non aspexit. Audi enim decreto Dei vitam ejus abruptam.

V. 20. *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te; quæ autem parasti cujus erunt?*

Hoc est, uno momento, brevi prorsus contractoque tempore his bonis fruitus, quæ feni instar dilabentur, ad alios transmissa, et quidem fortasse ad ignotos vel etiam ad inimicos.—Vere itaque dictum est haud in bonorum abundantia vitam hominis consistere. Beatissimus contra est, splendidaque in spe versatur, qui secundum Deum dives est. Nam qui terrenis curis atteritur, is amarum finem nanciscitur, et pauper ad Deum ibit. Secus vero, qui quæ Dei sunt curat, bonis operibus ditescet, tutumque in cœlis thesaurum possidebit.

V. 22. *Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis*, etc.

Data fuit Israelitis lex Mosaica, singula officia docens, et quid eis prodesset perspicuum exhibens. Ili autem summi instar gaudii eam rem habebant, dicentes: « Beati sumus Israelitæ, quibus placita Dei sunt explorata [10]. » Ego vero potius dicam: Beatissimi sumus nos, qui ab universali nostro Servatore docti fuimus bonam ipsius salutaremque voluntatem, ut, postquam evangelicam vitam vixerimus, cum eo pariter regnemus. Cerne enim, quomodo nos a supervacua cura avertit, non tantum dicens, « Ne solliciti sitis, » sed addens « animæ vestræ, » pro eo ut dicat, Ne nimiam in his insumite sollicitudinem, sed superioribus rebus studia impendite. Superstat autem alimoniæ anima, vestimento corpus. Et vide quod non simpliciter posuit « ne solliciti sitis, » verum hic etiam ratiocinia **297** ex iis, quas jam possidemus, rebus commovet. Nam qui majus dedit, quomodo minus non concedet? qui carnem altilem formavit, cur alimoniam non suppeditabit? Ergo certamine proposito de animo et corpore, pœnaque et ultione iis impendente qui recte vivere nolunt, abjiciatur cura vestimentorum atque alimoniæ. Alioqui etiam virtutis amatores quidni sit turpe pueriliter ornatu vestium mensisque sumptuosis oblectari? Namque hæc subsequetur statim aliarum quoque cupiditatum sæva multitudo. Sic autem a Deo excidimus. Oportet itaque magis iis delectari quæ Deo placent: etenim quæ satis sunt et necessaria, ipse largietur.

ruch IV, 3.

itatur hoc fragmentum, a τουτέστιν usque οὸς, ex Cyrillo nominatim in Lucam in Vaiobili ms. catena ad XII prophetas. Id ego hoc loco colloco, valde tamen ambigens utrum huic potius an alii sedi, puta versiculo 28, vel alii cuivis loco sit assignandum.

Dignus autem fide est Dominus qui hæc aperte promittit, et tanquam a minoribus majora nobis persuadet.

V. 24. *Considerate volucres cæli*, etc.

Ad fortitudinem veluti nos extollens spiritalem, a nullius pretii volucribus alibi capiebat persuadendi argumenta, dicens : « Multis passeribus potiores estis vos [11] ; » ita et nunc a volucribus et ab agrorum floribus, firmam immotamque efficit fidem. Neque ullatenus dubitare nos sinit, quominus ipse indulgentiam suam nobis sit largiturus, atque ad omnia sufficientem opem suppeditaturus. — Vere dicitur Salomon liliorum vestitu superatus. Nam colorum splendores varii ac multiformes in liliis quidem et nonnullis aliis agrorum germinibus miram habent pulchritudinem. Quæ vero a quoplam imitando artificialiter fiunt, ea prorsus deteriora sunt, vixque fere ad veritatem propinquant. Quod si hæc ita se habent, quidni verum sit, Salomonem quamvis adeo magnificum, in omni gloria sua tanquam unum ex his non fuisse vestitum? Sufficit ergo sapientibus solius necessitatis ususve causa habere decentem et facile parabilem vestem, aliquantum etiam alimentorum quæ sufficientem modulum **298** non excedant. Sufficiet autem sanctis viris esca in Christo, spiritalis nimirum, divina, intellectualis, et posthinc gloria. Alioqui etiam incongruum fuisset, eos qui cæteris vitæ sanctæ exemplares futuri erant atque imagines, in illa per socordiam incidere a quibus alios deterrere debebant, quandoquidem œcumenici magistri erant. Curabat autem non mediocriter Christus sacræ suæ prædicationis studio et officio, ut a mundanarum rerum cura discipulos abstraheret.

Jactemus itaque curam nostram in Dominum : ne solliciti simus quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo vestiemur. Caveamus ne in pusillis vilibusque rebus magna nostra consumatur sollicitudo : ne servam vestitus et victus liberam nostram mentem reddamus : hæc potius unusquisque cogitet quæ saluti animæ conferunt, quæ ad cœlorum regnum ducunt, quæ coronam nobis acquirunt. Hoc est demum humanæ menti convenientissimum opus. Age vero si quis nos interroget, quid præclarius existimemus, cibumne et corpus, an vero animam ; quis adeo sit hebes, qnis ita ad utilia discernenda segnis, ut non statim respondeat præstantiorem esse animam? Quoniam itaque majus quid est anima quam victus atque vestitus, cur non in majoribus potius curas nostras consumimus, contraque tantopere res minoris momenti æstimamus, totamque

A των Θεῷ· χορηγήσει γὰρ αὐτὸς τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη· ἀξιόχρεως δὲ ὁ Δεσπότης, τοῦτό σοι σαφῶς ὑπισχνούμενος, καὶ ὡς ἀπό γε τῶν ἐλαττόνων, περὶ τῶν μειζόνων ἡμᾶς πληροφορῶν.

Κατανοήσατε τὰ πετεινὰ (1) *τοῦ οὐρανοῦ*, κ.τ.λ

(A f. 176 b, C f. 134 b). Ὥσπερ εἰς εὐανδρίαν ἡμᾶς ἀναβιβάζων πνευματικὴν, ὡς ἀπό γε τῶν ἐν οὐδενὶ λόγῳ κειμένων πτηνῶν ἐποιεῖτο τὴν πληροφορίαν, λέγων· «Πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς·» οὕτω καὶ νῦν, ὡς ἀπό γε τῶν πτηνῶν, ἢ τῶν ἐν ἀγροῖς ἀνθῶν, ἱδρυμένην καὶ ἀκατάσειστον ἐνεργάζεταί σοι τὴν πίστιν. Ἐνδοιάζειν δὲ ὅλως οὐκ ἐφίησιν ἡμᾶς, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως τὴν παρ' αὐτοῦ χαρίζεται φειδὼ, τὸ ἀνενδεὲς ἐφ' ἅπασι διδούς. — (A f. 178, B f. 124, C f. 134 b) Ἀληθὲς δὲ τὸ καὶ τὸν B Σολομῶντα ἡττῆσθαι τῆς τῶν κρίνων περιβολῆς· τὰ γὰρ τῶν χρωμάτων ἄνθη, ποικίλα τε ὄντα καὶ πολυειδῆ, ἐν κρίνοις μὲν, καὶ ἐν ἑτέροις τισὶ τῶν φυομένων ἐν ἀγροῖς, ἀξιοθαύμαστον ἔχει τὴν ὥραν· τὸ δὲ πρὸς μίμησιν τὴν αὐτῶν ὑπό του τεχνουργούμενον, λείπεται πάντως ἐκείνων, καὶ μόλις ἔρχεταί πως τῆς ἀληθείας ἐγγύς. Εἰ τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, πῶς οὐκ ἀληθὲς ὅτι οὐδὲ Σολομῶν, καίτοι φιλότιμος οὕτω γεγονὼς, ἐν ὅλῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων, Ἀπόχρη τοιγαροῦν τοῖς σοφοῖς τὸ χρείας ἕνεκα καὶ μόνης εὐσχήμονα καὶ εὐπόριστον ἔχειν τὴν στολὴν, καὶ σιτίων λιτότητα μὴ ὑπεραίρουσαν τὸ ἀρκοῦν· ἀρκέσει δὲ τοῖς ἁγίοις ἡ ἐν Χριστῷ τροφὴ, ἡ πνευματικὴ δηλονότι καὶ θεία καὶ νοητὴ, καὶ ἡ μετὰ ταῦτα δόξα. Ἦν δὲ καὶ ἑτέρως ἀνάρμοστον, τοὺς C ἑτέροις μέλλοντας ἔσεσθαι πολιτείας εὐαγοῦς ὑποτύπωσιν καὶ ὑπογραμμὸν, εἰς ἐκεῖνα πίπτειν ἀτημελῶς, ὧν αὐτοὺς ἀποφοιτᾷν συμβουλεύειν ἔδει, παιδαγωγοὺς ὄντας οἰκουμενικούς. Ἐπεβούλευσε δ' ἂν οὐ μετρίως καὶ τῇ τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων σπουδῇ τε καὶ χρείᾳ, τὸ φροντίδος κοσμικῆς μεταποιεῖσθαι τοὺς μαθητάς.

(A f. 178 b). Ἐπιῤῥίψωμεν τοίνυν ἐπὶ Κύριον τὴν φροντίδα· μὴ μεριμνήσωμεν τί φάγωμεν ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα· μὴ ἐν μικροῖς καὶ εὐτελέσι πράγμασιν ὁ μέγας ἡμῶν δαπανάσθω λογισμός· μὴ δοῦλον ἱματίου καὶ τροφῆς ἀπεργασώμεθα τὸν ἐλεύθερον νοῦν· μεριμνάτω δὲ μᾶλλον ὅσα διασώζει ψυχὴν, ὅσα πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν ἀναφέρει βασιλείαν, D ὅσα τοὺς στεφάνους ἡμῖν προξενεῖ· ἔργον τοῦτο τῇ ἀνθρώπου διανοίᾳ πρεπωδέστατον. Ἆρα γὰρ εἴ τις ἡμᾶς ἐρωτήσειε, τί μεῖζόν ἐστιν ἐν ἡμῖν, τί δὲ εἶναι τὸ κάλλιον ὑπειλήφαμεν, τροφὴν ἢ σῶμα, ἢ ψυχὴν, τίς οὕτως ἐστὶν ἠλίθιος, τίς δὲ οὕτως βραδὺς εἰς τὸ νοῆσαι τὰ χρήσιμα, ὡς μὴ εὐθὺς ἀποκρίνασθαι, τὴν ψυχήν; Ὅτε τοίνυν μείζων καὶ τροφῆς καὶ ἱματίου ψυχὴ, διὰ τί μὴ μᾶλλον ἐν τοῖς μείζοσιν ἀναλίσκομεν τὴν φροντίδα, τιμῶμεν δὲ οὕτως τὸ ἔλαττον, καὶ πᾶσαν αὐτῷ χαριζόμεθα τὴν διάνοιαν; Μεριμνῆς

[11] Luc. XII, 7.

(1) Sic est in variis lectionibus Græcis pro τοὺς κόρακας. Cyrillum secutum esse priorem lectionem τὰ πετεινὰ, constat ex hac ejus explanatione.

ι καὶ τροφῆς; διὰ τί μὴ μᾶλλον μεριμνᾷς ὅπως
ῃς; Μεριμνᾷς τοῦ σώματος; διὰ τί μὴ μερι-
ῆς ψυχῆς; — (A f. 178 b, B f. 124) Ὁ οὕτως
Κύριος, ὁ τὸ εὐτελέστατον ἀποτρέφων πετει-
διαθρέψει τὸν κατ' εἰκόνα οἰκείαν γενόμενον;
ι καὶ μάλα εἰκότως τὴν περὶ τὰ προκείμενα
ς κατακιβδηλεύει σοφῶς ὁ Χριστὸς, τὰ ἔθνη
σμου ταῦτα λέγων ἐπιζητεῖν. Ἀναβιβάζει δὲ
ἄμαχον πίστιν, τοῦ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως
τὸ ἀνενδεὲς, εὖ εἰδότος ὧν εἰσιν ἐν χρείᾳ τοῦ
; αὐτῶν, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ ἐν οὐρανοῖς· φησὶ
« Καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγετε, κ. τ. λ.,
δὲ ὁ Πατὴρ οἶδεν, » κ. τ. λ. Ἐπὶ καιροῦ δὲ
Πατέρα φησὶ τὸν Θεὸν, ἵνα εἰδεῖεν, ὅτι τῶν
οὐκ ἂν ἐπιλάθοιτο τέκνων, ἀλλ' ἔσται χρηστὸς
ἔσται περὶ αὐτούς. Ζητῶμεν τοίνυν μὴ τρο-
ς ἔξω λόγου καὶ περιττὰς, ἀλλ' ὅσα βλέπει
σωτηρίαν ψυχῆς· μὴ πολυτελὲς ἄμφιον, ἀλλ'
ἂν ἐξελώμεθα καὶ πυρὸς καὶ δίκης τὸ ἴδιον
ζητοῦντες αὐτοῦ τὴν βασιλείαν.

φοβοῦ, τὸ μικρὸν ποίμνιον, κ. τ. λ.

ι 180, D f. 51 b) Μικρὸν ποίμνιον τοὺς ἁγίους
ει· ἐπειδὴ παράκειται μικρότης ἐν κόσμῳ
ουσίως ἀκτήμοσι καὶ ἀχρημάτοις· τούτοις γὰρ
σεν ὁ Πατὴρ δοῦναι τὴν βασιλείαν. Ὅθεν εὐθὺς
ν ἐδίδαξεν· « Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα, καὶ
ελεημοσύνην, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἢ μικρὸν ποίμνιον
ὸ μέγεθος τοῦ πλήθους τῶν ἀπίστων, ἢ καὶ
ἑκούσιον ταπείνωσιν τοῦ τοιούτου ποιμνίου·
ει μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἔνδειαν τῆς σωματικῆς
Εἰ γὰρ τὴν οὕτω μεγάλην καὶ ἐξαίρετον δι-
απόλαυσιν, ἤτοι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν,
πάντως καὶ τὰ τῇ σαρκὶ ἀναγκαῖα καὶ ζωαρκῆ.
f. 180, B f. 124) Ἀντὶ τοῦ, Μὴ ἀπιστήσῃς,
τη τε καὶ πάντως χορηγήσει τὰ ζωαρκῆ τοῖς
σιν αὐτὸν, ὁ ἐν οὐρανοῖς Πατήρ. Οὐ γὰρ περι-
τοὺς ἰδίους· ἀνοίξει δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὴν
τὴν ἀεὶ πληροῦσαν τὰ πάντα χρηστότητος.
ἐκ τούτων ἡ πίστις; « Εὐδόκησε, φησὶν, ὁ Πα-
ῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν. » Ὁ δὲ τὰ οὕτω
καὶ ἐξαίρετα διδοὺς, πῶς ὀκνήσει περὶ τὸ
χρηστὸς περὶ ἡμᾶς καὶ πλουσίως τὰ ἐπὶ γῆς
ιν ἡμῖν ἀγαθά (1); Ἵνα οὖν, φησὶ, τὴν βασι-
τῶν οὐρανῶν κατακτήσησθε, τῶν ἐπὶ γῆς
σιν καταφρονήσατε. Μικρὸν δὲ ποίμνιον ὀνο-
τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· ἡττώμεθα γὰρ τῆς τῶν
ν πληθύος ἀμετρήτου οὔσης, καὶ ἀσυγκρίτως
εχούσης τὰ καθ' ἡμᾶς. Καὶ τοῦτο πάλιν αὐτὸς
δίδαξεν ὁ Σωτὴρ, τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις πα-
ν ἄριστα συντεθεικώς· ἔφη γὰρ, ὅτι « Τίς
ξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει ἑκατὸν πρόβατα,
ανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐχ ἀφήσει τὰ ἐνενηκον-
ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ πορευθεὶς ζητεῖ τὸ πλανώ-
Καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, ἀμὴν λέγω

A iis mentem impendimus? Anxius es de victu atque vestitu? cur non potius de salute adipiscenda sollicitudinem geris? Sollicitaris de corpore? cur de anima non sollicitaris? — Tam bonus Dominus, qui vilissimum alit volatile, non alet illum qui ad imaginem suam factus fuit? Propterea convenientissime sapienterque Christus curam præsentium depretiat, dicens mundi gentes res hujusmodi exquirere. Animos item ad invictam spem erigit, fore ut nihil eis desit; quia Pater apprime scit quibus egeant. Patrem autem cœlestem intelligere, constat; ait enim: « Et **299** vos ne quæratis quid manducetis, etc. Pater autem vester scit, » etc. Porro opportunissime Patris nomine Deum appellat, ut cognoscant filiorum suorum non esse obliturum, sed se bonum et filio-
B rum amantem præbiturum. Ne igitur alimenta quæramus supervacua præterque rationem, sed quidquid potius ad animæ salutem confert: nec pretiosam vestem, sed quomodo igni ac pœnæ corpus nostrum eripiamus, dum Dei regnum quærimus.

V. 32. *Noli timere, pusille grex.*

Pusillum gregem sanctos nominat, quia parvipenduntur in mundo spontanei pauperes bonisque carentes. Atqui hos donare cœlesti regno Patri placet. Unde statim admonitionem addit: « Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam, » et reliqua. Vel pusillum gregem dicit præ infidelium multitudine; vel etiam propter voluntariam humilitatem gregis hujus: quem vetat corporalium subsidiorum ege-
C statem timere. Nam qui tam grande et eximium gaudium dat, id est cœlorum regnum, dabit sine dubio etiam quæ carni necessaria sunt, et sustentandæ vitæ sufficiunt. —Id est, Ne discredas, fore ut sine dubio suppeditet quæ vitæ sustentandæ opus sunt cœlestis Pater. Non enim suos negliget, imo suam erga ipsos manum aperiet, quæ universam rerum naturam beneficiis replet [12]. Quænam porro rerum hujusmodi fides? « Placuit, inquit, Patri vestro dare vobis regnum. » Qui autem tam grandia et eximia dat, quomodo pigebit eum bonitatem suam erga nos expromere, copioseque terrena nobis bona præbere? Ut ergo, inquit, cœlorum regnum possideatis, terrenas opes despicite. Pusillum vero gregem nominat terrestres incolas: vincimur enim ab angelo-
D rum multitudine quæ innumerabilis est, et incomparabili excessu res nostras superat. Atque hoc rursus nos docuit Servator, cum illam in Evangeliis egregiam proposuit **300** parabolam. Dixit enim: « Quis ex vobis homo, qui centum oves habeat, si una ex his erraverit, non relinquet nonaginta novem in montibus, pergensque errantem quærat? quam si invenerit, profecto dico vobis gavisurum de ista magis, quam de novem ac nonaginta quæ non exerraverint [13]. » Observa itaque quod, dum ad decem

al. CIII, 28. [13] Luc. XV, 4-7.

(1) -ides nonnulla iisdem fere verbis repetita, quia diversis catenarum auctoribus ita excerpere

tantummodo decadas rationalium pecudum numerus extenditur, id est ad centum, terrenus utique grex intelligitur. Jam etsi hic pusillus est natura, numero, ac dignitate, præ innumerabilibus qui desuper sunt spirituum gregibus, Patris tamen bonitas, quæ omni laude major est, exiguo nostro gregi contulit supernorum spirituum sortem, id est cœlorum regnum.

V. 33. *Vendite quæ possidetis, et date eleemosynam.*

Grave fortasse hoc divitibus mandatum est. Ut enim alicubi ipse rursus ait, difficile qui pecuniam habent in cœlorum regnum introibunt [14]. Verumtamen sana mente præditis non est inutile mandatum. Nimirum sibi spem de futuro conficiunt : quia caduca brevisque est atque contracta præsens vita, longa autem et immensa illa futura. Qui cœlestia congerit, habebit in cœlo regnum, latronum manu non diripiendum, neque tinea corrumpendum; quandoquidem tutæ sunt cœlestes opes et incorruptæ perseverant. Agesis igitur, omitte ignaviam : temporalibus æterna eme; da caduca, ut acquiras incolumia; da terrena, ut cœlestia lucreris; præbe Deo opes tuas, et invenies multas cum usura repositas. Ipse hoc te docebit etiam beatus David psallens, propheticoque spiritu dicens de bono quolibet viro et misericorde : « Dispersit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sæculum sæculi [15]. »

V. 34. *Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.*

Hoc item vere dicitur. Etenim qui temporalibus student, totam suam in his spem collocant. Qui vero cœlestia quærunt, illuc mentis suæ oculum dirigunt.

301 V. 35. *Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes in manibus vestris.*

Loquitur cum spiritalibus; rursusque manifestis ac visibilibus rebus intellectuales denotat : neque enim dicet aliquis, velle Dominum nos habere præcinctos corporis lumbos, atque ardentes lucernas manibus tenere. Sed mentis ad laborem impigritatem, nempe ad laudabile quodvis opus, significat, ut reor, lumborum præcinctura : lucerna autem mentis vigilantiam et intellectualem lætitiam videtur demonstrare, et quod paratos nos esse quotidie oportet ad migrandum ex hac vita, et Domini nutum intentis oculis exspectare. Porro vigilare humanam mentem dicimus, cum dormitare segniter recusat, unde nimirum ad omne vitii genus impelli solet, lumine prope amisso. Vigilare itaque Christus nos jubet. Atque ad hoc ipsum exacuit nos ejusdem discipulus, dicens : « Sobrii estote, vigilate [16]. » Utique et sapientissimus Paulus : « Surge

[14] Luc. XVIII, 24. [15] Psal. CXI, 9. [16] I Petr. V, 8.

A ὑμῖν, ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐνενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις. » Ἄθρει δὴ οὖν ὅπως, ὅταν εἰς δεκάδας δέκα τῶν λογικῶν κτισμάτων ὁ ἀριθμὸς ἐκτείνηται, ὡς ἓν ἐν τοῖς ἑκατὸν τὸ ἐπὶ γῆς ἐστι ποίμνιον· ἀλλ' εἰ καὶ μικρὸν τοῦτο, καὶ φύσει, καὶ ἀριθμῷ, καὶ δόξῃ πρὸς τὰς ἀμετρήτους τῶν ἄνω πνευμάτων ἀγέλας, ἀλλ' ἡ τοῦ Πατρὸς ἀγαθότης, πάντα λόγον ὑπερεκτείνουσα, δέδωκε καὶ αὐτῷ τῶν ὑπερκειμένων πνευμάτων τὸν κλῆρον, τουτέστι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην.

(A f. 180, E f. 201 b) Φορτικὴ μὲν ἴσως τοῖς ἐν πλούτῳ ἡ ἐντολή· ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησὶ, δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς B τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Πλὴν τοῖς ἀρτίφροσιν οὐκ ἀνόνητος ἡ ἐντολή· θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς τὴν εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδα· πρόσκαιρος γὰρ ὁ παρὼν βίος καὶ βραχὺς καὶ συνεσταλμένος, ἄπειρος δὲ καὶ μακρὸς ὁ μετὰ ταῦτα. Ὁ ἐν οὐρανοῖς θησαυρίζων, ἕξει τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν, μὴ χερσὶ λῃστῶν ἁλισκομένην, μὴ ὑπὸ σητὸς διαφθειρομένην· ἐπειδὴ ἄσυλος ὁ οὐράνιος πλοῦτος, καὶ ἀπαθὴς διαμένει. Πρόσιθι τοίνυν μὴ ὀκνηρῶς· κτῆσαι τοῖς προσκαίροις τὰ αἰώνια· δὸς τὰ μὴ μένοντα, καὶ πλούτησον τὰ σωζόμενα· δὸς τὰ ἐπίγεια, καὶ κέρδανον τὰ ἐν οὐρανοῖς· παράθου Θεῷ τὸν σεαυτοῦ πλοῦτον, καὶ εὑρήσεις πολύχουν ταμιευόμενον· αὐτός σε τοῦτο διδάξει καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ψάλλων τε καὶ λέγων ἐν πνεύματι περὶ C παντὸς ἀγαθοῦ καὶ φιλοικτίρμονος· « Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. »

Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται.

(A f. 181) Ἀληθὲς καὶ τοῦτο· οἱ γὰρ φρονοῦντες τὰ πρόσκαιρα, ὅλην ἔχουσιν ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐλπίδα· καὶ οἱ ζητοῦντες τὰ ἐν οὐρανοῖς, ἐκεῖ τὸν τῆς διανοίας πέμπουσιν ὀφθαλμόν.

Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι.

(A f. 181, B f. 125, D f. 51) Διαλέγεται μὲν ὡς πνευματικοῖς, γράφει δὲ πάλιν διὰ τῶν ἐμφανῶν τε καὶ ὁρατῶν πραγμάτων τὰ νοητά· οὐ γάρ που φαίη τις ἂν, ὅτι τὴν τοῦ σώματος ὀσφὺν διεζωσμένην ἡμᾶς D ἔχειν βούλεται, καὶ καιομένους ἐν χερσὶ τοὺς λύχνους· ἀλλὰ τὸ τῆς διανοίας ἕτοιμον εἰς φιλεργίαν τὴν ἐφ' ἅπασι δηλονότι τοῖς ἐπαινουμένοις, ὑπεμφήνειεν ἂν τὸ διεζῶσθαι τὴν ὀσφύν· ὅ γε μὴν λύχνος, τὴν τοῦ νοῦ γρηγόρησιν καὶ φαιδρότητα νοητὴν ἔοικε παραδηλοῦν, καὶ ὅτι δεῖ παρεσκευασμένους ἐφ' ἡμέραν εἶναι πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἡμᾶς, καὶ τὸ τοῦ Δεσπότου νεῦμα περιμένειν ἑστῶσι τοῖς ὀφθαλμοῖς. Ἐγρηγορέναι δέ φαμεν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν, ὅταν ἀποσείηται τὸ ν[ε]υστάζειν ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον, δι' οὗ πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος καθικνεῖσθαι φιλεῖ, μονονουχὶ σβεννύμενος. Ἐγρηγορέναι δὴ οὖν ἡμᾶς κελεύει Χριστός· καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς καταθήγει λέγων

ὁ αὐτοῦ μαθητής· « Νήφετε, γρηγορεῖτε. » Καὶ μὴν A καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος· « Ἔγειραι, ὁ καθεύδων. » Νηφάλεον γὰρ ἔχειν χρὴ καὶ ἐγρηγορότα τὸν νοῦν καὶ τῇ τῆς ἀληθείας γνώσει καταλαμπόμενον· ὡς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ χαίροντα, λέγειν, ὅτι «Σὺ φωτιεῖς λύχνον μου, Κύριε, ὁ Θεός μου, φωτιεῖς τὸ σκότος μου. » —(A f. 181 b) Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, τοιοῦτόν τι προστεταχὼς εὑρίσκεται τοῖς ἐξ Ἰσραήλ, ὅτε εἰς τύπον Χριστοῦ διακελεύεται σφάττεσθαι τὸν ἀμνὸν, καθὰ μεμαρτύρηκεν ὁ ἱερώτατος Παῦλος, λέγων· « Τὸ γὰρ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστός. » Τοῖς γε μὴν ἐσθίουσι τῶν κρεῶν αὐτοῦ, προσπεφώνηκε λέγων ὁ ἱεροφάντης Μωϋσῆς, μᾶλλον δὲ δι' αὐτοῦ ὁ Θεός· « Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν. » B Χρῆναι γὰρ ἔγωγέ φημι τοὺς ἐν μεθέξει γεγονότας Χριστοῦ, ἑτοίμως ἔχειν εἰς ἔργα χωρεῖν ἅπερ ἂν ἁγίοις πρέπῃ, καὶ ἐν προθυμίᾳ βαδίζειν οἷπερ ἂν ἡμᾶ, ὁ θεῖος βούληται νόμος. Ταύτῃ τοι μάλα εἰκότως ὁδοιπορικὸν αὐτοῖς περιτέθεικε σχῆμα. (B f. 125 b) Ὁδοιπορικὸν γὰρ σχῆμα ὅτι μάλιστα πρεπωδέστατον τοῖς τὸ θεῖον κηρύττουσιν Εὐαγγέλιον. Οὕτω καὶ δι' ἑνὸς τῶν προφητῶν φησι πρὸς τοὺς ἐν Βαβυλῶνι αἰχμαλώτους ὁ Θεὸς τὴν ἐπάνοδον προαναφωνῶν, καὶ πρὸς ταύτην εὐτρεπίζεσθαι προτρέπων· « Σκόπευσον ὁδὸν, κράτησον ὀσφύος, ἄνδρισαι τῇ ἰσχύϊ σου σφόδρα. » Ὡς γὰρ αὐτίκα μάλα πρὸς Ἰουδαίαν βαδιουμένους, κρατεῖν ὀσφύος κελεύει· τουτέστιν ἑτοίμως καὶ ἐπιτηδείως ἔχειν πρὸς τοὺς τῆς ὁδοιπορίας πόνους, καὶ παντὸς πόνου κατανδρίζεσθαι ἀμάχῳ τῇ προθυμίᾳ χρωμένους.

qui dormis [17]. » Oportet enim sobriam nos habere mentem ac vigilem, et veritatis notitia splendidam; ut ob id gaudentes dicere possimus: « Tu illuminas lucernam meam, Domine, Deus meus, tu tenebras meas illuminas [18]. »—Sciendum vero est, sapientissimum quoque Moysen, hujuscemodi aliquid Israelitis præcepisse, cum Christi figuram immolari agnum jussit; quam rem testatur sacratissimus Paulus, dicens: « Pascha enim nostrum immolatus est Christus [19]. » Ergo agni carnes comedentibus denuntiavit hierophanta Moyses, vel potius ore ejus Deus: « Sint renes vestri præcincti, et calceamenta in pedibus vestris, et baculos manibus tenete [20]. » Profecto ego oportere judico eos, qui Christi sunt participes, prompto animo esse ad ea opera explenda quæ sanctos decent, atque alacriter ea via incedere quam nos terere divina lex jubet. Propterea admodum apte viatorium nobis habitum circumposuit.—Nam viatorius habitus iis convenientissimus est qui divinum prædicant Evangelium. Sic per unum de **302** prophetis ait captivis Babylone Deus, reditum prædicens, atque ad hunc illos comparare semet jubens: « Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde [21]. » Tanquam enim in Judæam statim profecturos, confortare lumbos jubet; id est paratos esse et expeditos ad itineris exantlandas ærumnas, et ad quemlibet laborem invicta animi alacritate semet armare.

(A f. 181 b) Ὅτι δὲ χρὴ παλινδρομήσοντα Χριστὸν C ἐξ οὐρανοῦ προσδοκᾷν (καταβήσεται γὰρ ἐν δόξῃ τοῦ Πατρὸς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων), ἐδίδαξεν, εἰπών· « Καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν Κύριον ἑαυτῶν, » κ. τ. λ. Καί μοι πάλιν ἐκεῖνο διανοοῦ· ἀναλύσει γὰρ ὡς ἐκ πανηγύρεως ὁ Χριστός· δι' οὗ διαδείκνυται σαφῶς, ὡς ἔστιν ἀεὶ τὸ Θεῖον ἐν ταῖς αὐτῷ πρεπούσαις ἑορταῖς· ἐκεῖ γὰρ ὅλως τὸ κατηφὲς οὐδαμοῦ· λυπεῖ γὰρ οὐδὲν τὴν ἀκήρατον φύσιν.—(A f. 182) « Ὅταν, φησὶν, ἐλθὼν εὐζώνους εὕρῃ καὶ ἐγρηγορότας, καὶ πεφωτισμένην ἔχοντας τὴν καρδίαν, τότε δὴ, τότε μακαρίους ἀποφανεῖ. » Περιζώσεται γὰρ καὶ διακονήσει αὐτοῖς. Δι' οὗπερ ἔνεστι μαθεῖν, ὅτι τοῖς ἴσοις ἡμᾶς ἀνταμείψεται, καὶ οἷον καμόντας ἀνακτήσεται, τρυφὰς ἡμῖν παραθεὶς τὰς πνευματικὰς, καὶ ἀμφιλαφῆ τῶν παρ' ἑαυτοῦ D χαρισμάτων ἁπλώσας τράπεζαν.

Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ, κ. τ. λ.

(A f. 182) Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὸ τῆς θείας ἡμερότητος πλάτος, καὶ τῆς εἰς ἡμᾶς γαληνότητος τὴν ὑπερβολήν. Οἶδε γὰρ, οἶδε τὸ πλάσμα ἡμῶν, καὶ εὐόλισθον τῆς ἀνθρώπου διανοίας εἰς ἁμαρτίαν. Οἶδεν ὅτι τετυράννευκε καθ' ἡμῶν τῆς φιλοσαρκίας ἡ δύναμις, καὶ ὁ τοῦ παρόντος βίου περισπασμὸς μονονουχὶ καὶ οὐχ ἑκόντας καταβιάζεται, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων ἀποφέρων τὸν νοῦν. Ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς, ἀπογινώσκειν οὐκ ἐᾷ, κατοικτείρει δὲ μᾶλ-

Quod autem exspectare debeamus reversurum Christum de cœlo (descendet enim ornatus Patris gloria cum sanctis angelis) docuit nos, dicens: « Et vos similes hominibus exspectantibus Dominum suum, » etc. Atque illud mecum rursus observa: revertetur enim tanquam ex festo die Christus; quibus verbis ostenditur manifeste, semper Deum versari in congruis sibi solemnitatibus. Apud ipsum quippe nihil unquam triste; namque inviolabilem naturam nullus mœror afficit.—« Cum veniens, inquit, invenerit vigilantes, et illuminatum cor gerentes, tunc enimvero beatos efficiet. » Nam præcinctus illis ministrabit. Qua ex re cognoscere licet, fore ut nos pari cura remuneretur, ac veluti laborantes recreet, delicias nobis spiritales apponens, et copiosam donorum suorum exhibens mensam.

V. 38. *Et si venerit in secunda vigilia*, etc.

Hoc loco animadverte divinæ bonitatis amplitudinem, et erga nos clementiæ exsuperantiam. Novit enim, novit plasma nostrum, et humanæ mentis ad peccandum proclivitatem. Scit carnalis affectus contra nos tyrannidem, et quod hujus mundi violentia nos nolentes propemodum cogit, ad absurdum quodvis mentem abripiens. Quia vero bonus est, desperare non sinit, miseretur potius, et salutis medelam concessit nobis pœnitentiam. Idcirco ait:

[17] Ephes. v, 14. [18] Psal. xvii, 29. [19] I Cor. v, 7. [20] Exod. xii, 11. [21] Nahum ii, 1.

« Et si in secunda vigilia venerit, vel etiam in tertia, atque ita agentes invenerit, beati erunt illi. » Profecto tu cognoscere perspicue voles, quid hoc rei sit. Dividunt **303** itaque noctem nonnulli in tres vigilias vel etiam in quatuor. Nam qui in urbium mœnibus collocati, hostium incursiones observant, postquam tribus vel quatuor horis vigilaverint, tradunt vicissim aliis vigilem custodiam. Tres porro sunt nobis ætates : prima, qua sumus pueri impuberes; secunda, qua juvenes; tertia, qua seniores. Sed a prima quidem (1), qua pueri sumus, pœnas Deus non exquirit, sed eam venia dignatur. Secunda vero ac tertia debet Deo obedientiam, vitæque sanctitatem, prout ei placitum est. Itaque si quis deprehensus fuerit in vigilia, ac veluti in promptu, juvenili adhuc ætate, vel si etiam senili, beatus erit: promissa enim a Christo præmia consequetur. — Quod autem non vigilare, damnosum sit, demonstrat egregie prædicto exemplo. Namque ut ait illius discipulus, « Adveniet dies Domini ut fur, in quo cœli magno impetu transibunt, et calefacta elementa solventur, terra autem et quæ in ipsa sunt opera, exurentur omnia : novos autem cœlos novamque terram, secundum promissa ipsius, exspectamus [22]. » His addit : « Cum igitur hæc omnia dissolvenda sint, quantopere nos oportet deprehendi sanctos et immaculatos coram ipso [23] ? » Prorsus enim nemo scit finiendi mundi tempus.

A λον, καὶ σωτηρίας φάρμακον ἔδωκεν ἡμῖν τὴν μετάγνωσιν. Διὰ τουτό φησι · « Κἂν ἐν τῇ δευτέρᾳ, κἂν ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ οὕτως ποιοῦντας, μακάριοί εἰσιν ἐκεῖνοι. » Ἐθελήσεις δὲ πάντως εἰδέναι σαφῶς, τί δὴ τοῦτό ἐστι. Μερίζουσι τοίνυν τὴν νύκτα τινὲς εἰς τρεῖς ἢ εἰς (D f. 51) τέσσαρας φυλακάς· οἱ γὰρ τοῖς τείχεσι τῶν πόλεων ἐγκαθήμενοι, καὶ τὰς τῶν πολεμίων τηροῦντες ἐφόδους, τρεῖς ἢ τέσσαρας ὥρας διαγρηγορήσαντες, παραπέμπουσιν εἰς ἑτέρους τὴν φυλακὴν καὶ ἐγρήγορσιν. Τρεῖς τοίνυν εἰσὶ καὶ παρ' ἡμῖν ἡλικίαι · πρώτη μὲν καθ' ἣν ἐσμεν ἔτι παῖδες ἄνηβοι, δευτέρα δὲ καθ' ἣν νεανίαι, καὶ τρίτη καθ' ἣν πρεσβῦται. Ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη, καθ' ἣν ἔτι παῖδές ἐσμεν, οὐκ εὐθύνεται παρὰ Θεοῦ, ἀξιοῦται δὲ συγγνώμης · ἡ γε μὴν B δευτέρα καὶ ἡ τρίτη ὀφείλει τῷ Θεῷ τὴν ὑπακοὴν, καὶ τὸ διαζῆν ὁσίως, κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν · οὐκοῦν κἂν εἴ τις καταληφθείη τυχὼν ἐν ἐγρηγόρσει, καὶ οἷον ἐν εὐζωνότητι νέος ὢν ἔτι, κἂν εἴτουν τὴν πρεσβυτικὴν ἔχων ἡλικίαν, μακάριος ἔσται· τεύξεται γὰρ τῶν ἐπηγγελμένων παρὰ Χριστοῦ. — (A f. 182 b) Ὅτι δὲ τὸ μὴ ἐγρηγορέναι ἐπιζήμιον, εὖ μάλα παραδείκνυσι διὰ τοῦδε τοῦ παραδείγματος· ὡς γὰρ ὁ αὐτοῦ φησι μαθητής· « Ἥξει ἡ ἡμέρα Κυρίου, ὡς κλέπτης· ἐν ᾗ οὐρανοὶ μὲν ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσόμενα λυθήσεται· γῆ δὲ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κατακαήσεται πάντα· καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν, κατὰ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν. » Προσεπάγει δὲ τούτοις· « Τούτων δὲ πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ εὑρεθῆναι ἡμᾶς [ita cod. non ὑμᾶς] ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ; » Οἶδε γὰρ ὅλως οὐδεὶς τὸν τῆς συντελείας καιρόν.

V. 41. *Ait autem ei Petrus : Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an etiam ad omnes?*

C *Κύριε, πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ πρὸς πάντας;*

Interrogat Petrus num ad omnes dixerit lucernarum parabolam. Num, inquit, generalis est lex, parique mensura ad cunctos pertinet, an ad eos solos qui præ cæteris sunt electi? Jam vero quidnam sapientissimum perturbavit discipulum? vel quid eum impulit ut id vellet a Christo rescire? Ergo illud in primis dicemus. Præceptorum alia quidem honore apostolatus præditos spectant; alia vero illos qui in inferiore ordine sunt. Quod ita revera se habere, cognoscere, ut dixi, possumus scribente **304** Apostolo : « Lac vobis potum dedi, non escam : nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis [24]. » Perfectorum quidem est solidus cibus, illorum scilicet qui sensus habent exercitos ad boni malique discretionem. Namque iis qui corroboratum habent animum, merito conveniunt magna et peculiaria de sublimibus rebus mandata: secus vero iis, qui nondum hoc spiritale robur sunt adepti, congruunt illa quæ omni asperitate carent. Reputans itaque beatus Petrus dictorum a Christo vim, recte interrogat.

(A f. 183) Ἐρωτᾷ Πέτρος εἰ πρὸς πάντας εἶπεν ὁ Κύριος τὴν περὶ τῶν λύχνων παραβολήν. Ἆρα, φησί, γενικὸς ὁ νόμος, καὶ ἐν ἴσῳ μέτρῳ κατὰ πάντων ἔρχεται, ἢ μόνοις ἂν πρέποι τοῖς τῶν ἄλλων ἐξῃρημένοις; Εἶτα, τί τὸ θορυβῆσάν ἐστι τὸν σοφώτατον μαθητήν; ἢ τί παρεκίνησεν εἰς τὸ θελῆσαι μαθεῖν τὰ τοιάδε παρὰ Χριστοῦ; Οὐκοῦν ἐκεῖνο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἐροῦμεν· τῶν ἐντολῶν αἱ μὲν ἀποστολικοῖς πρέπουσιν ἀξιώμασιν· αἱ δὲ τοῖς τὴν μείω [cod. μείζω] τάξιν ἐπέχουσι. Καὶ τοῦτο ἔστιν ἰδεῖν ἀληθὲς· ὃν καὶ οὕτως ἔχον, ὡς ἔφην, γεγραφότος τισὶ τοῦ μακαρίου Παύλου· « Γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἐδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ νῦν D ἔτι δύνασθε. » Τελείων γάρ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή, τῶν διὰ τὴν ἕξιν ἐχόντων τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ· τοῖς γὰρ τὴν διάνοιαν ἔχουσιν εὐσθενῆ, πρέποι ἂν εἰκότως τὰ μεγάλα καὶ ἐξαίρετα τῶν ἁγιοπρεπῶν ἐνταλμάτων· τοῖς δὲ οὔπω πρὸς τοῦτο ἐληλαχόσιν ἰσχύος πνευματικῆς, τὰ δυσχερείας ἁπάσης ἀπηλλαγμένα. Ἐννοήσας τοίνυν ὁ μακάριος Πέτρος τῶν εἰρημένων παρὰ Χριστοῦ τὴν δύναμιν, εἰκότως διαπυνθάνεται.

Quid ergo ad hæc Christus? Perspicuo evidenti-

(A f. 183, D f. 51 b) Τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός,

[22] II Petr. III, 10. [23] ibid. 11. [24] I Cor. III, 2.

(1) Paulo plenius ab initio est fragmentum apud D. Thomam in catena. « Cyrillus. De prima tamen vigilia mentionem non facit, quia pueritia non punitur a Deo, » etc.

Σαφεῖ καὶ ἐναργεστάτῳ παραδείγματι κέχρηται, πρέπουσαν ἀποφαίνων τὴν ἐντολὴν τοῖς ὅτι μάλιστα διαφανεστέροις, καὶ μυσταγωγῶν ἐν τάξει παρειλημμένοις. Ὑποκείσθω, φησὶν, ἄνθρωπος οἰκοδεσπότης, ὃς στείλασθαι μέλλων ἀποδημίαν, ἑνὶ τῶν γνησίων οἰκετῶν ἐνεχείρισε τοῦ παντὸς οἴκου τὴν οἰκονομίαν, ὥστε διδόναι τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ, τουτέστι τοῖς θεράπουσιν, ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον. Ὅταν τοίνυν, φησὶν, ὑπονοστήσας ἐκεῖνος, καὶ οἴκοι πάλιν ἐλθὼν, οὕτως εὕροι ποιοῦντα, καθὼς καὶ διέταξεν, ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἔσται τρισμακάριος· καταστήσει γὰρ αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ. — (A f. 183, D f. 51 b) Ὁ μὲν οὖν πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ἐν καιρῷ καὶ χρείᾳ διανέμων ἐπιστημόνως τοῖς δούλοις τὸ σιτομέτριον, ἤτοι τε πνευματικὰς τροφὰς, μακάριος ἔσται κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φωνήν· τεύξεται γὰρ τῶν ἔτι μειζόνων, καὶ τὰς τοῖς γνησίοις πρεπούσας ἀμοιβὰς ἀπολήψεται· εἰ δὲ δὴ γένοιτό τις καταφρονητὴς καὶ ῥᾴθυμος, ταῖς κατὰ τῶν ὁμοδούλων πλεονεξίαις ἐντρυφῶν, ἐσθίων τε καὶ πίνων, καὶ εἰς ἐκλύτους ἐξιτηλίας ἀπενηνεγμένος, διχοτομηθήσεται· τουτέστι τὴν ἐσχάτην ὑποστήσεται δίκην, ἐπιφοιτήσαντος αὐτῷ τοῦ Δεσπότου ἀδοκήτως.

que exemplo utitur, ut demonstret mandatum id congruere potissimum dignioribus, et in magistrorum ordine constitutis. Proponamus, inquit, hominem patremfamilias, qui peregre abiturus fideli uni famulo universæ domus œconomiam committat, ut familiæ suæ, id est famulis, tempore idoneo tritici demensum det. Cum itaque, ait, reversus ille et in domum suam denuo regressus, ita agentem repererit uti præceperat, tunc servus ille fiet beatissimus; etenim ipsum super omnia bona sua constituet. —Ergo fidelis servus et prudens, qui pro tempore et usu scite conservis tritici mensuram, seu spiritales escas, distribuit, beatus erit juxta Servatoris effatum: majora enim consequetur, et digna fidelibus præmia recipiet. Secus vero, si quis fuerit ignavus et officii negligens, et adversus conservos injurius ac præpotens, comedens bibensque, et luxuriosis dissipationibus deditus, hic, inquam, dividetur, id est extremas pœnas dabit, cum insperato Dominus ei supervenerit.

(A f. 183 b) Ἡ μὲν οὖν ἁπλῆ καὶ πρόχειρος τῶν εἰρημένων δύναμις, τοιαύτη τίς ἐστι. Μάθωμεν δὲ ἀκριβῶς, τί τὸ ἐντεῦθεν ὑποδηλούμενόν ἐστι. Κεχειροτόνηκεν ὁ Σωτὴρ οἰκονόμους, ὥσπερ τῶν ἰδίων οἰκετῶν, τουτέστι τῶν διὰ πίστεως κεκλημένων εἰς ἐπίγνωσιν τῆς δόξης αὐτοῦ, πιστοὺς ἄνδρας καὶ συνετωτάτους, καὶ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἐπιστήμονας, ἐπὶ τῷ διδόναι τοῖς συνδούλοις αὐτῶν τὸ σιτομέτριον· καὶ οὐχ ἁπλῶς καὶ ἀκατασκέπτως, ἐν καιρῷ δὲ μᾶλλον τῷ δέοντι, τουτέστι τὴν ἀρκοῦσάν τε καὶ πρέπουσαν ἑκάστῳ τροφὴν, δῆλον ὅτι πνευματικήν. Ἁρμόσειε γὰρ ἂν οὐχ ἅπασιν ἁπλῶς τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύσασιν, ὁ περὶ τούτων λόγος. Γέγραπται γοῦν· « Γνωστῶς ἐπιγνώσῃ ψυχὰς ποιμνίου σου. » Ἑτέρως μὲν γὰρ τὸν ἔτι κατηχούμενον ταῖς τῆς ἀληθείας ἐμβιβάζομεν τρίβοις, ἁπλῷ καὶ οὐδὲν ἔχοντι βαθὺ χρώμενοι λόγῳ· ἑτέρως δὲ πάλιν τοὺς ἀδροτέρους τὸν νοῦν, καὶ συνιέναι δυναμένους τῆς θεολογίας τὸ ὕψος. Ὁ τοίνυν εἰς δέον οἷς ἔλαβε χρησάμενος, ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι τοῦ Δεσπότου καταστήσεται. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξεν, ἑτέρωθί που τὸν σπουδαῖον καὶ γνήσιον οἰκέτην ἐπαινῶν τε καὶ λέγων· « Ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. » Ἐὰν δὲ, φησὶ, τὸ σπουδαῖος καὶ γνήσιος εἶναι μεθεὶς, μερίμναις κοσμικαῖς τὸν οἰκεῖον μεθύσκηται νοῦν, καὶ ἀποφέρηται πρὸς ἃ μὴ θέμις, βιαζόμενος καὶ πλεονεκτῶν τοὺς ὑπεζευγμένους, καὶ μὴ διδοὺς αὐτοῖς τὸ σιτομέτριον, ἐν παντὶ γενήσεται κακῷ· ἔσται δὲ, φησὶ, καὶ ὁ κλῆρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων. Ὁ γὰρ ὅλως ἐπιβουλεύσας τῇ δόξῃ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτῷ ποιμνίων ἀλογῆσαι τολμήσας, κατ' οὐδένα τρόπον διοίσει τῶν οὐκ εἰδότων αὐτόν. Καὶ γοῦν ἔφη ποτὲ Χριστὸς πρὸς τὸν μακάριον Πέτρον· « Σίμων Ἰωνᾶ, φιλεῖς με; ποί-

Igitur simplex et obvia dictorum sententia hæc est. Sed jam accurate discamus quid inde significetur. Constituit Servator super servos suos, id est super eos, qui per fidem ad gloriæ suæ cognitionem sunt vocati, constituit, inquam, quosdam veluti **305** œconomos, viros fideles et prudentissimos, sacrorum dogmatum peritos, ut ipsi conservis suis tritici demensum tribuant; neque vero id temere aut inconsiderate, sed idoneo potius tempore, id est sufficientem et congruam unicuique escam, spiritalem videlicet. Non enim cunctis indifferenter congruit in Christum credentibus sacra doctrina. Quare scriptum est: « Gregis tui animas scite scias [25]. » Aliter enim eum, qui adhuc est catechumenus, in veritatis via constituimus, simplici utentes nihilque reconditum habente sermone: aliter autem eos qui firmiore mente sunt, et theologiæ sublimitatem comprehendere queunt. Qui ergo commisso munere prout oportet functus fuerit, super omnia Domini bona constituetur. Idque nos docuit ipse Servator alio loco sedulum fidelemque famulum his verbis laudans: « In paucis fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui [26]. » Secus vero si, diligentia ac fidelitate neglecta, curis mundanis mentem suam inebriaverit, atque ad illicita eruperit, subditis suis violenter ac tyrannice abutens, neque iis demensum debitum tribuens, nihil mali non experietur; ponetur autem, inquit, portio ejus cum infidelibus. Qui enim Christi gloriæ prorsus nocuerit, et commissos sibi greges pessum ire negligenter siverit, nullatenus differet ab iis qui Christum ignorant. Quamobrem aiebat aliquando beato Petro Christus: « Simon Jonæ, diligis me? pasce oves meas, pasce agnos meos [27]. » Jam si qui pascit, diligit; sequitur ut ille omnino

[25] Prov xxvii, 23. [26] Matth. xxv, 21. [27] Joan. xxi, 15.

oderit, qui id officium pensi non habet. Quod si odit, jam punietur et infidelium sententiam perferet; quod illi accidit, qui talento accepto ut solerter negotiaretur, mox opere neglecto, pecuniam minime multiplicatam reportavit. Secus autem ii qui quinque talenta vel etiam plura acceperant, labore industriaque usi, maximis dignitatibus ac splendidissimis donati fuerunt. Dictum est enim uni: Decem civitatibus præeris; alii dictum **306** quinque [28]. Verum ille contumeliosus otiosusque famulus extremas dedit pœnas. Perniciosa igitur omnino in magisterii sacri negotio ignavia est. Unde scribebat quibusdam beatus Petrus: « Pascite qui in vobis est gregem Dei, ut cum apparuerit princeps pastorum, mercedem reportetis [29]. » Denique Paulus sciens januam perditionis esse socordiam, aiebat: « Væ mihi est, si non evangelizavero [30]. »

Age vero quod torpentibus in sacri magisterii officio amara et acerba et inevitabilis pœna immineat, statim demonstrat Servator, prioribus deinceps duo subjungens exempla (1). Ait enim: « Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non præparavit, nec fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis. Qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis. » — Quamobrem, dicet fortasse aliquis? Quomodo ab ignaro ratio exquiritur? Nempe, quia scire noluit, cum discere posset. Jam si qui ignoravit, haud omnino iram fugiet, quia cum deberet cognoscere, neglexit discere; quæ causa est, cur non debeat multas perpeti plagas qui scivit, et neglexit? Erit itaque gravius de magistris judicium. Atque hoc docet his verbis discipulus Christi: « Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quod majus judicium sustinebimus [31]. » Dives enim spiritalium munerum fit largitio rectoribus populorum. Nam sic sapientissimus quoque Paulus Timotheo scribit: « Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum [32]. » Et: « Noli negligere, quæ in te est, gratiam datam tibi per impositionem manuum mearum [33]. » Atqui iis cum multa Servator dederit, multa exquirit ab ipsis. Quænam vero hæc sunt? In fide firmitas, in magisterio sinceritas, in spe constantia, **307** in patientia immobilitas, in spiritali vigore tenacitas, in omni egregio facinore alacritas et fortitudo, ut et cæteris angelicæ vitæ exemplar simus.

V. 49. *Ignem veni mittere in terram; et quid volo si jam accensus est?*

Hoc igne incensus aiebat Cleophas: « Nonne cor

μαινε τὰ πρόβατά μου, βόσκε τὰ ἀρνία μου. » Εἰ δὲ ὁ ποιμαίνων φιλεῖ, μισεῖ που πάντως ὁ τούτου καταφρονῶν. Εἰ δὲ μισεῖ, καὶ κολάζεται, καὶ τῇ τῶν ἀπίστων ὑποφέρεται δίκῃ· ὁποῖός τις ἦν ὁ τὸ τάλαντον λαβὼν, ἵνα ἐμπορεύσηται νοητῶς, εἶτα τοῦτο μὲν οὐ πεπραχὼς, προκομίσας δὲ μᾶλλον ἀπολυπλασίαστον τὸ δοθέν. Ἀλλ' οἵ γε τὰ πέντε λαβόντες ἢ καὶ ἔτι πλείονα, καμόντες τε καὶ φιλεργήσαντες, ἀξιώμασι τετίμηνται τοῖς περιφανεστάτοις. Ἤκουσε γὰρ ὁ μέν τις· Ἔσο ἐπάνω δέκα πόλεων· ὁ δὲ πέντε. Ὁ δὲ ὑβριστὴς (2) τε καὶ ὀκνηρὸς οἰκέτης, τὴν ἐσχάτην ὑπέμεινε δίκην· ἐπισφαλὲς οὖν πανταχοῦ τὸ ῥᾴθυμον, εἰς μυσταγωγίαν· ὅθεν γράφει μέν τισιν ὁ μακάριος Πέτρος· ὅτι « Ποιμαίνετε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Θεοῦ, ἵν' ὀφθέντος τοῦ πάντων ἀρχιποίμενος, κομίσησθε τὸν μισθόν. » Εἰδὼς δὲ τὸ ῥᾴθυμον ὀλέθρου πύλην, ἔφη Παῦλος· « Οὐαί μοί ἐστιν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. »

(A f. 184) Ὅτι δὲ τοῖς ὀκνοῦσιν εἰς μυσταγωγίαν πικρά τε καὶ ὀδυνηρὰ καὶ δυσδιάφευκτος ἐπικρέμαται κόλασις, διαδείκνυσιν εὐθὺς ὁ Σωτὴρ, τοῖς πρώτοις ἐπενεγκὼν δύο ἐφεξῆς παραδείγματα. Ἔφη γάρ· « Ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦλος, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσεται ὀλίγας. » — (A f. 184 b) Διὰ ποίαν αἰτίαν· καίτοι φαίη τις ἄν; Πῶς ὁ μὴ γνοὺς, ὑπέχει λόγον; Ὅτι μὴ ἠθέλησεν εἰδέναι, καίτοι μαθεῖν ἐξόν (3). Εἰ δὲ ὁ μὴ γνοὺς, ὅλως οὐκ ἄμοιρος ὀργῆς, ὅτι δέον εἰδέναι, κατημέλησε τοῦ μαθεῖν, ποῖος ἀπαλλάξει λόγος, τοῦ χρῆναι πολλὰς ὑπομεῖναι πληγὰς τὸν εἰδότα καὶ ῥαθυμήσαντα; — Φορτικώτερον οὖν ἄρα τῶν διδασκόντων τὸ κρῖμα· καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων ὁ Χριστοῦ μαθητής· « Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε, ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖζον κρῖμα ληψόμεθα. » Πλουσία γὰρ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἡ δόσις, παρά γε τοῖς τῶν λαῶν ἡγουμένοις· οὕτω γάρ που καὶ ὁ σοφώτατος Παῦλος Τιμοθέῳ γράφει· « Δώσει σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. » Καί· « Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι δι' ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. » Τοῖς δὲ τοιούτοις ὡς πολλὰ διδοὺς ὁ Σωτὴρ, πολλὰ ζητεῖ παρ' αὐτῶν. Καὶ ποῖα ταῦτά ἐστι; Τὸ ἀραρὸς ἐν πίστει, τὸ ἀπλανὲς εἰς μυσταγωγίαν, τὸ βεβηκὸς ἐν ἐλπίδι, τὸ ἀκατάσειστον ἐν ὑπομονῇ, τὸ ἄθραυστον ἐν ἰσχύϊ τῇ πνευματικῇ, τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων πρόθυμόν τε καὶ εὐσθενὲς, ὡς καὶ ἑτέροις ὑποτύπωσιν εἶναι πολιτείας ἀγγελικῆς.

Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη;

(A f. 185 b) Τοῦτο τὸ πῦρ ἔχοντες οἱ περὶ Κλεό-

[28] Luc. xix, 17-19. [29] I Petr. v, 2. [30] I Cor. ix, 16. [31] Jac. iii, 1. [32] II Timoth. ii, 7. [33] II Timoth. i, 6.

(1) Apud D. Thomam in catena. « Cyrillus. Homo enim perspicax, qui turpioribus suam voluntatem inclinavit, impudenter misericordiam implorabit, quia inexcusabile peccatum commisit, quasi propter malitiam recedens a Domini voluntate: sed homo rusticanus rationabilius implorabit veniam vindicantis; unde subditur: *Qui autem non cognovit,* » etc.

(2) Dicit contumeliosum servum propter dicta ab eo Luc. xix, 21.

(3) Hanc appellant ignorantiam crassam theologi morales.

παν ἔλεγον· « Οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιομένη ἦν ἐν A ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ, ὡς διήνοιγεν ἡμῖν τὰς Γραφάς; » Πῦρ τοῦτο σωτήριον καὶ ἐπωφελὲς, δι' οὗ πάντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς ἀπεψυγμένοι τρόπον τινὰ καὶ νενεκρωμένοι διά τε τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸ μὴ εἰδέναι τὸν φύσει καὶ ἀληθῶς ὄντα Θεὸν, ἀναζωπυρούμεθα πρὸς τὴν κατ' εὐσέβειαν ζωὴν, καὶ τῷ πνεύματι ζέοντες ἀποτελούμεθα κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνήν. Κερδαίνομεν δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος μέθεξιν, πυρὸς δίκην ὄντος ἐν ἡμῖν· βεβαπτίσμεθα γὰρ ἐν πυρὶ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἔθος δὲ τῇ θείᾳ Γραφῇ πῦρ ὀνομάζειν ἔσθ' ὅτε τοὺς θείους τε καὶ ἱεροὺς λόγους, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν. Ἔφη μὲν γάρ τις τῶν ἁγίων προφητῶν, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· « Ὅτι B ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ Κύριος, ὃν ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς Διαθήκης, ὃν ὑμεῖς θέλετε. Ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει Κύριος, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ; ἢ τίς ὑποστήσεται ὀπτασίαν αὐτοῦ; Ἰδοὺ αὐτὸς ἐκπορεύεται, ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων· καὶ καθεδεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡς τὸ χρυσίον. » Καὶ ναὸν μέν φησιν ἐνθάδε, τὸ ἄχραντον ἀληθῶς καὶ ἅγιον σῶμα, τὸ διὰ τῆς ἁγίας Παρθένου ταχθὲν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν δυνάμει τοῦ Πατρός. Εἴρηται γάρ που πρὸς τὴν ἁγίαν Παρθένον· « Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. » Ἄγγελον δὲ Διαθήκης αὐτὸν ὀνομάζει τὸν Μονογενῆ, παρὰ τὸ ἀγγέλλειν καὶ διακονεῖν τῇ Πατρὸς εὐδοκίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς γενομένῃ. C Καὶ γοῦν ἔφη πρὸς ἡμᾶς, ὅτι « Πάντα ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀπήγγειλα ὑμῖν. » Γράφει δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὅτι « Παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. » Ὥσπερ οὖν οἱ τὸν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐκκαθαίρειν εἰδότες, πυρὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἐκτήκουσι ῥύπον, οὕτω καὶ ὁ Σωτὴρ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν μαθημάτων, ἐν δυνάμει Πνεύματος, τὸν ἑκάστου σμήχει νοῦν τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτόν. Ἔφη δέ που καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, πρὸς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν· « Ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ, καὶ τὸν λαὸν τοῦτον, ξύλα. » Καὶ πάλιν « Οὐχ οἱ λόγοι μου ὥσπερ πῦρ, λέγει Κύριος; » Τίς δ' ἂν νοηθείη πρὸς ἡμῶν καὶ ὁ ἄνθραξ D ὁ τῶν τοῦ προφήτου Ἡσαΐου χειλέων ἁψάμενος, καὶ καθαρίσας αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας; Τὸ σωτήριον δηλονότι κήρυγμα, καὶ ἡ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὁμολογία, ἣν εἴπερ τις ἐν στόματι λάβοι, πάντη τε καὶ πάντως διακαθαίρεται. Καὶ πιστώσεται λέγων ὁ Παῦλος, ὅτι « Ἐὰν εἴπῃς ἐν τῷ στόματί σου, Κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὡς ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. » Πλὴν ἄνθρακι καὶ πυρὶ τὴν τοῦ θείου κηρύγματος δύναμιν ἐοικέναι φαμὲν, οὗ τὴν ἄναψιν ἐπισπεύδει ὁ Κύ-

nostrum ardens erat intra nos in via, dum nobis aperiret Scripturas [34]? » Ignis hic salutaris est et utilis, per quem nos omnes qui in terra frigidi eramus ac emortui ob peccatum et ob veri naturalisque Dei ignorantiam, denuo suscitamur ad religiosam vitam; spirituque ferventes efficimur juxta beati Pauli dictum [35]; prætereaque sancti Spiritus participationem lucramur, ignis instar intra nos habitantis : namque igne baptizati fuimus, sancto Spiritu. Mos vero est divinæ Scripturæ ignis nomine appellandi interdum divinam sacramque doctrinam, et sancti Spiritus vim atque operationem. Dixit enim sanctorum prophetarum unus, tanquam ex Dei persona, de universali nostro Servatore Christo, quod nempe « subito veniet in templum suum Dominus, quem vos quæritis, et angelus Testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus; et quis sustinebit diem adventus ejus? aut quis patietur aspectum ejus? En ipse procedit ut ignis conflatorii, et ut herba fullonum; et sedebit conflans mundansque sicut argentum et sicut aurum [36]. » Et templum quidem hic dicit immaculatum sanctumque corpus de sancta Virgine sumptum, sancto operante Spiritu in virtute Patris. Dictum quippe fuit sanctæ Virgini : « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi [37]. » Angelum vero Testamenti ipsum nominat Unigenitum, quia nuntiat, ministratque Patris bonæ erga nos voluntati. Itaque nobis dicebat : « Omnia quæcunque audivi a Patre meo, nota feci vobis [38]. » Scribit de ipso propheta quoque Isaias : « Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cujus imperium super humerum **308** ejus : vocaturque nomen ejus magni consilii Angelus [39]. » Sicut ergo ii qui aurum argentumque purgare sciunt, sordes ejus igne consumunt, ita etiam Servator per doctrinas evangelicas, virtute Spiritus, singulorum in ipsum credentium mentem abstergit. Dixit vero aliquando universalis Deus ad Jeremiam : « Ecce dedi sermones meos in os tuum tanquam ignem; et hunc populum, instar lignorum [40]. » Et rursus : « Nonne sermones mei ut ignis, dicit Dominus [41]? » Quidnam porro aliud a nobis existimabitur carbo ille qui prophetæ Isaiæ labia contigit, omnique ipsum peccato mundavit [42]? Nempe salutaris prædicatio, et fidei in Christum confessio; quam si quis ore receperit, prorsus omnimodisque purgatur. Rei fidem faciet Paulus dicens : « Quod si dixeris ore tuo, Dominus Jesus, credideris que corde tuo, a Deo illum de mortuis suscitatum, salvus eris [43]. » Verumtamen carboni et igni divinæ prædicationis vim dicimus similem, cujus incensionem urget Dominus. Jam enim nonnulli ex Israele crediderant, quorum primitiæ fuerant divi discipuli. Semel autem accensus ignis, universum correpturus mundum erat, cum tota susceptæ incarnationis ratio

[34] Luc. XXIV, 32. [35] Rom. XII, 11. [36] Malach. III, 1-3. [37] Luc. I, 35. [38] Joan. XV, 15. [39] Isa. IX, 6. [40] Jerem. V, 14. [41] Jerem. XXIII, 29. [42] Isa. VI, 6, 7. [43] Rom. X, 9.

peracta fuisset. Idque docet his verbis : « Baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor usque dum perficiatur (1) ! »

A ριος· ἐπίστευον γὰρ ἤδη τινὲς τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ὧν ἀπαρχὴ γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί. Ἐξαφθὲν δὲ ἅπαξ τὸ πῦρ, ἁπάσης ἔμελλε καταδράττεσθαι τῆς ὑπ' οὐρανὸν, ἐξενεχθείσης εἰς πέρας τῆς πάσης οἰκονομίας· καὶ τοῦτο διδάσκει λέγων· « Βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ; »

V. 51. *Putatis quod pacem terræ daturus venerim?*

Atqui Christus pax nostra est, ut aiunt Scripturæ : « Ipse duos populos in unum novum hominem copulavit, pacem faciens, ambosque reconcilians in uno corpore Patri [44] : » ipse connexuit infima superioribus. Quomodo ergo dixit : « Non veni pacem dare? » Quid ais, Domine? Ad adducendam pacem non venisti? Attamen nobis factus es pax, medium maceriæ parietem dissolvisti, peccatum quod nos arcebat destruxisti : longinquis æque ac propinquis bonum nuntium **309** attulisti : greges cum gregibus adunasti, Judaicos scilicet cum ethnicorum gregibus : pacificasti per crucem quæ in cœlis sunt et quæ super terram, sicuti scriptum est [45] : factus es nobis conciliator atque mediator, intermedium peccatum auferens, Patri Deo per temetipsum nos conjungens. Quin adeo pacem, tui peculiariter propriam dixisti : « Pacem meam do vobis [46]. » Quomodo ergo non venisti pacem adducere, sed gladium? quibuscum prœlio certabimus? quodnam belli genus erit, et quomodo a nobis fiet? ut inculpatum sit, et tibi placeat, qui pacem tui propriam esse dixisti, eamque nobis dedisti? Ergo solvat Paulus quæstionem dicens : « Si quis frater fornicator, et « cætera, » cum ejusmodi nec cibum sumere [47]. » Puto enim abominandos fornicatores, et pacem cum his damnificam esse reputandam : « Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava [48]. » Atque ut ait David, « Cum sancto sanctus eris, et cum perverso, perverteris [49]. »

Vin' et alios cognoscere, quibuscum colere pacem, noxium est? Audi scribentem ex sanctis discipulis unum : « Si quis ad vos venit, et hanc doctrinam non affert, huic ne ave quidem dixeritis [50]. » Quamnam vero doctrinam dicit, nisi omnino illam, quam ii nobis tradiderunt qui ab initio spectatores fuerunt? Lupis pares sunt hæreticorum duces; quomodo autem pacem servabit cum lupo ovis? Sunt vero illi etiam tenebrosi; nam « Deus hujus sæculi excæcavit infidelium mentes [51]. » Nos autem filii lucis sumus; etenim nos illustravit Spiritus gratia. « Quænam autem communio lucis cum tenebris [52]? » Ergo colamus cum fratribus et fidei sodalibus pacem; cum aliis, habere abnuamus. Constat sane præclaram esse rem pacem; sed haud quævis omnino pax reprehensione caret : imo periculosa sæpe est, et a Dei charitate abalienat. Non

Δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παρεγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ;

(A f. 186, B f. 129, C f. 136) Καίτοι Χριστός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὰς Γραφάς· « Αὐτὸς συνῆψε τοὺς δύο λαοὺς, εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάξας ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν Πατέρα· » αὐτὸς συνῆψε τοῖς ἄνω τὰ κάτω. Πῶς οὖν ἔφη· « Οὐκ ἦλθον εἰρήνην δοῦναι; » Τί φῄς, ὦ Δέσποτα; Οὐκ ἦλθες βαλεῖν εἰρήνην;
B Καίτοι γέγονας ἡμῖν εἰρήνη, κατέλυσας τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, ἠφάνισας τὴν διϊστῶσαν ἡμᾶς ἁμαρτίαν· εὐηγγελίσω τοῖς μακρὰν καὶ τοῖς ἐγγύς· συνῆψας ἀγέλαις ἀγέλας, ταῖς Ἰουδαίων τὰς ἐξ ἐθνῶν· κατειρήνευσας διὰ τοῦ σταυροῦ τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καθὰ γέγραπται· γέγονας ἡμῖν διαλλακτὴς καὶ μεσίτης, καὶ τὴν διὰ μέσου κειμένην ἁμαρτίαν περιελὼν συνῆψας δι' ἑαυτοῦ τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Καὶ τὴν εἰρήνην, ἰδίαν εἶναι ἔφης, εἰπών· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν. » Πῶς οὖν οὐκ ἦλθες βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; πρὸς τίνας ἡμῖν ἡ μάχη; καὶ ὁ τοῦ πολέμου τρόπος, πῶς ἂν γένοιτο παρ' ἡμῶν, ἵνα τὸ ἀνεπίπληκτον [f. ἐπίπληκτον] ἔχοι, καὶ ἀρέσῃ σοι τῷ τὴν εἰρήνην ἰδίαν εἶναι λέγοντι, καὶ ταύτην ἡμῖν δεδωκότι;
C Οὐκοῦν λυέτω τὸ ζητούμενον Παῦλος, φήσας· « Εἴ τις ἀδελφὸς πόρνος, « καὶ τὰ ἑξῆς, » τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. » Δεῖ γὰρ, οἶμαι, παραιτεῖσθαι πόρνους, καὶ τὴν πρὸς τούτους εἰρήνην ζημίας ἡγεῖσθαι πρόξενον· « Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. » Καὶ καθά φησι Δαβίδ· « Μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ, διαστρέψεις.

Βούλει καὶ ἑτέρους ἰδεῖν πρὸς οὓς τὸ ἀσπάζεσθαι τὴν εἰρήνην ἐπιζήμιον; Ἄκουε γράφοντος ἑνὸς τῶν ἁγίων μαθητῶν· « Εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, τούτῳ μηδὲ χαίρειν λέγετε. » Διδαχὴν δὲ ποίαν, ἢ πάντως ἐκείνην ἣν παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται; Λύκοις ἐοίκασι τῶν αἱρέσεων οἱ προεστηκότες· εἶτα πῶς εἰρηνεύσει πρὸς λύκον τὸ πρόβατον; Καὶ σκοτεινοὶ
τοιούτων σκανδάλων ἔφη που πάλιν αὐτὸς ὁ Σωτήρ· «Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἐκ τῶν σκανδάλων· ἀνάγκη γὰρ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται.» Τὰ γὰρ τοιαῦτα σκάνδαλα, διά γε, φημὶ, τῶν ἀνοσίων αἱρετικῶν, οὐ καθ' ἑνὸς ἰδικῶς ἔρχεταί τινος, ἐπιβουλεύει δὲ μᾶλλον τῷ κόσμῳ, τουτέστι, τοῖς ἐν ἁπάσῃ τῇ γῇ. Τοῖς τῶν τοιούτων σκανδάλων εὑρεταῖς ἐπιπλήττει λέγων ὁ μακάριος Παῦλος· «Οὕτως δὲ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν ἀσθενοῦσαν τὴν συνείδησιν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε.» Ἵνα δὲ τὰ τοιαῦτα σκάνδαλα μὴ κατισχύσωσι τῶν πεπιστευκότων, ἔφη που Θεὸς τοῖς τὸν ὀρθὸν τῆς ἀληθείας πρεσβεύουσι λόγον, καὶ εὖ εἰδόσι μυσταγωγεῖν· «Πορεύεσθε διὰ τῶν πυλῶν μου, καὶ ὁδοποιήσατε τῷ λαῷ μου, καὶ τοὺς λίθους ἐκ τῆς ὁδοῦ διαῤῥίψατε.» Πικρὰν δὲ τὴν δίκην ἐπήρτησεν ὁ Σωτὴρ τοῖς τὰ τοιάδε τιθεῖσι σκάνδαλα.

A regula. De hujusmodi scandalis dixit alio loco Servator: «Væ mundo a scandalis! Necesse est enim ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit [66]!» Namque hæc scandala, quæ scilicet ab impiis hæreticis fiunt, haud contra aliquem sigillatim tendunt, sed mundum potius, id est, universæ terræ incolas, nituntur pessumdare. Adversus talium scandalorum auctores invehitur beatus Paulus dicens: «Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis [66].» Ne vero hujusmodi scandala inter credentes prævaleant, ait alicubi Deus his qui rectam veritatis tradunt doctrinam, et docendorum sacrorum periti sunt: «Ite per portas, parate iter populo, et lapides de via B projicite [67].» Acerbam autem pœnam indixit Servator iis qui talia scandala ponunt.

Ἔοικε δέ πως, οὐ τῶν τοιούτων σκανδάλων διαμεμνῆσθαι νῦν, ἐκείνων δὲ μᾶλλον, ἅπερ δὴ συμβαίνει πλειστάκις ἐξ ἀνθρωπίνης μικροψυχίας μεταξὺ φίλων τε καὶ ἀδελφῶν. Ἀποφέρει δὲ ἡμᾶς εἰς τὰς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὑποψίας, ὁ γείτων εὐθὺς καὶ ἐπενηνεγμένος τοῖς πρώτοις λόγος, ὁ περί γε, φημὶ, τοῦ συγγινώσκειν ἀδελφοῖς, εἰ γένοιτό πως αὐτοὺς εἰς ἡμᾶς πλημμελεῖν. Ποῖα τοίνυν τὰ τοιάδε σκάνδαλα; Μικροψυχίαι τάχα που καὶ λῦπαι, δίκαιοί τε καὶ ἄδικοι παροργισμοὶ, λοιδορίαι, καταλαλιαὶ πολλάκις, καὶ τὰ τούτοις ἀδελφὰ καὶ ὁμοειδῆ τῶν πταισμάτων. Ταῦτα, φημὶ, οὐκ ἐνδέχεται μὴ ἐλθεῖν· ἆρ' ὡς ἀναγκαίως ἐπιφέροντος αὐτά τισι τοῦ ἐπὶ πάντας Θεοῦ; Μὴ γένοιτο· φαῦλον γὰρ οὐδὲν παρ' αὐτοῦ, πηγὴ δὲ μᾶλλόν ἐστι πάσης ἀρετῆς. Πῶς οὖν οὐκ ἐνδέχεται μὴ συμβαίνειν αὐτά; Διὰ τὴν ἡμῶν που πάντως ἀσθένειαν (1). «Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες,» κατὰ τὸ γεγραμμένον. Πλὴν οὐαὶ μὲν ἔσεσθαί φησι τῷ τιθέντι τὰ σκάνδαλα· οὐ γὰρ ἀνεπίπληκτον ἐᾷ, συστέλλει δὲ μᾶλλον τῷ φόβῳ τῆς δίκης τὸ ῥᾴθυμον ἐν τούτοις. Ἐπιτάττει γε μὴν ἀνεξικακεῖν τοῖς τιθεῖσιν αὐτά.

Sed enim haud videtur scandalorum horum nunc mentionem facere, sed illorum potius quæ sæpissime ex humani ingenii dissensionibus inter amicos fratresque contingunt. Verumtamen emendat nos in hujusmodi simultatibus, proximus statim et his connexus sermo, qui est de condonando fratribus, si forte aliquando in nos peccaverint. Quæ sunt ergo hæc scandala? dissensiones ferme quædam et simultates, et modo justæ, modo injustæ indignationes, convicia, obtrectationes sæpe, et his cognatæ ac similes offensiones. Hæc, inquam, fieri nequit quin C eveniant. Num quia hæc necessario summus Deus inferat? Minime gentium. Nihil enim ab ipso iniquum accidit, qui est omnis potius virtutis fons. Quomodo igitur fieri non potest quin accidant? Propter nostram scilicet **361** infirmitatem. «In multis enim offendimus omnes,» sicuti scriptum est [68]. Verumtamen væ certe dicit illi fore qui scandala posuerit. Non enim absque increpatione dimittit, sed metu pœnæ potius corripit in his emendandis socordiam. Jubet nihilominus ut scandalorum auctores patienter feramus.

Ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμάρτῃ εἰς σὲ, κ. τ. λ.

V. 4. *Si septies in die peccaverit in te*, etc.

(A f. 230 b, B f. 161 b) Ἐὰν γὰρ ἐπιστρέφῃ, φησὶν, ὁ ἁμαρτὼν εἰς σὲ, καὶ καταγινώσκῃ ἑαυτοῦ, ἀφήσεις αὐτῷ· καὶ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλειστάκις. Οὐ γάρ εἴ τις ἀσθενεῖ καὶ τοῦτο συχνῶς, διὰ τοῦτο ἀφιλαλλήλους ἡμᾶς ὁρᾶσθαι, καὶ ὀλιγώρως ἔχειν εἰς μακροθυμίαν· δεῖ δὲ μᾶλλον ἀπομιμεῖσθαι φιλεῖν τοὺς τῶν ἐν σώματι παθῶν ἰατροὺς, οἳ οὐχ ἅπαξ ἢ δὶς τὸν ἄῤῥωστον θεραπεύουσι, τοσαυτάκις δὲ μᾶλλον, ὁσάκις ἂν αὐτὸν ἀῤῥωστῆσαι συμβῇ. Ἐννοῶμεν γὰρ ὡς καὶ ἡμεῖς ἐσμεν ἐν ἀσθενείαις, καὶ ἡττώμεθα παθῶν· πάσχοντες δὲ τοῦτο, χρηστοὺς καὶ ἀμνησικάκους εἶναι πρὸς ἡμᾶς εὐχόμεθα τοὺς ἐπι-

Si resipuerit, inquit, qui in te peccavit, suamque culpam agnoverit, dimittes ei; neque id semel, D sed sæpissime. Non enim quia aliquis hac sæpe infirmitate laborat, idcirco mutua charitate alienos videri nos oportet, et patientiam omittere: imo vero imitari corporalium morborum medicos debemus, qui non semel et iterum medentur ægro, sed quotiescunque ei ægrotare contigerit. Cogitemus enim, nos pariter infirmos esse, et vinci cupiditatibus; qui cum hæc vitia patimur, clementes et injuriarum obliviosos eos esse cupimus qui ulcisci deberent, et puniendi potestatem habent.

[65] Matth. XVIII, 7. [66] I Cor. VIII, 12. [67] Isa. LXII, 10. [68] Jac. III, 2.

(1) Hinc Tridentinus canon 23, sess. VI: *Si quis dixerit hominem posse devitare in tota vita peccata omnia, etiam venialia, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.*

Oportet itaque ut mutuam infirmitatem considerantes, « Alter alterius onera portemus; sic enim adimplebimus legem Christi [69]. » Porro animadverte, quod apud Matthæum interrogat Petrus dicens : « Quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? » Tunc Dominus coram apostolis ait : « Et si septies in die peccaverit, » id est, sæpe, si toties eum pœnituerit, « eidem ignosces [70]. »

V. 5. *Dixerunt apostoli Domino : Adauge nobis fidem.*

Exhilarat sanctorum animam non temporalium terrestriumque bonorum possessio, sunt enim hæc corruptibilia et caduca, sed illa potius quæ eos qui acceperint sanctos faciunt atque beatos. Sunt autem hæc a Deo data spiritalia munera; inter quæ eximium est fidei donum, sive constantia in fide erga universalem nostrum Servatorem Christum; quam etiam Paulus bonorum nostrorum præcipuum esse agnoscebat. **362** Nam dixit : « Sine fide impossibile est unquam placere (Deo) [71]. » Hac enim se probaverunt prisci homines. Nunc ergo specta quomodo sancti apostoli priscorum sanctorum fiant æmulatores. Quid enim a Christo petunt? « Adauge nobis fidem. » Haud simpliciter fidem postulant, ne incredulos eos existimes, sed augmentum fidei a Christo sibi deposcunt, id est in illa constantiam. Fides alia est in nobis, alia divinæ gratiæ donum est. Est enim in nobis incipere, atque in Deo totis viribus fiduciam collocare eique credere: divinæ autem gratiæ donum est hac in re constantia nostra et firmitas. Ideo cum sint omnia Deo possibilia, cuncta, ait Dominus, potest qui credit: est enim Dei virtus, quæ per fidem nobis ingeritur. Hoc sciens etiam beatus Paulus, in prima ad Corinthios ait: « Alii per Spiritum datur sermo sapientiæ : alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum : alii fides in eodem Spiritu [72]. » Vident ut in spiritalium donorum catalogo posuit et fidem? Hanc a Servatore ut acciperent discipuli rogabant, suam tamen simul inferentes: atque eam reapse illis contulit Christus post absolutum dispensationis opus, per sancti Spiritus adventum. Ante resurrectionem enim, tam segnis erat in ipsis fides, ut modicæ interdum fidei culpam sustinerent.

A πλήττειν ὀφείλοντας, καὶ τὴν τοῦ χρῆναι κολάζειν ἔχοντας ἐξουσίαν. Δεῖ δὴ οὖν ἄρα τῶν ἀλλήλων ἀσθενείαις συγκαθισταμένους, « ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζειν· ἀναπληρώσομεν γὰρ οὕτω τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. » Ἐπιτήρησον δὲ ὡς ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον πυνθάνεται ὁ Πέτρος καί φησι· « Ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ; » Ἐνταῦθα δὲ ὁ Κύριος πρὸς τοὺς ἀποστόλους, ὅτι « Κἂν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμάρτῃ, » τουτέστι πολλάκις, καὶ τοσαυτάκις καταγνῷ ἑαυτοῦ, « ἀφήσεις αὐτῷ. »

Εἶπον οἱ ἀπόστολοι τῷ Κυρίῳ· Πρόσθες ἡμῖν πίστιν.

(A f. 231) Εὐφραίνει πάντων ἁγίων ψυχὴν, οὐ τῶν προσκαίρων καὶ ἐπιγείων ἡ κτῆσις, φθαρτὰ γὰρ ταῦτα καὶ εὐαπόβλητα, ἐκεῖνα δὲ μᾶλλον ἃ τοὺς B λαβόντας, σεπτοὺς ἀποφαίνει καὶ μακαρίους. Ταῦτα δέ εἰσι τὰ θεόσδοτα καὶ πνευματικὰ χαρίσματα δηλονότι· ὧν ἕν ἐστι καὶ ἐξαίρετον, ἡ πίστις, ἤτοι τὸ βεβηκὸς εἰς πίστιν τὴν ἐπί γε τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ· ἣν δὴ καὶ ὁ Παῦλος οἶδεν οὖσαν κεφάλαιον τῶν ἐν ἡμῖν ἀγαθῶν· ἔφη γοῦν, ὅτι « Χωρὶς πίστεως, ἀδύνατον εὐαρεστῆσαί ποτε. » Ἐν ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. Ἄθρει δὴ οὖν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, τῶν ἀρχαιοτέρων ἁγίων ζηλωτὰς γεγονότας· τί γὰρ αἰτοῦσι παρὰ Χριστοῦ; « Πρόσθες ἡμῖν πίστιν. » Οὐκ αἰτοῦσι πίστιν ἁπλῶς, ἵνα μὴ ἀπίστους νομίσῃς αὐτοὺς, προσθήκην δὲ μᾶλλον πίστεως αἰτοῦσι παρὰ Χριστοῦ, τουτέστι τὴν εἰς τοῦτο βεβαίωσιν· τῆς γὰρ πίστεως, ἡ μέν ἐστιν ἐφ' ἡμῖν, ἡ δὲ κατὰ τὴν θείαν δίδοται χάριν. C Ἐφ' ἡμῖν μὲν γάρ ἐστι, τὸ προκατάρξεσθαι (1), καὶ τὴν εἰς αὐτὸν ὅλῃ δυνάμει ἔχειν πεποίθησίν τε καὶ πίστιν· θείας δὲ χάριτος, ἡ εἰς τοῦτο βεβαίωσις καὶ ἰσχύς. Διὸ καὶ ἐπείπερ πάντα Θεῷ δυνατὰ, πάντα φησὶν ὁ Κύριος δύναται τῷ πιστεύοντι· Θεοῦ γὰρ ἡ δύναμις, ἡ διὰ τῆς πίστεως ἡμῖν παραγινομένη. Τοῦτο εἰδὼς καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ φησίν· « Ὧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. » Ὁρᾷς ὡς ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ἔθηκε καὶ τὴν πίστιν; Ταύτην παρεκάλουν λαβεῖν παρὰ τοῦ Σωτῆρος οἱ μαθηταὶ, τὴν παρ' ἑαυτῶν εἰσαγαγόντες, ἣν καὶ D δέδωκεν αὐτοῖς μετὰ τὴν τῆς οἰκονομίας ἐκπλήρωσιν, διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος· πρὸ γὰρ τῆς ἀναστάσεως οὕτω ἦν ἑδραία ἡ παρ' αὐτοῖς πίστις, ὡς καὶ ὀλιγοπιστίας αὐτοὺς ἐγκλήμασιν ὑποφέρεσθαι.

Nimirum navigabat aliquando cum sanctis apostolis omnium Servator stagnum seu mare Tiberiadis, atque ipsum dispensatoria ratione somnum

Ἀμέλει συνέπλει ποτὲ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ τὴν Τιβεριάδα λίμνην ἤτοι θάλασσαν, καὶ εἰσεδέχετο μὲν αὐτὸς οἰκονομικῶς τὸν

[69] Galat. v, 2. [70] Matth. xviii, 21, 22. [71] Hebr. xi, 6. [72] I Cor. xii, 8.

(1) Forte legendum προκατάρξασθαι. Non ad perseverandum tantummodo, verum etiam ad bona opera suscipienda necessariam divinam gratiam dicit Cyrillus comm. Ep. ad Rom. vii, 2, manifestius vero ad vers. 28 capitis viii : Ἅπασα μὲν ἔφεσις πρὸς δικαιοσύνην ἡμᾶς ἀποφέρουσα, γένοιτ' ἂν ἐν ἡμῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· *Omnis impulsus qui ad justitiam nos defert, fit a Deo Patre.* Denique idem Cyrillus in fragmentis Commentarii ad Matth. cap. iv, 12, ait : *Mox ut demonstret quod non ipsi quærendo invenerint, sed Deus eisdem superne se obtulerit, ipsa lux oborta est, ait, ac splenduit, non ipsi priores ad lucem accesserunt.* Adhuc in comm. ad ps. iii, 6 : *neque ad pœnitentiam excitatus essem, nisi Dominus me suscepisset.*

ὕπνον· πνεύματος δὲ λαύρου διαχυχῶντος τὸ ῥόθιον, καὶ σκληρὸν κατὰ τοῦ σκάφους ἐγείροντος κῦμα, τεθορύβηνται λίαν· ὥστε καὶ ἀφυπνίσαι τὸν Κύριον, λέγοντες· « Ἐπιστάτα, σῶσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα. » Ὁ διεγερθεὶς, φησὶν, ἐπετίμησε τῷ κλύδωνι, καὶ τὴν τοῦ χειμῶνος ἀγριότητα μετέστησεν εἰς εὐδίαν. Ἐπητιᾶτο δὲ λίαν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, λέγων· « Ποῦ ἡ πίστις ὑμῶν; » Οὐ γὰρ ἔδει θορυβεῖσθαι κατά τι γοῦν ὅλως, συνόντος αὐτοῖς τοῦ πάντων Δεσπότου, ὃν πάντα τὰ ἔργα τρέμει καὶ σείεται· εἰ δὲ χρή τι καὶ ἕτερον παρενεγκεῖν τῷ πρώτῳ προσεοικὸς, ἐρῶ δὴ πάλιν. Ἐκέλευσε τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις εἰσβῆναι μὲν εἰς τὸ σκάφος, προάγειν δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης· οἱ δὲ ἀμελητὶ τοῦτο δεδράκασι. Ἐληλακότες δὲ σταδίους ὡσεὶ τριάκοντα, φησὶν, ὁρῶσι τὸν Ἰησοῦν περιπατοῦντα ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ γεγόνασι περιδεεῖς, φάσμα τι νομίσαντες εἶναι τὸ ὁρώμενον. Εἶτα προσπεφώνηκεν αὐτοῖς λέγων· « Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε. » Ἔφη δὲ ὁ Πέτρος· « Εἰ σὺ εἶ, κέλευσόν με εἰσελθεῖν πρὸς σὲ ἐπὶ τοῦ ὕδατος. » Ὁ δὲ εἶπεν· « Ἐλθέ. » Καὶ καταπηδήσας τοῦ σκάφους, ἤρξατο τοῦ βαδίζειν· ὡς δὲ εἶδε, φησὶ, τὸν ἄνεμον καὶ τὸ κῦμα, ἐφοβήθη· ἀρξάμενος δὲ βαπτίζεσθαι, ἐφώνησε· « Κύριε, βοήθει μοι. » Ὁ δὲ σέσωκε μὲν κινδυνεύοντα, ᾐτιᾶτο δὲ πάλιν λέγων· « Ὀλιγόπιστε, εἰς τί ἐδίστασας; » Ὅτι δὲ κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, τῆς τῶν στρατιωτῶν σπείρας, καὶ τῶν ἀνοσίων ὑπηρετῶν ἐλθόντων συλλαβέσθαι τὸν Ἰησοῦν, πάντες ἀφέντες αὐτὸν ἔφυγον, ἠρνήσατο δὲ καὶ ὁ Πέτρος παιδίσκης μιᾶς θορυβούσης αὐτὸν, οὐκ ἀσυμφανές.

Εἶδες ὀλιγοπίστους ἔτι τοὺς μαθητάς· θαύμασον αὐτοὺς προσθήκην λαβόντας πίστεως παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ. « Παρήγγειλεν αὐτοῖς ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, περιμένειν δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἄχρις ἂν ἐνδύσωνται δύναμιν ἐξ ὕψους. » Ἐπειδὴ δὲ γλωσσῶν ἐν εἴδει πυρίνων καταπεφοίτηκεν ἐπ' αὐτοὺς ἡ ἐξ ὕψους δύναμις, τουτέστιν ἡ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις, τότε δὴ, τότε γεγόνασιν εὔτολμοι καὶ νεανικοὶ καὶ τῷ πνεύματι ζέοντες· ὥστε καὶ θανάτου καταφρονεῖν, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι τὰ ἐπιόντα δεινὰ παρὰ τῶν ἀπίστων, καὶ σημείων δὲ τηνικαῦτα γεγόνασιν ἀποτελεσταί. Ὅτι δὲ μέγα καὶ ἐξαίρετον τὸ ἀραρὸς ἐν πίστει, διαδείκνυσι λέγων ὁ Κύριος· « Εἰ ἔχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως, » τουτέστι θερμήν τε καὶ ζέουσαν (C f. 143 b), « ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ, Ἐκριζώθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὑπήκουσεν ἂν ὑμῖν· » ὁ γὰρ ἐπὶ Χριστῷ πεποιθὼς, οὐχ ἰδίᾳ δυνάμει θαῤῥεῖ, ἀπονέμει δὲ μᾶλλον τὸ πάντα δύνασθαι κατορθοῦν αὐτῷ. Ἔστιν οὖν ὁμολογουμένως παρ' αὐτοῦ τελείωσις ἁπάντων ἐν ψυχαῖς ἀγαθῶν· δεῖ δὲ ὅμως ἑαυτοὺς παρασκευάσαι, δεκτικοὺς γίνεσθαι τῆς τοιαύτης χάριτος· εἰ γὰρ τὸ πεπηγὸς αὐτῷ, καὶ κατὰ γῆς ἐῤῥιζωμένον μετακινεῖ ἡ τῆς πίστεως δύναμις, καθ' ὅλου φαίη τις ἂν, μηδὲν ἀκίνητον εἶναι οὕτως ὃ μὴ σαλεύσειεν ἡ πίστις, εἰ μετακινήσεως αὐτοῦ δεηθείη.

A corripuerat: vehementiore autem vento undas commovente, sævosque adversus naviculam fluctus propellente, magnopere expaverunt; ita ut Dominum somno excitarint, dicentes: « Magister, **363** salva nos, perimus. » Ille vero evigilans, inquit Scriptura, imperavit fluctibus, et sævientem procellam sudo commutavit. Increpuitque magnopere apostolos sanctos, dicens: « Ubi vestra fides [73]? » Reapse enim nihil erat omnino pertimescendum, præsente ipsis universali Domino, quem creaturæ omnes timent ac perhorrescunt. Quod si et res gesta alia priori similis adjungenda est, non recusabo. Jusserat sanctos apostolos conscendere naviculam et trans fretum præcedere; hique confestim ita fecerant. Progressi autem stadia ferme triginta, Jesum
B animadvertunt ambulantem in mari, et expaverunt vehementer, phantasma aliquod se putantes videre. Tunc illos allocutus est, dicens: « Ego sum, nolite timere. » Tum Petrus: « Si tu es, inquit, jube me venire ad te super aquam. » Cui ille, « Veni, » dixit. Et hic descendens de navicula, cœpit incedere. Videns vero ventum ac fluctus, timuit; et cum mergi cœpisset, clamavit: « Domine, salvum me fac. » Ille periclitantem quidem salvavit, sed simul objurgavit dicens: « Modicæ fidei, quare dubitasti [74]? » Jamvero quod etiam passionis tempore, militum legione impiisque satellitibus Jesum capientibus, omnes, eo derelicto, fugerint, Petrusque cum negaverit unius ancillæ metu turbatus,
C non est ambiguum.

Vidisti modicam discipulorum fidem; nunc eos admirare fidei incrementum a communi nostro Servatore accipientes. « Præcepit ipsis abs Hierosolymis ne discederent, sed exspectarent Patris promissionem, donec virtute ex alto induerentur [75]. » Postquam vero sub ignearum linguarum specie virtus ex alto venit, id est sancti Spiritus gratia, tunc demum audaces effecti sunt, viriles, spirituque ferventes; adeo ut mortem etiam contemnerent, et illatos ab incredulis terrores flocci facerent; et prodigiorum etiam fierent operatores. Jam quod magna res sit constantia in fide, declarat Dominus dicens: « Si fidem grano sinapis **364** parem haberetis, » id est calidam ac ferventem, « diceretis
D huic sycomoro, Eradicare hinc in mare, et vobis obtemperaret. » Nam qui Christo confidit, propriis viribus non audet, sed omnia accepta refert ei a quo sua omnia bene queunt constitui. Sine dubio itaque cuncta in animabus bona Christus perficit. Sed tamen opus est nosmet comparemus, ut hujusmodi gratiæ capaces simus. Nam si, quod a Deo plantatum fuit firmisque radicibus terræ defixum, virtus fidei commovet, prorsus quisque dicet nihil sic esse immobile quod fides non queat subruere, si certe illud dimoveri necesse sit. Quamobrem et tellus apostolis orantibus mota fuit, ut in illorum

[73] Matth. VIII, 23-27. [74] Matth. XIV, 22-31; Joan. VI, 19 seqq. [75] Act. I, 4.

Actibus narratur [76]. Constat etiam e contrario fidem res commotas sistere, veluti fluvialis agminis celerrimum impetum [77], et discurrentium in cœlo siderum iter incessabile. Sed tamen illud sedulo observandum est, Deum non solere vanum stuporem, neque inutilem admirationem excitare; nam procul hæc sunt divina substantia, quia nec fastosa est nec pompatica, sed omnia ad veritatem utilitatemque et salutem hominum revocat. Hæc autem aio, ne quisquam a sacra fide divinaque virtute exigat elementorum puta commotiones, aut montium vel arborum translationes: neque fiat irreligiosus, quasi hæc mendax oratio fuerit, nisi ita evenerit; neque fidei infirmitati tribuat, quasi hæc efficere non potuerit. Sit modo aliquid opportunum, et veram spectans utilitatem; tunc sane vis non deerit.

V. 7. *Quis vestrum habens servum arantem aut pascentem?*

In superioribus longum fecit Dominus sermonem ut demonstraret probitatis viam, et inculpatæ vitæ præ oculis gloriam exponeret; ut ita nos gerentes, quodlibet opus optimum alacriter aggredientes, ad supernæ vocationis præmium perveniamus [79]. Attamen natura comparatum est, ut mens humana ad vanæ gloriæ cupiditatem semper rapiatur, atque hoc morbi genere **365** perquam facile laboret. Causa mali sæpe est, quod optimis interdum actibus promeruisse se Deum existimat. Est vero hoc pessimum Deoque maxime invisum vitium. Namque in hanc usque opinionem exitiosus serpens nonnullos pertrahit, ut ferme existiment deberi sibi a Deo superna præmia postquam puram probatamque vitam exegerint. Ut pravis hujusmodi nos arceat perturbationibus, exempli causa, prædictarum lectionum tenorem proponit. Quippe his verbis docet, herilis potestatis hanc esse propriam conditionem, ut semper ceu sibi debitum exigat servorum obsequium. Non enim gratiam, inquit, habebit herus famulo, etiamsi hic omnia quæ servile decent officium præstiterit.

Hic mecum observa, etiam discipulos, imo omnes qui sceptro subsunt communis nostri Servatoris Christi, ad laboris studium exacui; neque tamen ceu gratiam ei famulitium exhibendum, sed tanquam debito famulorum officio eidem esse obsequendum. Sic etiam exstinguitur maledictus vanæ gloriæ morbus. Nam si debita facis, cur superbia tumes? non considerans, quod non facienti quod debes, periculum imminet; facienti, nulla per se gratia debetur. Quod probe intelligens sciensque mirabilis servus Paulus: « Si evangelizavero, inquit, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi, si non evangelizavero [80]. »

A Ἐσείετο οὖν ἡ γῆ τῶν ἀποστόλων εὐχομένων, ὡς αἱ τῶν ἀποστόλων Πράξεις ἱστορήκασι. Δῆλον ὡς καὶ τοὐναντίον ἵστησι πίστις τὰ σαλευόμενα, οἷον καὶ ποταμίου ῥεύματος ὀξυτάτην φυράν, καὶ δρόμον ἄπαυστον τῶν ἐν οὐρανῷ κινουμένων φωστήρων. — (B f. 162 b) Ἐκείνῳ μέντοι προσεκτέον ἀσφαλῶς, ὡς οὐ κενὴν ἔκπληξιν, οὐδὲ μάταιον θαῦμα κινεῖ ὁ Θεός, ἀλλὰ πόῤῥω ταῦτα τῆς θείας οὐσίας, τῆς ἀτύφου καὶ ἀκομπάστου καὶ πάντως ἀληθινῆς, πρὸς ὠφέλειαν δὲ πάντως καὶ σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ταῦτα δὲ λέγω πρὸς τὸ μηδένα ζητεῖν περὶ τῆς θείας δυνάμεως ἀνωφελεῖς εἰ τύχῃ κινήσεις στοιχείων, ἢ μεταθέσεις ὀρῶν ἢ φυτῶν· μηδὲ ἀσεβεῖν, ὡς τοῦ λόγου ψευδοῦς ὄντος εἰ μὴ ταῦτα οὕτως γένοιτο· μηδ' αὖ περὶ τὴν πίστιν ἀσθένειαν νομίζειν B εἰ μὴ ταῦτα ἰσχύει· ἀλλ' ἔστω τὸ χρήσιμον τὸ πρὸς ὠφέλειαν ἀληθινήν, καὶ ἡ δύναμις οὐκ ἀπολείψεται.

Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα;

(A f. 231 b, C f. 143 b) Ἐν τοῖς ἤδη παρῳχηκόσι πολὺς αὐτῷ καὶ μακρὸς συμπεπέρασται λόγος, τὰς τῆς εὐδοκιμήσεως καταδεικνύντι τρίβους, καὶ τῆς ἀνεπιπλήκτου ζωῆς ἐμφανίζοντι τὰ αὐχήματα· ἵνα δι' αὐτῶν ἐρχόμενοι, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν τεθαυμασμένων ἐπὶ πολλῇ προθυμίᾳ βαδίζοντες, εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως καταντήσωμεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πέφυκέ πως ἀεὶ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς καταφέρεσθαι εἰς φιλοδοξίαν, καὶ τὴν εἰς τοῦτο ῥοπὴν ἑτοιμότατα νοσεῖν· ἀφορμὴ δὲ τοῦ πάθους αὐτῷ γίνεται C πολλάκις τὸ ἐπί τισι τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων εὐδοκιμῆσαι παρὰ Θεῷ· παγχάλεπον δὲ τοῦτο καὶ Θεῷ κατεστυγημένον· καταφέρει γὰρ εἰς τοῦτο γνώμης ἔσθ' ὅτε τινὰς ὁ ἀρχέκακος δράκων, ὡς οἴεσθαι τάχα που, καὶ ὀφείλειν αὐτοῖς τὸν Θεὸν τὰς ἀνωτάτω τιμάς, ὅταν εὐκλεᾶ καὶ εὐδόκιμον ἔχωσι τὴν ζωήν· ἵνα τῶν τοιούτων ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ παθῶν, ὡς ἐν τάξει παραδείγματος τῶν προκειμένων ἀναγνωσμάτων τὴν δύναμιν ποιεῖται. Διδάσκει γὰρ διὰ τούτων, ὅτι τῆς δεσποτικῆς ἐξουσίας ἡ δύναμις, ὡς ὄφλημα πανταχοῦ παρὰ τῶν οἰκετῶν ζητεῖ τὴν ὑποταγήν. Οὐ γὰρ χάριν, φησίν, ὁμολογήσει ὁ δεσπότης τῷ οἰκέτῃ, κἂν εἰ γένοιτο παρ' αὐτοῦ πᾶν ὅπερ ἔδει γενέσθαι, κατά γε τὸ τῆς δουλείας πρέπον.

D Ἐνταῦθά μοι βλέπε καὶ εἰς φιλεργίαν ἀκονωμένους τοὺς μαθητάς, ἤγουν ἅπαντας τοὺς ὑπὸ σκῆπτρα κειμένους τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ οὐχ ὡς χάριν νέμοντας αὐτῷ τὴν δουλείαν, ἀλλ' ὡς ὄφλημα κατατιθέντας τὸ πρέπον οἰκέταις, τὴν ὑποταγήν· ἀναιρεῖται δὲ διὰ τούτου, καὶ τῆς ἐπαράτου φιλοδοξίας ἡ νόσος· εἰ γὰρ ὀφειλόμενα ποιεῖς, τί μέγα φρονεῖς; οὐχ ὁρῶν ὡς μὴ πληρώσαντι μὲν τὸ ὀφειλόμενον, κίνδυνος· πληροῦντι δέ, χάρις οὐδεμία. Ὅπερ καλῶς συνεὶς καὶ μεμαθηκὼς ὁ θαυμάσιος οἰκέτης Παῦλος· « Ἐὰν εὐαγγελίζωμαι, φησίν, οὐκ ἔστι μοι καύχημα· ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται. Οὐαὶ δέ μοι, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. » Καὶ πάλιν· « Ὀφει-

[76] Act. IV, 31. [77] Josue III, 16. [78] Josue X, 13. [79] Philipp. III, 14. [80] I Cor. IX, 16.

λίτης εἰμί, φησί, τοῦ κηρύγματος τῆς διδασκαλίας, Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις.» Εἰ γέγονας τοίνυν εὐδόκιμος, καὶ τὰς θείας τετήρηκας ἐντολάς, καὶ ὑπήκουσας τοῦ Δεσπότου, μὴ ἀπαίτει Θεὸν ὡς ὄφλημα τὰς τιμάς, πρόσιθι δὲ μᾶλλον τὰ ἐκ φιλοτιμίας αἰτῶν· ἐννόησον ὅτι οἱ καθ' ἡμᾶς δεσπόται οὐχ ὁμολογοῦσι χάριν, ὅταν τινὲς τῶν οἰκετῶν τὴν τεταγμένην αὐτοῖς ἀποπεραίνωσι θεραπείαν, ἐκ φιλοτιμίας δὲ πολλάκις τὰς τῶν γνησίων εὐνοίας ἀνακτώμενοι, ἁδροτέραν αὐτοῖς τὴν προθυμίαν τίκτουσιν. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἀπαιτεῖ μὲν ἡμᾶς τὴν δουλείαν, λόγῳ τῆς δεσποτείας χρώμενος· ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς καὶ φιλότιμος, καὶ γέρα τοῖς κάμνουσιν ἐπαγγέλλεται· ὑπερνήχεται δὲ τοὺς ἱδρῶτας τῶν ὑποζευγμένων, τῆς φιλοτιμίας τὸ μέγεθος. Καὶ πιστώσεται γράφων Παῦλος· «Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.» Καὶ οἰκέτας ὄντας, υἱοὺς ὀνομάζει, καὶ τῇ πρεπούσῃ τέκνοις τιμῇ στεφανοῖ. Ὅρα δὲ ὅτι πρῶτον τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἀρόσαντα, οὕτω χρὴ ἀλλήλους ποιμαίνειν. «Ὅς γὰρ οἰκίας καλῶς οὐκ οἶδε προστῆναι, πῶς Ἐκκλησίας ἐπιμεληθήσεται;»

Ἀπήντησαν αὐτῷ δέκα λεπροὶ ἄνδρες.

(A f. 232, C f. 143 b) Πάλιν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐμφανῆ καθίστησιν ὁ Σωτήρ, καὶ διὰ τῆς θεοπρεποῦς μεγαλουργίας ἔρχεται σαγηνεύων εἰς πίστιν τὸν ἀκάρδιον Ἰσραήλ. Ἀλλ' ἦν καὶ οὗτος σκληρός τε καὶ ἀπειθής. Εἶτα, ποῖος αὐτοῖς ἐπικουρήσει λόγος ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν οὐκ ἀνασχομένοις λαβεῖν; καὶ μάλιστα, ὅτι αὐτήκοοι γεγόνασι τῶν παρ' αὐτοῦ λόγων, καὶ θεωροὶ τῶν παραδόξων καὶ ὑπὲρ λόγον ἐνεργημάτων. Καὶ γοῦν ἔφη περὶ αὐτῶν· «Εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον.» Καὶ πάλιν· «Εἰ μὴ τὰ ἔργα ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος ἐποίησεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον, νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν Πατέρα μου.» Ἀπόδειξις ἔσται σαφὴς ὧν ἔφην ἀρτίως, ἡ τῶν λεπρῶν διακάθαρσις. Οὗτοι γὰρ πόλεών τε καὶ κωμῶν ἀπελαυνόμενοι ὡς ἀκάθαρτοι, κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον. — (A f. 232 b) Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς, ὡς οἶμαι, προείρηται (1)· οἵ γε μὴν λεπροὶ ὑπαντήσαντες τῷ Σωτῆρι, ἐλιπάρουν ἀπαλλάττεσθαι τοῦ κακοῦ, ἐπιστάτην (2) ὠνόμαζον, τουτέστι διδάσκαλον. — (A f. 232 b) Οὐχ ἠλέει τις αὐτοὺς παθόντας τὴν νόσον· ὁ δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὀφθεὶς ἐπὶ γῆς, καὶ γενόμενος ἄνθρωπος ἵνα πάντας ἐλεήσῃ, αὐτὸς ἐσπλαγχνίσθη καὶ ᾤκτειρεν.

Εἶπεν αὐτοῖς· Πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι.

(A f. 232 b, C f. 143 b) Καὶ διὰ τί μὴ μᾶλλον ἔφη· Θέλω, καθαρίσθητε, καθὰ καὶ ἐφ' ἑτέρου λεπροῦ, προστέταχε δὲ μᾶλλον ἑαυτοὺς ἐπιδεῖξαι τοῖς ἱερεῦσι; Νόμος ἐκάλει πρὸς τοῦτο πάλιν τοὺς τῆς λέπρας

Et rursus: «Debitor sum prædicandi doctrinam Græcis ac barbaris, sapientibus et insipientibus [61].» Si ergo probus fuisti, et divina observasti præcepta, ac Domino morem gessisti, ne postules a Deo tanquam rem debitam præmia; ora potius, benignitatem ejus expostulans. Tecum reputa, heros inter homines haud gratiam habere, quoties aliqui servorum imperatum ipsis præstiterint famulitium, sed expromendo erga fideles famulos liberalitatem, sæpe horum benevolentiam captare, majoremque eisdem alacritatem **366** injicere. Sic et Deus exigit quidem a nobis famulatum jure dominatus sui; quia tamen bonus est atque liberalis, præmium quoque laborantibus spondet. Valde vero superstat subjectorum sudoribus magnitudo liberalitatis. Testis adest Paulus: «Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis [62].» Cumque servi simus, filios nos appellat, et congruo filiis honore coronat. Et animadverte, quod propriam antea carnem quisque curans, sic et alios deinde pascere debeat. «Nam qui bene domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ diligentiam habebit [63]?»

V. 12. *Occurrerunt ei decem viri leprosi.*

Rursus nobis gloriam suam palam facit Servator, et per Deo digna miracula pergit in sagenam fidei pertrahere vecordem Israelem. Cæteroqui durus hic erat et incredulus. Proinde, quænam ei proderit in die judicii excusatio, quod salutem per Christum consequi noluerit? Præsertim cum auditores sermonum ejus, et insperatorum ineffabiliumque operum spectatores fuerint Isrealitæ. Unde et de illis aiebat: «Si non venissem neque eis locutus essem, peccatum non haberent [64].» Et iterum: «Nisi opera apud eos fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc et viderunt, et me nihilominus Patremque meum oderunt [65].» Quæ ego modo dixi, ea comprobabit leprosorum sanatio. Hi quippe urbibus pagisque, Moysis lege, utpote immundi excludebantur. — Hæc satis, ut puto, præfati sumus. Leprosi itaque Servatori occurrentes, liberari se morbo suo postulabant, epistatam appellantes, id est magistrum. — Nemo eos morbo laborantes miserabatur; sed is qui ob hanc ipsam causam in terra apparuerat, factusque homo erat ut omnium misereretur, hic, inquam, charitatis affectu compassus est.

V. 14. **367** *Dixit eis: Ite, ostendite vos sacerdotibus.*

Cur vero non potius dixit: Volo, mundamini, sicut fecit alii leproso [66], sed jubere maluit ut se ostenderent sacerdotibus? Lex ad id invitabat lepra sanatos, jubens sistere se sacerdotibus, et sacrifi-

[61] Rom. I, 14. [62] Rom. VIII, 18. [63] I Tim. III, 5. [64] Joan. XV, 22. [65] Ibid. 24. [66] Luc. V, 13.

(1) Multa ex hac prælocutione Cyrilli periisse videntur.

(2) Sic Lucas etiam cap. V, 5, VIII, 24, IX, 33, 49. Cæteri evangelistæ dicunt ῥαββί.

cium offerre propter purgationem [87]. Tanquam igitur jam sanatos proficisci jubet, et quodammodo testari sacerdotibus, sive Judæorum principibus, Domini semper gloriæ invidentibus, se præter spem ac mirabiliter ea miseria liberatos, valetudinem ipsis largiente Christo. Neque tamen ille antea sanavit, sed ad sacerdotes misit, tempus quo sacerdotes indicia lepræ noverant, et quandonam ea curata fuisset. Misit, inquam, ad sacerdotes, simulque comitem misit sanitatem. De his quidem, et de lege circa lepram, et quænam ejus purgandæ jura, et quid unumquodque præscriptum exigeret, plenius nos initio miraculorum Servatoris apud Lucam, ubi leprosus sanatus fuit disseruimus. Illuc igitur amandatis hujus rei studiosis, ad reliqua progrediamur. Et novem quidem, utpote Judæi, ingratæ oblivioni rem tradentes, ad gloriam Deo retribuendam non sunt regressi; ex quo Israelem duro corde et immemore præditum demonstrat. Alienigena vero, id est, Samaritanus, dictus videlicet alienigena quia de Assyria stirpem ducebat (non enim temere dicit, per mediam Samariam et Galilæam), reversus est magna voce Deum glorificans. Ostendit itaque Samaritanos benevolos, Judæos autem etiamsi beneficiis affectos, ingratum animum præ se ferre.

A ἀπηλλαγμένους· ἐκέλευε γὰρ ἑαυτοὺς ἐπιδεικνύειν τοῖς ἱερεῦσιν, καὶ θυσίαν προσάγειν ὑπὲρ τοῦ καθαρισμοῦ. Ὡς οὖν ἤδη τεθεραπευμένους βαδίζειν ἐκέλευσε, καὶ τρόπον τινὰ διαμαρτύρασθαι τοὺς ἱερέας, ἤτοι τοὺς Ἰουδαίων καθηγητάς, τοὺς ἀεὶ βασκαίνοντας αὐτοῦ τῇ δόξῃ, ὅτι παρ' ἐλπίδα καὶ παραδόξως ἀπηλλάγησαν τοῦ κακοῦ, κατανεύσαντος αὐτοῖς τὴν ἴασιν τοῦ Χριστοῦ. Οὐκ ἐθεράπευσε πρῶτον, ἀλλ' ἔπεμψε πρὸς τοὺς ἱερέας, ἐπειδὴ οἱ ἱερεῖς τὰ τεκμήρια ᾔδεισαν τῆς λέπρας, καὶ τοῦ πότε θεραπεύεται· ἔπεμψε πρὸς τοὺς ἱερέας, συνέπεμψε αὐτοῖς καὶ τὴν θεραπείαν. Περὶ τούτων μέντοι καὶ τίς ὁ νόμος τῆς λέπρας, καὶ τίνα τὰ ὑπὲρ τοῦ καθαρισμοῦ, καὶ τί ἕκαστον τῶν νενομοθετημένων ἐβούλετο, ἐντελέστερον ἐν ἀρχῇ τῶν παρὰ τῷ Λουκᾷ θαυμάτων τοῦ Σωτῆρος, B ἔνθα ὁ λεπρὸς τεθεράπευται, διεξήλθομεν (1). Κἀκεῖσε παραπέμψαντες τοὺς φιλομαθεῖς, ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἴωμεν. Καὶ (2) οἱ μὲν ἐννέα, ἅτε Ἰουδαῖοι ὄντες, εἰς ἀχάριστον λήθην ἐμπεσόντες, οὐχ ὑπέστρεψαν δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ· ὅθεν σκληροκάρδιον καὶ ἀμνήμονα παντελῶς δεικνύει τὸν Ἰσραήλ. Ὁ δὲ ἀλλογενής, τουτέστιν, ὁ Σαμαρείτης, διὰ τὸ ἐξ Ἀσσυρίας κατάγειν τὸ γένος ἀλλογενής (οὐ γὰρ μάτην λέγει, ἐν μέσῳ τῆς Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας), ὑπέστρεψε μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξάζειν τὸν Θεόν· δεικνύει οὖν ὅτι Σαμαρεῖται εὐγνώμονες, Ἰουδαῖοι δὲ καὶ εὐεργετούμενοι ἀχαριστοῦσιν.

V. 20. *Interrogatus autem a Pharisæis, quando venit regnum Dei?*

Quod suo tempore venturus esset in specie nostra Dominus, prædixerant prophetæ, **368** et reapse peractum fuit. Apparuit enim terræ incolis, servi forma suscepta, nihilo tamen minus naturalem suum dominatum retinens, potestatemque et gloriam Deo convenientem. Talem quippe eum nobis exhibet patratorum operum claritas. Sed non credidisti illi, Pharisæe insipiens, justificationem ab eo non recepisti. Cur ergo interrogas, quando venit regnum Dei? Deridet is tam venerandum vereque admirabile mysterium. Nam quia communis Servator in cunctis ad vulgus sermonibus regnum Dei semper memorabat, idcirco jocantur miseri: vel etiam fortasse cogitantes, fore ut ipsorum malitia circumventus, necem in ligno perferat, ironice aiunt: « Quando venit regnum Dei? » Quasi dicant: Pro eo, de quo loqueris, regno Dei, crux te ac supplicium excipiet. Quid ergo ad hæc Christus? Ostendit denuo patientiam suam, et incomparabilem erga homines charitatem. Maledictus, non vicissim maledicebat; patiens, non comminabatur [88]. Quapropter præcise quidem non reprehendit, sed tamen utpote improbos, responso suo ad interrogata

Ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Φαρισαίων, πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

C (A f. 232 b, B f. 164, C f. 144) Ὅτι ἥξει κατὰ καιροὺς ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς ὁ Κύριος, προεκήρυττον οἱ προφῆται, καὶ τετέλεσται· ἐπέφανε γὰρ τοῖς ἐπὶ γῆς, μορφὴν δούλου λαβών, ὢν δὲ καὶ οὕτως ἐν κυριότητι φυσικῇ, καὶ ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ. Τοιοῦτον γὰρ ἡμῖν αὐτὸν ἡ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔδειξε λαμπρότης. Ἀλλ' οὐ πεπίστευκας εἰς αὐτόν, ἀσύνετε Φαρισαῖε, οὐ παραδέξω τὴν παρ' αὐτοῦ δικαίωσιν. Εἶτα πῶς ἐρωτᾷς πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ; Διαγελᾷ τοιγαροῦν τὸ σεπτὸν οὕτω καὶ ἀξιάγαστον ἀληθῶς μυστήριον. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ ἐν τοῖς πρὸς ἅπαντας λόγοις, διεμέμνητο πανταχοῦ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, διὰ τοῦτο καταμειδιῶνται οἱ τάλανες· ἢ τάχα που καὶ εἰς νοῦν ἔχοντες ὅτι τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον ὑπομενεῖ, ταῖς αὐτῶν D δυστροπίαις σεσαγηνευμένος εἰς τοῦτο, κατειρωνεύονται καί φασι· « Πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ; » ἀντὶ τοῦ, Πρὸ τῆς παρὰ σοῦ λαλουμένης βασιλείας, σταυρός σε καὶ θάνατος λήψεται. Τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός; Δείκνυσι πάλιν τὸ ἀνεξίκακον καὶ τὸ ἀπαράβλητον εἰς φιλανθρωπίαν· λοιδορούμενος γάρ, οὐχ ἀντελοιδόρει· πάσχων, οὐχ ἠπείλει. Οὐκοῦν ἐντόμως μὲν οὐχ ἐλέγχει, πονηροὺς δὲ ὄντας, ἀποκρίσεως τοῖς

[87] Levit. XIV, 2. [88] I Petr. II 23.

(1) Reapse hæc exstant apud nostrum Cyrillum ad Luc. V, 12.

(2) Hæc brevius in codice A, sic : Πεπράχασι μὲν τὸ κεκελευσμένον οἱ δέκα, καὶ ἀπελθόντες ἐθεραπεύθησαν· εἷς δὲ μόνος ὑποστρέψας, ἀνετίθει τὰ χαριστήρια, τῶν ἐννέα τάχα που καὶ εἰς ἀχάριστον λήθην ἐμπεσόντων. *Fecerunt quidem imperata hi decem; et dum irent, sanati sunt. Unus autem tantummodo reversus, gratias egit; reliquis novem, ut videtur, ingratæ oblivioni beneficium tradentibus.*

ἐπερωτηθεῖσιν οἰκείας οὐκ ἄξιοι· πλὴν ἐκεῖνο μόνον, φησὶν, εἰς ὄνησιν ἀνθρώπου παντός· « Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν » · οὐκ ἔρχεται μετὰ παρατηρήσεως. Μὴ γὰρ δὴ χρόνους ἐρωτᾶτε, φησὶ, καθ' οὓς ἐπιλάμψει πάλιν, ἤγουν ὁ καιρὸς ἐνστήσεται τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, σπουδάσατε δὲ μᾶλλον τυχεῖν αὐτῆς· ἐντὸς γὰρ ὑμῶν ἐστι· τουτέστιν ἐν ταῖς ὑμετέραις προαιρέσεσι καὶ ἐν ἐξουσίᾳ κεῖται τὸ λαβεῖν αὐτήν· ἔξεστι γὰρ ἀνθρώπῳ παντὶ, τὴν εἰς τὸν Χριστὸν δικαίωσιν τὴν διὰ πίστεως δηλονότι καταπλουτήσαντι, καὶ διὰ πάσης ἀρετῆς ἐκλελαμπρυσμένῳ, τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας τυχεῖν (1). Ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ ἐκτός ἐστιν, ἀφ' ὧν ἐξίασιν ἐκ τῆς καρδίας διαλογισμοὶ πονηροί· δυνάμει δὲ ἐντὸς πάντων. Ὅτι γὰρ καὶ τῶν Φαρισαίων ἐντὸς ἦν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀγνοούντων καὶ οἰομένων χρόνῳ τινὶ αὐτὴν εἰς τόπον ἔξωθεν ἔρχεσθαι, Ἰωάννης δείκνυσι λέγων· « Μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, » περὶ Χριστοῦ λέγων.

Ἐλεύσονται ἡμέραι ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν, καὶ οὐκ ὄψεσθε.

(A f. 233, C f. 144) Ταῦτα λέγων, ἑτοίμους εἶναι αὐτοὺς βούλεται πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀνιᾶν πεφυκότων, καὶ προευτρεπίζεσθαι πρὸς ὑπομονήν· ἵνα εὐδόκιμοι γεγονότες, εἰσελάσαι δυνηθῶσιν εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν. Προαπαγγέλλει τοίνυν, ὅτι πρὸ τῆς ἐξ οὐρανῶν ἀφίξεως τῆς ἐσομένης ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, θλῖψις προσελάσει καὶ διωγμὸς, ὥστε μίαν ἡμέραν αὐτοῦ ἰδεῖν ἐπιθυμῆσαι, τουτέστι τὴν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ συνδιατρίβειν ἔτι καὶ συνδιαιτᾶσθαι Χριστῷ· καί τοι πλείστη τις ἦν ἡ κατ' αὐτοῦ γενομένη τῶν Ἰουδαίων ἐξιτηλία· λίθοις γὰρ ἔβαλλον αὐτὸν, ἐδίωξαν οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ πλειστάκις· ἦγον ἕως ὀφρύος τοῦ ὄρους, ἵνα κατακρημνίσωσιν αὐτόν· λοιδορίαις λελυπήκασι καὶ συκοφαντίαις, καὶ οὐδεὶς ἦν τρόπος σκαιότητος τοῖς Ἰουδαίοις ἀνεπιτήδευτος· πῶς οὖν ἐπιθυμήσειν εἶπε τοὺς μαθητὰς μίαν ἡμέραν ἰδεῖν αὐτοῦ; Ἀντιπαραθέσει γὰρ τῶν ὑπερκειμένων κακῶν, αἱρετά πως εἰσι τὰ ἐλάττονα· μειζόνων γὰρ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀνάληψιν θλίψεων ἐπειράθησαν.

Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανόν, κ. τ. λ.

(A f. 233 b, B f. 264 b, C f. 144) Πλὴν ὅτι καταβήσεται μὲν ἐξ οὐρανοῦ, οὐκ ἀσήμως δὲ ἢ ἀσυμφανῶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, καὶ φῶς ἀπρόσιτον οἰκῶν, διαμεμήνυκε λέγων, ὡς ἀστραπὴν ἔσεσθαι τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν. Ἐγεννήθη μὲν γὰρ κατὰ σάρκα καὶ ἐκ γυναικὸς, τὴν ἐφ' ἡμῖν ἀποπληρώσων οἰκονομίαν· καὶ κεκένωκε διὰ τοῦτο, καὶ τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, καὶ ἦν οὐκ ἐν δόξῃ θεότητος ἐμφανῶς· ἐκάλει γὰρ εἰς τοῦτο καιρὸς, καὶ τῆς οἰκονομίας ἡ χρεία. Μετὰ δὲ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀναπτὰς εἰς οὐρανὸν, καὶ συνεδρεύσας τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καταβήσεται πάλιν οὐκ ἐν ὑφέσει δόξης, οὔτε μὴν

A non dignatur. Illud tantummodo ob communem utilitatem dicit : « Regnum Dei intra vos est. » Adventus ejus humanam fugit observationem. Nolite de tempore sciscitari, inquit, quo Christus iterum apparebit, sive quandonam regni Dei tempus instabit. Date operam potius ut id possideatis; est enim intra vos, id est, in vestra electione ac potestate est ut illud consequamini. Licet enim cuique homini, si modo justificationem in Christo per fidem impetraverit, et omni virtute præfulserit, licet ei, inquam, cœlorum regnum adipisci. Etenim hoc, quod ad actus attinet, extra est, prout improbæ cordis cogitationes eruperint. Virtute autem intra nos omnes est. Namque et intra ipsos Pharisæos exstitisse regnum Dei, qui tamen id ignorabant, putabantque foras aliquando in patentes locos
B 369 proditurum, ostendit Joannes dicens: « Medius vestrum stetit quem vos nescitis [89], » Christum videlicet significans.

V. 22. *Venient dies quando desiderabitis videre unum diem Filii hominis, et non videbitis.*

Hæc ait, volens ipsos adversus quamlibet molestiam esse munitos, et ad patientiam comparatos; ut sic probata virtute, in Dei regnum ingredi queant. Prædicit itaque fore ut, ante suum de cœlo adventum, in mundi consummatione, tribulatio fiat et persecutio, ita ut vel unum ejus diem videre sint optaturi, nempe illius temporis, quo cum Christo
C versabantur et convivebant : quanquam plurima fuerat contra ipsum Judæorum contumelia; nam et lapidibus eum appetiverant, nec semel, sed sæpissime persecuti fuerant : duxerant usque ad montis supercilium, ut eum præcipitem darent : conviciis vexaverant atque calumniis, nullumque improbitatis genus Judæi præteriverant. Quomodo ergo dicit optaturos esse discipulos unum ipsius diem videre? Nempe quia præ impendentibus malis eligenda quodammodo erant illa minora. Majores videlicet post Domini ascensionem calamitates experti Judæi sunt.

V. 24. *Nam sicut fulgur coruscans de sub cœlo*, etc.

Verumtamen quod cœlo sit descensurus non ignobiliter neque obscure, sed cum gloria Deo conve-
D niente, et inaccessa luce circumdatus, significavit, dicens fulguris instar adventum suum futurum. Natus est quidem cum carne ex muliere, suum nostri causa dispensatorium opus completurus; propterea que se exinanivit et humiliavit, nec deitatis gloriam apparenter servabat. Sic enim tempus postulabat, et susceptæ dispensationis ratio. Sed post resurrectionem a mortuis, in cœlum evolans, et Patri Deo factus consessor, postea rursus descendet, haud subtracta jam gloria, neque cum humana

[89] Joan. I, 26.

(1) Et ut de prædestinationis divinæ natura sancti Patres loquuntur.

humilitate, sed cum Patris majestate, comitante angelorum multitudine et tanquam Deum omniumque **370** Dominum stipante. Veniet itaque sicut fulgur, non autem clam. Nec cuiquam credendum est dicenti : « Ecce hic, ecce illic. » Aliam hanc quoque amputat de corde discipulorum suspicionem. Existimabant enim ipsum, perlustrata Judæa, deinde ad urbem Jerusalem reducem, statim illic Dei regnum manifestaturum. Quare et accedentes dixerunt : « An hoc tempore, Domine, Israeli regnum restituis ? » Sed et liberorum Zebedæi mater, hoc futurum exspectans, accessit, honorem illis cathedræ postulans. Ergo ut scirent oportere ipsum antea salutarem sustinere passionem, et mortem morte propriæ carnis exstinguere, mundoque peccatum expellere, principem item hujus sæculi profligare, et sic deinde ad Patrem ascendere, tum suo tempore rursus apparere, ut mundum æquo jure judicet, ait se antea oportere multa pati. Quia vero insperato, nulloque præsciente apparebit, simulque præsentis sæculi finis aderit, sic ait fore consummationem ut temporibus Noe ac Loti. — Deliciabantur enim, inquit, secure, manducabant et bibebant, vendebant, emebant et ædificabant. Verumtamen illos aquarum exstinxit impetus, hi autem ignis præda atque esca fuerunt. Quid ergo hinc significatur? Vult nos Christus semper vigilare, et paratos esse orandæ defensioni ante Dei tribunal.

A ἐν ἀνθρωπίνῃ μικροπρεπείᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Πατρὸς ὑπεροχῇ, πληθύος ἀγγέλων δορυφορούσης αὐτὸν, καὶ παρισταμένης ὡς Θεῷ καὶ Κυρίῳ τῶν ὅλων. Ἥξει τοίνυν ὡς ἀστραπὴ, καὶ οὐ λεληθότως. Καὶ οὐδενὶ πιστευτέον λέγοντι · « Ἰδοὺ ὧδε, ἰδοὺ ἐκεῖ. » Ὑποψίαν ἑτέραν τῆς τῶν μαθητῶν ὑποκείρει καρδίας · ᾤοντο γὰρ ὅτι περινοστήσας τὴν Ἰουδαίαν, εἶτα γεγονὼς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις, εὐθὺς ἀναδείξει τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν · καὶ γοῦν προσιόντες, ἔφασκον · « Εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ, Κύριε, ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραήλ ; » Ἀλλὰ καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου τοῦτο γενέσθαι προσδοκήσασα, προσῄει περὶ καθέδρας ἀξιοῦσα. Οὐκοῦν ἵν' εἰδεῖεν ὅτι δεῖ πρῶτον αὐτὸν τὸ σωτήριον ὑποστῆναι πάθος, καὶ καταργῆσαι θάνατον τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς, καὶ ἀποστῆσαι B τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν, καταργῆσαι δὲ καὶ τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, εἶθ' οὕτως ἀναβῆναι πρὸς τὸν Πατέρα, ἐπιλάμψαι τε κατὰ καιροὺς, ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, φησὶν ὅτι πρῶτον δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν. Ὅτι δὴ ἀδοκήτως, καὶ οἷον εἰδότος οὐδενὸς, ἐπιλάμψει, καὶ τὸ τοῦ παρόντος αἰῶνος ἀφίξεται πέρας, οὕτω φησὶν ἔσεσθαι τὴν συντέλειαν, ὡς γέγονεν ἐν ἡμέραις Νῶε καὶ Λώτ. — (B f. 165) Ἐτρύφων γὰρ, φησὶν, ἀμερίμνως, ἤσθιον, ἔπινον, ἐπώλουν, ἠγόραζον, ᾠκοδόμουν. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ὑδάτων ἀπώλεσε φορὰ, οἱ δὲ γεγόνασι θείου πυρὸς ἔργον καὶ τροφή. Τί οὖν ἐντεῦθεν τὸ δηλούμενον ; Βούλεται ἡμᾶς ἐγρηγορέναι διὰ παντὸς, καὶ ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τοῦ θείου βήματος.

V. 31. *In illa die qui fuerit in tecto, et vasa ejus in domo*, etc.

C *Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὃς ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ*, κ. τ. λ.

Flocci facere jubet rem quamlibet terrenam ac temporalem, atque unum præ oculis scopum habere, ut animam quisque suam salvet. Qui ergo, inquit, supra tectum fuerit, ne descendat in ædes ut sua vasa sumat. Videtur autem his verbis hominem in otio et opibus mundanoque splendore versantem velle denotare. Nam qui in tectis sunt, conspicui sunt illis qui domum circumsistunt. Si quis ergo hujusmodi est, ne det operam illo tempore, ut partem ullam repositorum in ædibus vasorum sumat : inutilia erunt enim hæc, nec **371** quidquam ejus commodis profutura. « Nam thesauri nihil impios juvant, » prout scriptum est; « justitia autem a morte eripit [90]. » Sed et si quis, inquit, in agro fuerit, ne regrediatur : id est si quis studiose laboribus impendit operam, et excolendi spiritus gerit sollicitudinem, ac bonorum sudorum mercedem colligit, ne retro cedat. Namque, ut ipse alibi Christus dixit, « Nemo mittens manum suam ad aratrum, et conversus retro, regno cœlorum aptus est [91]. » Quare ad studia sacra sine pœnitentia incumbendum est, ne id forte patiamur quod illi feminæ accidit in urbe Sodomis, cujus ipso exemplo Christus utens ait : « Mementote uxoris Loti, » quæ Sodomis egressa, deinde regressa, salis statua

(A f. 235) Ἀλογῆσαι προστάττει παντὸς ἐπιγείου καὶ προσκαίρου πράγματος, καὶ εἰς ἕνα βλέψαι σκοπὸν τὸν ἐπί γε τῷ δεῖν ἕκαστον διασῶσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Ὃς ἂν τοίνυν ᾖ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβήτω ἐν τῇ οἰκίᾳ ἆραι τὰ σκεύη αὐτοῦ. Ἔοικε δὲ διὰ τούτων, τὸν ἐν ἀναπαύσει, καὶ πλούτῳ, καὶ περιφανείαις κοσμικαῖς βούλεσθαι δηλοῦν · ἀεὶ γάρ πως οἱ ἐν δώμασιν ἑστηκότες, ἀπόβλεπτοι γίνονται τοῖς τὴν οἰκίαν περιεστηκόσιν. Εἴ τις τοίνυν τοιοῦτός ἐστι, φησὶ, μηδένα ποιείσθω λόγον, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, τῶν ἐναποκειμένων τῇ οἰκίᾳ σκευῶν · ἄχρηστα γὰρ ταῦτα καὶ ἀσυντελῆ πρὸς D ὄνησιν αὐτῷ. « Οὐ γὰρ ὠφελοῦσι θησαυροὶ ἀνόμους, » κατὰ τὸ γεγραμμένον, « δικαιοσύνη δὲ ῥύεται ἐκ θανάτου. » Ἀλλὰ κἂν εἴ τις ᾖ, φησὶν, ἐν ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεφάτω εἰς τὰ ὀπίσω · τουτέστιν, εἰ εὑρίσκοιτό τις ἐν φιλεργίαις ὑπάρχων καὶ πόνοις, καὶ πνευματικῆς εὐκαρπίας ἐπιμελητὴς, καὶ τοὺς ἐξ ἱδρώτων ἀγαθῶν συλλέγων μισθοὺς, μὴ ἐπιστρεφάτω εἰς τὰ ὀπίσω · ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν ἔφη Χριστὸς, « Οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » Χρὴ γὰρ ἔχεσθαι τῶν ἱερῶν σπουδασμάτων ἀμεταστρέπτοις ὁρμαῖς, ἵνα μὴ τοῦτο πάθωμεν ὃ δὴ καὶ συνέβη παθεῖν τὴν ἐν Σοδόμοις γυναῖκα, ἣν δὲ

[90] Prov. x, 2. [91] Luc. ix, 62.

καὶ λαβὼν εἰς παράδειγμα, φησί· « Μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ· » ἐξελθοῦσα γὰρ ἀπὸ Σοδόμων, εἶθ' ὑπονοστήσασα, στήλη [cod. ὑπονοστήλη] γέγονεν ἀλὸς, τουτέστιν ἀπεμωράνθη καὶ ἀπελιθώθη. Δεῖ δὴ οὖν ἀντέχεσθαι νεανικῶς τοῦ προτεθέντος σκοποῦ.

Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν.

(A f. 235, C f. 144 b, D f. 58 b) Πῶς ἀπόλλυσί τις ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἵνα αὐτὴν διασώσῃ, ἢ κατὰ τίνα τρόπον ὁ διασῶσαι νομίσας, ἀπόλλυσιν αὐτὴν, σαφηνιεῖ λέγων ὁ Παῦλος, περὶ μὲν τῶν ἁγίων· « Οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. » Οἱ γὰρ ὄντως γεγονότες γνήσιοι τῷ ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ, τὴν ἑαυτῶν σταυροῦσι σάρκα, τουτέστι θανατοῦσι· πόνοις δηλονότι καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν ὁμιλοῦντες ἀγῶσι, καὶ κατανεκροῦντες αὐτῆς τὸ φρόνημα. Γέγραπται γάρ· « Νεκρώσατε τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν. » Ὅσοι οὖν τούτων ἕνεκα νεκροῦνται, οὗτοι σεσώκασι τὴν ἑαυτῶν ψυχήν· οἵ γε μὴν τὸν φιλήδονον ἀγαπῶντες βίον, τάχα που τὴν ἑαυτῶν οἴονται κτᾶσθαι ψυχήν· ἀπολλύουσι δὲ πάντως αὐτήν. « Ὁ γὰρ σπείρων, φησὶν, εἰς τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. » Ἀπολέσας δέ τις καὶ ἑτέρως τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, διασώσει πάντως αὐτήν· τοῦτο πεπράχασιν οἱ μακάριοι μάρτυρες, τοὺς μέχρι ψυχῆς καὶ αἵματος διενεγκόντες ἀγῶνας, καὶ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον, οἷά τινα στέφανον, ταῖς ἑαυτῶν ἀνάψαντες κεφαλαῖς. Οἵ γε μὴν ἐξ ἀνάνδρου ψυχῆς καὶ γνώμης ἀρνησάμενοι τὴν πίστιν, καὶ τὸν παραυτίκα τῆς σαρκὸς διαφυγόντες θάνατον, οὗτοι φονευταὶ τῆς ἑαυτῶν γεγόνασι ψυχῆς· κατοιχήσονται γὰρ εἰς ᾅδου, τῆς κακανδρίας ὑφέξονται δίκας.

Ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.

(A f. 235 b, B f. 166 b, C f. 144 b, D f. 58 b) Νύκτα γε μὴν ὀνομάζει τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν, διά τοι, καθάπερ ἡγοῦμαι, τὸ ἀσυμφανὲς καὶ ἀπροσδόκητον τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Διὰ δὲ τῶν δύο τῶν ἐπὶ κλίνης ὄντων μιᾶς, ἔοικεν ὑπαινίττεσθαι τοὺς ἐν ἀναπαύσει καὶ πλούτῳ, καὶ ἰσομοιροῦντας ἀλλήλοις, κατά γε, φημὶ, τὸ ἐν εὐπαθείαις εἶναι κοσμικαῖς· κλίνη γὰρ, ἀναπαύσεως σύμβολον. Ἀλλ' εἷς ἐξ αὐτῶν, φησὶ, παραληφθήσεται, καὶ εἷς ἀφίεται· πῶς ἢ τίνα τρόπον; οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐν πλούτῳ καὶ ἀναπαύσει γεγονότες τῇ κατὰ τόνδε τὸν βίον, πονηροὶ γεγόνασι καὶ ἀμείλικτοι. Τί γάρ; Εἰ πλούσιος μέν ἐστι τις, χρηστὸς δὲ καὶ φιλοικτείρμων καὶ τὴν πίστιν ὀρθὸς, οὗτος παραλαμβάνεται· ὁ γε μὴν ἕτερος, ὡς μὴ γεγονὼς τοιοῦτος, ἀφεθήσεται. Διὰ δὲ τῶν ἀληθουσῶν, ἔοικε τοὺς ἐν πτωχείᾳ καὶ πόνοις ὄντας ὑποδηλοῦν· ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν δὴ τούτων, φησὶ, πολλή τίς ἐστι διαφορά· οἱ μὲν γὰρ τὸ τῆς πτωχείας φορτίον γενναίως φέροντες, σωφρόνως τε καὶ ἐπιεικῶς βιοῦντες, οὗτοι παραληφθήσονται, δίκαιοι δηλονότι τυγχάνοντες· οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι, δεινοὶ δὲ μᾶλλον πρὸς

A facta est, id est fatua ac lapidea. Ergo viriliter ad propositum finem tendendum est.

V. 33. *Quicunque quæsierit animam suam salvam facere, perdet illam.*

Quo pacto perdat aliquis animam suam, ut illam salvet; vel quomodo salvare existimans, perdat ipsam, Paulus declarabit, de sanctis quidem dicens: « Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis [32]. » Nam qui vere fideles Servatori nostro Christo sunt, suam crucifigunt carnem, id est mortificant; labores nimirum et pro religione certamina exantlantes, et
B carnales cupiditates mortificantes. Scriptum est enim: « Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam [33]. » Qui ergo in rebus hujusmodi mortificantur, hi animam suam servant; qui vero voluptariam amant vitam, putant fortasse animam suam possidere, sed contra potius illam amittunt, quoniam « Qui seminat, inquit, in carnem, de carne metet corruptionem [34]. » Alioquin etiam animam suam aliquis perdens, prorsus illam servat; quod beati martyres egerunt, usque ad sanguinem decertantes, et germanam suam erga **372** Christum charitatem, coronæ instar, capiti suo circumponentes. Sed qui animi sententiæque mollitie fidem negaverunt, et præsentem carnis
C mortem vitaverunt, hi revera animarum suarum carnifices exstiterunt. Abibunt enim ad inferos, suæque ignaviæ pœnas sustinebunt.

V. 34. *In illa nocte erunt duo in lecto uno; unus assumetur, et alter relinquetur.*

Noctem quidam nominat judicii tempus, quemadmodum ego arbitror, propter incognitum et improvisum Christi adventum. Per duos autem qui in uno sunt lecto, innuere videtur homines in otio opibusque viventes, mundanasque voluptates æque invicem participantes: nam lectus requiei symbolum est. Sed ex his hominibus unus, inquit, assumetur, et alter relinquetur. Cur, vel quomodo? Quia non
D omnes qui in divitiis et tranquillitate præsentem vitam exegerunt, improbi fuerunt et immisericordes. Quid enim? Si quis dives quidem est, simul tamen clemens et misericors atque orthodoxus, hic sane assumitur; at alter, quia talis non fuit, relinquetur. Per feminas vero molentes, videtur pauperes et laboriferos homines subindicare. Sed in his quoque grandis est, inquit, diversitas: alii enim paupertatis pondus viriliter ferentes, modesteque ac mansuete viventes, utpote justi assumentur; alii vero, cum non fuerint hujusmodi, sed acres potius ad maleficia, et cujuslibet nequitiæ studiosi, relinquentur, ignis pœnam experturi. Erit itaque

[32] Galat. v, 34. [33] Coloss. III, 5. [34] Galat. VI, 8.

(1) Apud S. Thomam in cat. Lat. « Cyrillus. Multus autem erat populus circa Christum; et cæcus eum quidem non noverat, sentiebat autem effectum, et rapiebat per affectum quod non hausit aspectus; unde subditur: *Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset.* Et oculati quidem secundum opinionem loquebantur. Sequitur enim: *Dixerunt autem ei, quod Jesus Nazarenus transiret.* Cæcus vero vera clamabat. Alia docetur; et alia prædicat. Et clamavit dicens: *Jesu, fili David, miserere mei.* Quis te docuit hæc, o homo? Num perlegisti libros privatus luminibus? Unde igitur nosti luminare mundi? Vere Dominus illuminat cæcos. In Judaismo autem nutritus, » etc.

(2) Contra Nestorianos.

(3) Nam Nestoriani in vocabulo *Dominus* (v. gr. cum Elisabeth salutavit matrem Domini) Deum non agnoscebant. Idcirco Cyrillus animadvertit eumdem Dominum simul ac Deum dici.

τες, ὡς οὐ χρήματα μᾶλλον αἰτεῖ αὐτὸν, ἀλλ' ἐνέργειαν θεϊκὴν ὡς παρὰ Θεοῦ.— (A f. 255, D f. 61 b) Ἆρ' οὖν ἀπηλλάττετο μὲν τοῦ νοσεῖν ὁ τυφλὸς, κατημέλει δὲ τοῦ εἶναι φιλόχριστος; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τοῖς ἔργοις τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπεδείκνυτο. Καὶ διττῆς ἠλευθέρωτο τυφλότητος, τῆς τε σωματικῆς, καὶ τῆς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν· οὐ γὰρ ἂν ἐδόξασεν αὐτὸν ὡς Θεὸν, εἰ μὴ ἀνέβλεψεν ὄντως. Γέγονε δὲ καὶ ἑτέροις πρόφασις τοῦ δοξάζειν αὐτόν.

A itaque solutus infirmitate cæcus diligere Christum neglexit? Minime; sed opere gratum animum demonstravit. Duplici liberatus est cæcitate, et corporali et mentis atque cordis: non enim honorasset illum ut Deum, nisi vere visum recuperasset. Sed et cæteris quoque glorificandi Christum causa exstitit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ'.

Ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος.

(A f. 252, B f. 173, C f. 146 b, D f. 62) Ἀρχιτελώνης ἦν ὁ Ζακχαῖος, ἐν ἐπιτάσει τε πολλῇ παρ' αὐτῷ φιλάργυρον, καὶ τῆς πλεονεξίας ὁ σκοπός· τοῦτο γὰρ τοῖς τελώναις τὸ ἐπιτήδευμα· ταύτην δὲ καὶ εἰδωλολατρείαν ὀνομάζει ὁ Παῦλος, ὡς τάχα πρέπουσαν μόνοις τοῖς οὐκ εἰδόσι Θεόν. Ταύτητοι καὶ μάλα εἰκότως παῤῥησίαν ἀναιδῆ τοῖς προσώποις ἐνδύσαντας τοὺς τελώνας, πόρναις συντέταχεν ὁ Κύριος, οὕτω λέγων τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς· « Αἱ πόρναι καὶ οἱ τελῶναι προάγουσιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. » Ἀλλ' οὐ μεμένηκεν ἐν τούτοις ὁ Ζακχαῖος, ἠξιώθη δὲ φειδοῦς τῆς παρὰ Χριστοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ καλῶν ἐγγὺς τοὺς μακρὰν, καὶ φωτίζων τοὺς ἐσκοτισμένους. Ὁποία δὲ γέγονε τῷ Ζακχαίῳ τῆς ἐπιστροφῆς ἡ ὁδὸς, φέρε ἴδωμεν. — (B f. 173 b) Ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν· ἐβλάστησε γὰρ ἐν αὐτῷ σπέρμα σωτηρίας. Τεθέαται τοῦτο Χριστὸς τοῖς τῆς θεότητος ὀφθαλμοῖς· ἀναβλέψας οὖν εἶδεν αὐτὸν καὶ τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος· καὶ ἐπειδὴ σκοπὸς ἦν αὐτῷ πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, προτείνει τὴν ἡμερότητα· καὶ παραθαῤῥύνων αὐτὸν λέγει· « Σπεύσας κατάβηθι· » ἐζήτει γὰρ αὐτὸν θεάσασθαι, καὶ ἐκώλυεν αὐτὸν ὁ ὄχλος, οὐ τοσοῦτον ὁ τῶν ἀνθρώπων, ὅσον ὁ τῶν ἁμαρτημάτων. Ἦν δὲ καὶ μικρὸς τὴν ἡλικίαν οὐ μόνον τὴν σωματικὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν πνευματικήν· καὶ οὐκ ἄλλως ἠδυνήθη ἰδεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ ὑψώθη ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὴν συκομωραίαν, δι' ἧς ἔμελλε διελθεῖν ὁ Χριστός. Ἔχει δὲ αἴνιγμα ὁ λόγος. Οὐχ ἄλλως γὰρ δύναταί τις ἰδεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ πιστεῦσαι εἰς αὐτὸν, εἰ μὴ ἐπὶ τὴν συκομωραίαν ἀρθῇ, μωράνας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔμελλε δὲ, φησὶν, ὁ Χριστὸς διὰ τῆς συκομωραίας διέρχεσθαι· τὴν γὰρ νομικὴν ὁδεύσας πολιτείαν, ὃ ἐστι συκῆν, τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο, ὅ ἐστι τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον. Καὶ πᾶς ὃς αἴρει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ τῇ τοῦ Χριστοῦ πολιτείᾳ, σώζεται, συνετῶς τὸν νόμον ἐργαζόμενος, ὅς ἐστι συκῆ μὴ ποιοῦσα σῦκα ἀλλὰ μῶρα· μωρία γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις φαίνεται ἡ κεκρυμμένη τοῖς πιστοῖς

CAP. XIX.

V. 2. *Ecce vir nomine Zacchæus.*

Publicanorum princeps erat Zacchæus, pecuniæ amore plurimum captus, et avaritiam unice spectans: hoc enim est publicanorum studium; quod idololatriæ nomine appellat Paulus [17], ceu illorum tantum- B modo proprium qui Deum ignorant. Convenientissime igitur publicanos hanc præ se ferentes impudentiam, cum meretricibus contulit Dominus dicens Judæorum ducibus: « Meretrices et publicani præcedent vos in regnum Dei [18] » Sed tamen inter hos non mansit Zacchæus, sed Christi clementia dignus fuit. Ipse enim prope advocat qui longinqui erant, et illuminat obtenebratos. Quænam vero se obtulerit Zacchæo conversionis occasio, age, videamus. — Cupiebat Jesum videre, quia salutis semen jam in eo germinabat. Viderat eam rem Christus divinitatis oculis; nunc vero suspiciens ipsum quoque humano visu observavit. Et quia finem sibi proposuerat omnium hominum salutem, benignitatem ex- C promit, eique animos addens, « Descende, » inquit; siquidem ille videre Jesum cupierat, sed turba impediebatur non tam hominum **386** quam peccatorum (1). Eratque statura exiguus non corporali solum (2), verum etiam spiritali; neque aliter illum videre poterat, nisi in ficum fatuam conscendens, juxta quam Christus præteriturus erat. Latet autem in sermone ænigma. Quippe nemo aliter Christum videre potest, atque in eum credere, nisi in fatuam ficum se attollat, id est nisi membra sua, dum in terra degit, sine sensu efficiat, ad fornicationem scilicet, ad immunditiam, et reliqua. Futurum enim erat, ut Christus prope fatuam ficum transiret. Nempe quia legalem decurrens viam, quæ ficus instar erat, stulta mundi elegit, id est D crucem atque necem. Et quicunque sibi tollit crucem ejus, et Christi vitam sectatur, salvus fit. Sapienter scilicet legem exsequens, quæ est ficulnea, haud ficus fructificans sed mora (fatuitatem). Fatuitas enim Judæis videtur interioris fidelium vitæ ratio, circumcisio nempe malitiæ, otium ab iniqua actione; qui sane haud sensibile præputium cædunt,

[17] Ephes. v, 5. [18] Matth. xxi, 31.

(1) Hic apud S. Thomam in cat. « Cyrillus. Turba autem est imperitæ confusio multitudinis, quæ verticem nequivit videre sapientiæ. Ergo Zacchæus quandiu in turba est, non videt Christum; sed plebeiam transgressus inscitiam, meruit quem desiderabat aspicere. »

(2) Statura ergo Zacchæi pusilla erat, ut nemo hactenus dubitavit; non autem Christi Domini, ut hodiernus quidam scripsit, qui præpostere fortasse intellexit vulgati Latini versiculum: *Zacchæus quærebat videre Jesum; et non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.*

neque sabbatum observant. Cognovit itaque illum ad obedientiam paratum, fide ferventem, et ex nequitia in virtutem flecti cereum. Quare et vocat, et accedit illum lucraturus; qui « festinus descendit, Christumque lætabundus domi excepit; » lætabundus, inquam, non solum quia illum ut satagebat viderat, verum etiam quia nominatim appellatus ab eo fuerat, eumdemque hospitio præter suam exspectationem suscepturus erat.

V. 5. *Zacchæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.*

Provisio hæc erat, probe enim rem futuram sciebat. Noverat hominis animam ad sanctum vitæ genus eligendum perquam proclivem. Ergo eum ad pietatem convertit, qui Jesum libenter suscepit, rem quippe **387** insperatam consecutus. Sed fortasse aliquis dicturus erat communi nostro Servatori Christo: Apud Zacchæum hospitaris, apud, inquam, publicanorum præfectum, qui avaritiæ mores nondum exuit? Utique, respondisset: id sciebam, cum Deus natura sim, et terrestrium omnium vias inspiciam; cumque insuper futurorum scientiam habeam, ad pœnitentiam hunc vocavi, quia paratus huic agendæ est.

V. 8. *Dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus.*

Viden' quomodo publicanorum præfectus, ille, inquam, avarus, repente misericors, et pauperum amator factus est? Distributurum se spondet egentibus opes; et quos fraudaverat certiores facit redditurum se illis ex legis norma; quatuor jubentis pro una ove restituere, juxta Davidis judicium, qui ovem pauperi raptam, quadruplam reddi a plagiario mandavit [10].

V. 9. *Hodie salus domui huic facta est.*

Quo enim ingreditur Christus, ibi omnino salus fit. Neque post aliquas moras, vel promittentis ritu, sed hodie Zacchæo salutem Christus denuntiat, quoniam et ille statim quæ promisit, in rem contulit. Non enim dixit, Dabo dimidium; neque fraudatis dixit, Reddam quadruplum: obtemperavit quippe Salomoni monenti: « Ne dicas, Postea revertere, et cras dabo [11]; » sed, « Ecce, inquit, do et reddo. » Quare et Christus: Hodie das, ait, hodie tibi salus. Oportuisset itaque Judæos gratulari Zacchæo præter spem salvato; quia et ipse de filiis erat Abrahæ, quibus per Christum redemptionem Deus oraculo prophetarum promiserat.

V. 11. *Adjiciens dixit parabolam: Homo quidam nobilis*, etc.

Hac, quæ in manibus est, parabola priorem simul suum ad homines adventum, et hinc discessum,

ἐργασίᾳ, ἐν περιτομῇ κακίας, καὶ ἀργίᾳ φαύλης πράξεως· μὴ μέντοι αἰσθητῶς ἀκροβυστίαν περιτεμόντων, καὶ τηρούντων τὸ Σάββατον. Ἔγνω τοίνυν αὐτὸν ἕτοιμον εἰς ὑπακοὴν, καὶ θερμὸν εἰς πίστιν, καὶ εὐμετάβλητον ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετήν· διὸ καὶ καλεῖ, καὶ ἄπεισι κερδήσων αὐτόν· ὁ δὲ « σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων, » οὐ μόνον ὅτι εἶδεν αὐτὸν ὡς ἐζήτει, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐκλήθη παρ' αὐτοῦ, καὶ ὅτι ὑπεδέξατο αὐτὸν, ὡς οὐκ ἄν ποτε προσεδόκησεν.

Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι· σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι.

(A f. 252 b, B f. 174) Πρόγνωσις αὕτη θεία, εὖ γὰρ ἠπίστατο τὸ ἐσόμενον· εἶδεν ἀνθρώπου ψυχὴν ἑτοιμότατα διανεύουσαν εἴς γε τὸ βιοῦν ἑλέσθαι ἁγίως· καὶ μετέθηκεν εἰς εὐσέβειαν· ὑπεδέξατο γὰρ, φησὶ, τὸν Ἰησοῦν χαίρων· ἔτυχε γὰρ ὧν μὴ προσεδόκα· ἀλλ' ἴσως ἐκεῖνο φαίη τις ἂν τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ· Αὐλίζῃ παρὰ Ζακχαίῳ καὶ παρὰ τῷ τελωνῶν ἡγουμένῳ, ὃς οὔπω τοὺς τῆς φιλοκερδείας ἀπενίψατο τρόπους; Ναὶ, φησίν· οἶδα τοῦτο, Θεὸς ὢν φύσει, καὶ τὰς ἑκάστου τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐποπτεύων ὁδοὺς, καὶ πρὸς τούτοις ἔχων τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν· κέκληκα πρὸς μετάγνωσιν, πρόθυμον ὄντα πρὸς τοῦτο.

Τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου, Κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς.

(A f. 252 b) Ὁρᾷς πῶς ὁ τελωνῶν ἡγούμενος, ὁ φιλάργυρος, εὐθὺς ἐλεήμων καὶ φιλοπτωχίας γέγονε ἐραστής, διανέμειν ἐπαγγελλόμενος τοῖς ἐνδεέσι τὸν πλοῦτον, καὶ τοῖς ἠδικημένοις ἀπολογούμενος, κατὰ τὸν νόμον τὸν τέσσαρα πρόβατα ἀνθ' ἑνὸς ἐκτίσειν κελεύοντα, κατὰ τὴν τοῦ Δαβὶδ κρίσιν περὶ τοῦ τὴν ἀμνάδα λεχθέντος ἀπεστερηκέναι τοῦ πτωχοῦ. « Καὶ τὴν ἀμνάδα γὰρ, φησὶ, ἀποτίσει τετραπλασίονα (1). »

Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο.

(A f. 254) Ἔνθα γὰρ ἂν εἰσβάλῃ Χριστὸς, ἐκεῖ πάντως ἐστὶ καὶ σωτηρία· οὐκ εἰς ἀναβολὰς δὲ οὐδὲ ἐπαγγελίας, ἀλλὰ σήμερον τῷ Ζακχαίῳ τὴν σωτηρίαν ὁ Χριστὸς εὐαγγελίζεται· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς αὐτίκα πεποίηκεν ἃ ἐπηγγείλατο. Οὐ γὰρ εἶπεν· Δώσω τὰ ἡμίση, καὶ τοῖς ἀδικηθεῖσιν ἀποδώσω τετραπλοῦν· ἤκουσε γὰρ τοῦ Σολομῶντος· « Μὴ εἴπῃς· Ἐπάνηκε, καὶ αὔριον δώσω· » ἀλλ', « Ἰδοὺ, φησὶ, δίδωμι καὶ ἀποδίδωμι. » Διὸ καὶ ὁ Χριστός· Σήμερον, φησὶ, δίδως, σήμερόν σοι καὶ ἡ σωτηρία. Ἔδει τοίνυν τοὺς Ἰουδαίους χαίρειν ἐπὶ Ζακχαίῳ σεσωσμένῳ παραδόξως· ὅτι καὶ αὐτὸς εἰς υἱοὺς ἐτέλει τῷ Ἀβραάμ, οἷς τὴν διὰ Χριστοῦ λύτρωσιν διὰ προφητῶν ἁγίων ἐπηγγείλατο ὁ Θεός.

Προσθεὶς εἶπε παραβολήν· Ἄνθρωπός τις εὐγενὴς, κ. τ. λ.

(B f. 255) Διὰ τῆς ἐν χερσὶ δὲ παραβολῆς, ἐμοῦ καὶ τὴν προτέραν εἰς ἀνθρώπους ἄφιξιν ἑαυτοῦ, καὶ

[10] II Reg. XII, 6. [11] Prov. III, 28.

(1) Sic etiam Vulgatus Latinus; nec non Exod. XXII, 1. At Græcus Vaticanus hic: ἑπταπλασίονα, *septuplum*.

τὴν ἐνθένδε ἀποδημίαν, τήν τε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας ὑποδοχὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἐπ' ἀγαθαῖς ἐλπίσι προσδοκωμένην ἡμῖν δευτέραν αὐτοῦ θεοφάνειαν, αἰνίττεται καὶ ὡς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, τῶν μὲν ἀξίων αὐτοῦ βασιλεύσει, κοινωνοὺς αὐτοὺς τῶν ἀγαθῶν καὶ δὴ καὶ τῆς βασιλείας ποιησάμενος· τῶν δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου τὸ κήρυγμα παραιτησαμένων, ἐν ἐχθρῶν τε χώρᾳ καὶ πολεμίων ἑαυτοὺς καταλεξάντων κριτὴς ἔσται ἀπαραίτητος. Ταῦτα δ' ἐν παραβολῆς ἐθέσπιζε τρόπῳ, σαφῶς διδάσκων, ὅτι μήπω τότε ταῦτ' ἐξέφαινεν ἀνθρώποις συνὼν, ὁ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐνειστήκει καιρός. Ἔλεγε δ' οὖν ταῦτα καὶ παρεδίδου, ἐν Ἱεριχοῖ μὲν ποιούμενος τὰς διατριβὰς, ὁρμῶν δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα· καὶ ἔλεγεν ἀναγκαίως· ἐπειδὴ πολὺς ἦν ὁ περὶ αὐτοῦ παρὰ τοῖς πᾶσι λόγος, ὡς αὐτίκα τότε μέλλοντος ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τὴν διὰ τῶν προφητῶν ἀνακεκηρυγμένην αὐτοῦ βασιλείαν παραλήψεσθαι· ἧς ὑπονοίας μυρία τοῖς πολλοῖς ἐγίνετο αἴτια, τὰ πρὸς αὐτοῦ δρώμενα θαύματα, αἵ τε παράδοξοι δυνάμεις, δι' ὧν τοὺς θεωμένους ἔπειθεν ἀραρότως, αὐτὸν εἶναι ἡγεῖσθαι τὸν ἐκ πατέρων αὐτοῖς κατηγγελμένον καὶ προσδοκώμενον Χριστόν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἤδη παρεῖναι τῆς αὐτοῦ βασιλείας τὸν καιρὸν ὑπελάμβανον, ἀναγκαίως τοὺς τοῦτο νομίζοντας διωρθοῦτο τῆς ψευδοῦς δόξης.

A et post hæc regni receptionem, necnon secundam quam **388** bona spe exspectamus Dei manifestationem, significat : ut quod illo tempore super dignos se regnaturus sit, eosque bonorum suorum adeoque et regni facturus participes : illis contra qui in præsente vita Evangelium recusaverint, seque in adversariorum et hostium loco constituerint, inexorabilis judex futurus. Hæc autem sub parabolæ forma edixit ; perspicue docens, quandoquidem hæc patefaciebat cum hominibus versans, nondum regni sui tempus instare. Hos ergo sermones serebat Hierichunte diversans, et mox Hierosolyma quoque profectus. Sic autem necessario loquebatur, quia multus erat de ipso apud omnes rumor, quasi tunc in ipsis Hierosolymis capturus esset prædicatum a B prophetis regnum : cujus suspicionis quam plurimæ causæ apud populum erant, patrata nimirum ab eo miracula, et virtutes extraordinariæ, quibus firmiter spectatoribus persuadebat ut crederent se esse promissum illum jam inde a patrum ætatibus et exspectatum Christum. Quia igitur regni ejus tempus tunc adesse putabant, necessario eos qui ita existimabant, a falsa opinione retrahebat.

(A f. 255 b, B f. 175 b) Ὅπερ οὖν ἔφημεν, καταγράφει τῆς παραβολῆς ὁ σκοπὸς ὅλην ὡς ἐν βραχέσι τῆς ἐφ' ἡμῖν γενομένης οἰκονομίας τὴν δύναμιν, καὶ τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. Γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος Θεὸς ὢν ὁ Λόγος· κεχρημάτικε δὲ διὰ τοῦτο δοῦλος· ἀλλ' ἦν καὶ ἔστιν εὐγενὴς, κατά γε τὴν ἐκ Πατρὸς ἄῤῥητον γέννησιν· ἀποπεράνας δὲ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον, εἰς τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀναπεφοίτηκε δόξαν, καὶ οἷον ἀποδεδήμηκεν εἰς χώραν μακράν· χώρα γὰρ ἑτέρα παρὰ τὴν γῆν, ὁ οὐρανός· ἀνέβη δὲ λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν. Πῶς δὲ ὁ τῶν ὅλων βασιλεύων μετὰ τοῦ Πατρὸς, ἄνεισι πρὸς αὐτὸν ληψόμενος βασιλείαν; Δηλονότι ἐνανθρωπήσαντι τῷ Υἱῷ καὶ τοῦτο δίδωσιν ὁ Πατήρ· ἀναφοιτήσας γὰρ εἰς οὐρανὸν, κεκάθικεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, τὸ λοιπὸν ἐκδεχόμενος, ἕως οὗ τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

Sicut ergo jam diximus, scopus parabolæ est breviter repræsentandi totam, quæ nostri causa suscepta fuit, incarnationis rationem, Christique C a primordiis ad finem usque mysterium. Factus est enim Deus Verbum homo, in servili conditione se gessit ; sed tamen erat et est nobilis, quod attinet ad ineffabilem ex Patre nativitatem. Peracto autem in suscepta carne mysterio, ad insitam sibi naturaliter gloriam reversus est, atque in longinquam veluti regionem profectus. Nam diversa a terra regio cœlum est. Ascendit autem ad capiendum debitum sibi regnum. Sed enim quomodo is qui universaliter cum Patre regnat, ad capiendum apud eumdem ascendit regnum ? Nempe humanato Filio id quoque Pater attribuit : namque in cœlum redux, sedet ad dexteram majestatis in excelsis, **389** de cætero exspectans donec ponantur inimici sui scabellum pedum ipsius.

D

Καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δέκα μνᾶς.

(A f. 255 b, B f. 275 b, C f. 147) (1) Διανέμει γὰρ ὁ Σωτὴρ τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν, τὴν τῶν θείων χαρισμάτων διαφοράν· τοῦτο γὰρ εἶναί φαμεν τὰς δέκα μνᾶς. Πλὴν πολλὴ τούτων ἡ διαφορὰ πρὸς ἐκείνους, οἳ καὶ ὅλως ἠρνήσαντο τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· οἱ μὲν γὰρ ἀνταίρουσιν, οἱ δὲ τῆς ἐπ' αὐτῷ

V. 13. *Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas.*

Fidelibus quippe suis divinarum gratiarum varietatem impertit Servator. Has enim esse dicimus decem mnas. Verumtamen grandis est his discordia adversus eos qui regnum illius detrectarunt ; alteri enim resistunt, alteri servitio ejus gloriantur. Igitur ceu bonis famulis Dominicæ commissæ fuerunt opes,

(1) Hic plura apud S. Thomam in cat. Lat. « Cyrillus. Ascendens autem (ad cœlos) dispensavit credentibus in eum divinorum charismatum differentiam ; Sicut servis committuntur Dominicæ facultates, ut aliquid lucrantes, famulatus sui ferant præconia. Unde sequitur : *Vocatis autem servis suis*, etc. Consuevit sacra Scriptura in signum perfectionis uti numero denario ; quem si quis numerando excedere velit, ab unitate iterum inchoabit, quasi denario perducto ad metam. Et ideo in dispensatione talentorum eum qui metam attigit divini officii, decem ait mnas recepisse. »

A ut aliquid in his negotiati, debitas fidelitati suæ laudes reportarent. Sed enim sui, inquit, cives illum oderant. Hoc nimirum imputat Judæis Christus : « Nisi opera inter eos fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt, et nihilominus oderunt me Patremque meum [21]. » Hi noluerunt illum super se regnare; Zacharia propheta nequidquam clamante : « Gaude valde, filia Sion, quia ecce rex tuus venit ad te justus et Salvator [22]. » Et Isaias similiter : « Ecce, inquit, rex justus regnabit, et principes cum judicio imperabunt [23]. » Imo et ipse quandoque Christus per Psalmistæ lyram dixit : « Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion monte sancto ejus [24]. » Negarunt itaque regnum ejus (Judæi), dum Pilato dixerunt : « Non habemus regem nisi Cæsarem [25]. »

V. 15. *Cum rediret, accepto regno.*

Igitur reverso, post acceptum regnum, viro illo nobili, id est Christo, laudem consequentur, et supernis deliciis abundabunt doctrinæ ministri. Nam decuplo vel saltem quinquiplo effecto talento, quia multos homines lucrati sunt, decem vel quinque urbibus præficientur, id est non iis tantummodo quibus antea, verum etiam aliis multis dominabuntur. — Nunc quoque **390** Servator talenta famulis suis distribuit, ad evangelicæ normam parabolæ. Eia pandite corda vestra, et lætanter excipite. Strenui estote mensarii; quod datum est, prudenter negotiamini, vestraque devotione augete. Grande sanctisque dignum hinc gaudium conflit, et fidelitatis laus subse- C quitur. Sed cur hæc aio, omisso quod majus est? Cœli cives nos efficit, ad regnum ducit, et cum nostro communi Servatore Christo glorificat. Id ex ipsis quoque evangelicis Litteris agesis cognoscamus. Qui talentis quinque a patrefamilias acceptis alia quinque superlucratus est, quid ait, ad dominum accedens? « Domine, quinque talenta dedisti mihi, ecce alia quinque ex his confeci [26]. » Viden' quanta sit studiosi laboris gloria? Quid vero ad hæc Christus? « Euge, serve bone et fidelis, quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui [26]. » Quid his verbis ad potentiam majus? quid præstantius ad felicitatem? Laudes a Christo, suffragium Dominicum studiosam D coronans operam : fidelem eum appellat, qui sua industria fructum peperit. Jam vero num lucrum illud Domino attulit? Num hic re aliqua ad usum suum eget? Ipse est rerum omnium plenitudo; atque, ut Joannes ait, « De plenitudine ejus nos omnes accepimus [27]. » Sed cum nobis ipsi lucramur, et

δουλείας φέρουσι τὸ καύχημα. Οὐκοῦν ὡς οἰκέται γνήσιοι τὸν Δεσποτικὸν ἐθαῤῥήθησαν πλοῦτον, ἵνα τι προσεργασάμενοι, τοὺς τῇ γνησιότητι πρέποντας ἐπαίνους κερδάνωσι. Ἀλλ' οἱ πολῖται αὐτοῦ, φησὶν, ἐμίσουν αὐτόν· τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις ὠνείδισεν ὁ Χριστός· « Εἰ μὴ τὰ ἔργα ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος ἐποίησεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν Πατέρα μου. » Αὐτοὶ οὐκ ἠθέλησαν αὐτὸν ἐπ' αὐτοὺς βασιλεῦσαι· καίτοι Ζαχαρίου τοῦ προφήτου βοῶντος· « Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών· ὅτι ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων. » Καὶ Ἡσαΐας δὲ ὁμοίως. « Ἰδοὺ δὴ, φησὶ, βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι. » Ναὶ μὴν καὶ αὐτὸς ἔφη που Χριστὸς διὰ τῆς τοῦ Ψάλ- B λοντος λύρας· « Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ, ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ. » Ἠρνήσαντο τοίνυν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, φάσκοντες Πιλάτῳ· « Οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα. »

Ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν.

(A f. 256) Ὑποστρέψαντος τοίνυν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ εὐγενοῦς, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Χριστοῦ, ἐπαίνων τεύξονται, καὶ ταῖς ἀνωτάτω τιμαῖς ἐντρυφήσουσιν οἱ τοῦ λόγου διάκονοι. Δεκαπλασιάσαντες γάρ, ἤγουν πενταπλασιάσαντες τὸ τάλαντον διὰ τοῦ κερδᾶναι πολλούς, ἐπάνω δέκα πόλεων ἢ πέντε γενήσονται· τουτέστιν ἄρξουσι πάλιν, οὐχ ὧν ἦρξαν πρὸ τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἔτι πολλῶν. [A f. 257, B f. 175 b] (1) Διανέμει καὶ νῦν ὁ Σωτὴρ τάλαντα τοῖς ἰδίοις οἰκέταις, κατά γε τὴν ἐν Εὐαγγελίοις παραβολήν. Οὐκοῦν ἁπλώσατε τὰς καρδίας, καὶ ὑποδέξασθε χαίροντες· δόκιμοι γένεσθε τραπεζῖται· ἐμπορεύσασθε τὸ δοθὲν, ἐπιστημόνως· πολυπλασιάσατε ταῖς ἐπιεικείαις. Μέγα καὶ ἁγιοπρεπὲς τὸ καύχημα, καὶ τοὺς τῆς γνησιότητος ἐπαίνους προξενεῖ. Καὶ τί τοῦτο λέγω, τὸ ἔτι μεῖζον ἀφείς; Οὐρανοῦ πολίτην ἐργάζεται, εἰς βασιλείαν ἀναφέρει, αὐτῷ συνδοξάζεσθαι ποιεῖ τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ. Ἴδωμεν δὲ τοῦτο, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν εὐαγγελικῶν γραμμάτων. Ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, προσεργασάμενος δὲ καὶ ἕτερα πέντε, τί προσέρχεται λέγων; « Κύριε, πέντε τάλαντά μοι ἔδωκας, ἴδε ἐποίησα ἄλλα πέντε. » Ὁρᾷς ὅσον ἐστὶ τῆς φιλοπονίας τὸ καύχημα; Καὶ τί πρὸς αὐτὸν ἔφη Χριστός; « Εὖ, δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἧς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ Κυρίου σου. » Τί τούτου τὸ μεῖζον εἰς δύναμιν; τί τὸ αἱρετώτερον εἰς εὐημερίαν; Ἔπαινοι παρὰ Χριστοῦ, καὶ ψῆφος Δεσποτικὴ στεφανοῦσα τὸν φιλεργήσαντα, πιστὸν ὀνομάζει τὸν καρποφορήσαντα νοητῶς. Μὴ γὰρ τῷ Δεσπότῃ τὸ κέρδος προσήνεγκε; Μὴ

[21] Joan. xv, 24. [22] Zach. ix, 9. [23] Isa. xxxii, 1. [24] Psal. ii, 6. [25] Joan. xix, 15. [26] Matth. xxv, 20. [26] ibid. 21. [27] Joan. i, 16.

(1) In marg. Κυρίλλου ὁμιλία. Nempe hic locus sumitur ex Cyrilli quadam homilia a catenæ auctore Niceta. De Cyrilli homiliis deperditis diximus in Præfatione (*hujus ed. nov. t. I, col.* 95). Et quidem de Joanne Baptista in not. ad Luc. iii, 4; de electione apostolorum ad Luc. vi, 13, de divite horrea dilatare volente ad Luc. xii, 19; denique de passione Domini infra cap. xxiii, 25.

γὰρ χρῄζει τινὸς ἐν τοῖς καθ' ἑαυτόν; Αὐτός ἐστι τὸ A πάντων πλήρωμα, καὶ ὡς ὁ πάνσοφος Ἰωάννης φησίν, « Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν. » Ἀλλ' ὅταν ἡμεῖς ἑαυτοὺς κερδάνωμεν, προσωφελῶμεν δὲ καὶ ἑτέρους, τότε χαίρει Χριστός· πλοῦτον ἡγεῖται τὴν ἡμῶν εὐδοκίμησιν. Καὶ τὸ ἔτι μεῖζον ἐρῶ· τροφὴν ὥσπερ ποιεῖται τὸ πρᾶγμα· ὅτι δέ ἐστιν ἀληθὲς ὃ φημι, πάλιν ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν μαθήσῃ γραμμάτων· νενουθέτηκε μὲν γὰρ τὴν ἐκ Σαμαρείας γυναῖκα· εἶτα λεγούσης ἐκείνης, Ὅτε ἔλθῃ Μεσσίας, ἀπαγγελεῖ ἡμῖν πάντα, ἑαυτὸν ἐμφανῆ κατέστησε, λέγων· « Ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι. » Καὶ τὸ μὲν γύναιον δρόμῳ συντείνεται, καὶ τὴν Σαμαρειτῶν μεμυσταγώγηκε πόλιν. Εἰδὼς δὲ Χριστὸς ὅτι πολλοὶ πιστεύσουσιν ἐπ' αὐτὸν, τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς· « Ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε. » Τρέφει γὰρ ὥσπερ τὴν ἡμερωτάτην φύσιν, τῶν ἀπολωλότων ἡ σωτηρία.

cæteris simul prosumus, tunc Christus lætatur: opes suas existimat bonam nostram vitam. Sed et majus aliquid dicam: alimoniæ suæ loco, hoc habet negotium. Quod autem vere dicam, rursus ex evangelicis disces litteris. Samaritanæ mulieri monita dabat; cumque illa diceret venturum esse Messiam qui omnia nobis nuntiabit; ipse semet revelat dicens: « Ego ille sum, qui tecum loquor [28]. » Tunc mulier cursim reversa, Samaritanorum civitatem sacra notitia imbuit. Videns autem Christus multos sibi esse credituros, **391** sanctis ait apostolis: « Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis [29]. » Alit enim quodammodo per benignam ejus naturam, illorum, qui perierant, recuperata salus.

Ὁ μὲν οὖν γνήσιος οἰκέτης, (ἀναβήσομαι γὰρ αὖθις B ἐπὶ τὸν τοῦ λόγου σκοπὸν), τὸν τῆς ἐπιεικείας ἀνεδήσατο στέφανον· εἰσκεκόμισται γὰρ εἰς τὴν χαρὰν τοῦ ἰδίου δεσπότου. Ὁ δέ γε λαβὼν τὸ [ἓν] τάλαντον, εἶτα γεγονὼς ὀκνηρὸς, προσεργασάμενος δὲ παντελῶς οὐδὲν, κατακρύψας δὲ μᾶλλον εἰς γῆν αὐτὸ, ταῖς ἐσχάταις περιπέπτωκε δίκαις. Φύγωμεν τοίνυν τὴν μίμησιν, ἀποσεισώμεθα τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὸν ἀκερδῆ καὶ ἐπάρατον ὄκνον, τὸν ἐπ' ἀγαθοῖς δηλονότι σπουδάσμασι· μὴ εἰς ἀργίαν, τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παρὰ Χριστοῦ καταχώσωμεν χάριν. Φησί που διὰ φωνῆς Ἡσαΐου ὁ τῶν ὅλων Θεός· « Ἱερεῖς λαλησάτω εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ. » Τί δὲ, εἰ ὁ μὲν διδάσκων, τοὺς ὠφελεῖν εἰωθότας ἐξυφαίνοι λόγους τοῖς ἀκροωμένοις, οἱ δὲ οὐκ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἀποτίθενται τὴν μυσταγωγίαν, ἀλλ' ἐπικροτήσαντες C μόνον, καὶ γυμνοῖς ἐπαίνοις ἀμειψάμενοι τὸν μυσταγωγὸν, ἄγευστοι τῶν ἱερῶν ἀπομένουσι διδαγμάτων; Ἆρα ὀκνῆσαι προσήκει τὸν μυσταγωγόν; Εἶτα, ποίους εὑρήσει λόγους ἐπὶ τοῦ θείου βήματος τοὺς ἐπικουροῦντας αὐτῷ, ὅταν αἰτιάσηται τῶν ἀκροωμένων τὸ ῥᾴθυμον, καὶ εὐάφορμον εἴπῃ διὰ τοῦτο τὸν ὄκνον; Κατακριθήσεται γὰρ μᾶλλον, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς παραβολῆς. Ὁ γάρ τοι τὸ τάλαντον λαβὼν παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, κατέχωσε μὲν εἰς γῆν αὐτὸ, καὶ ἀπολυπλασίαστον ἔχων, προσεκόμιζε λέγων· « Κύριε, ἴδε ἔχεις τὸ σόν. » Ἆρ' οὖν ἐπῄνηται καὶ γερῶν ἠξίωται, ἢ κατεδικάσθη μᾶλλον ὡς ὀκνηρός; « Ἔδει σε γὰρ, φησί, καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις· κἀγὼ ἐλθὼν ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. » Οὐκοῦν ὡς τραπεζίταις ὑμῖν ἐπιστήμοσι τὸ δεσποτικὸν ἀργύριον ἐξ- D ωθίζω ἐγώ· ὑμεῖς δὲ λαβόντες, ἀπόθεσθε εἰς νοῦν τὸ δοθὲν, καὶ εἰς τὸ βάθος τῆς ἑαυτῶν καρδίας κρύψατε· εὖ εἰδότες, ὅτι τὰ εἰς γῆν πεμπόμενα τῶν σπερμάτων, ἐγχωννύμενα μὲν ταῖς βώλοις, καρποφορεῖ· τὰ δὲ ἀκατάχωστα διαρπάζεται.

Ergo fidelis servus (rursus enim ad sermonis scopum revolvor) boni actus sui corona redimitur; introductus enim est in gaudium domini sui. Qui autem unum acceperat, deinde desidens nihil lucratus fuerat, sed illud potius humi defoderat, maximas pœnas dedit. Caveamus itaque quominus hunc imitemur; ejiciamus animo sterilem ac detestandam ignaviam ad bonorum operum studium: ne otio, inquam, datam nobis a Christo gratiam mergamus. Ait alicubi Isaiæ voce universalis Deus: « Sacerdos loquatur ad cor Jerusalem [30]. » Quid vero, si magister quidem utiles audientibus nectat sermones, hi vero in cor mentemque doctrinam non recipiant, sed solo plausu nudisque laudibus magistrum remunerantes, sacram reapse eruditionem non degustent? Num idcirco oportet magistrum quoque desidere? Atqui ante tribunal Christi quomodo sibimet patrocinabitur, si quidem audientium accusata ignavia, hanc otii sui ceu probabilem causam afferat? Potius enim condemnabitur, ut ex evangelica parabola cognoscere licet. Nam qui unum talentum acceperat a patrefamilias, id humi obruit, atque ita non multiplicatum servans, deinde retulit dicens: « Domine, en quod tuum est habes. » Num ergo laudatus fuit et præmio affectus? An potius uti ignavus damnatoria sententia perculsus? « Oportuerat enim, inquit, a te pecuniam meam committi nummulariis, et tunc veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. » Itaque ceu peritis nummulariis Dominicam vobis pecuniam ego trado; vos vero accipientes, in mente, quod datum est, reponite, atque intra cordis penetralia recondite: bene conscii, semina in terram jacta, si modo glebis adobruantur, fructum reddere; minime autem infossa, diripi.

(A f. 257 b) Ἐρεῖ καὶ ὑμῖν ὁ χρήσας τὰ τάλαντα· Εἰ γὰρ αὐστηρός εἰμι, φησί, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρα, διὰ τί μὴ τὴν δοθεῖσάν σοι χάριν (τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ μνᾶ) δέδωκας τοῖς τραπεζίταις, τουτέστι, προῦθηκας εἰς ἀπόλαυσιν τοῖς εὖ εἰδόσι δοκιμάζειν τὰ παρὰ

392 Dicet etiam vobis is qui talenta utenda commisit: Si ego homo austerus sum, metens quod non sevi, cur datam tibi gratiam, hæc enim est mna, mensariis non commisisti, id est, illorum usui non tradidisti, qui accepta a te recte æstimare po-

[28] Joan. IV, 26. [29] ibid. 32. [30] Isa. XL, 2.

terant? Namque ego veniens, exegissem rem meam non sine usura. Certe magistrorum officium est, serere coram auditoribus utilem salutaremque sermonem; divinæ autem virtutis opera est vocare ad obedientiam eos qui audiunt, et illorum mentem reddere fructuosam. — Ignavus servus qui velut mortuum reposuerit charisma, neque ex eo quidquam lucratus fuerit, etiam hoc dato charismate spoliabitur: qui vero meliore via incesserint, supernis bonis cumulabuntur. — Animadvertendum est alium evangelistam adnotare qualis quoque fuerit distributorum differentia talentorum: « Cui enim dedit, inquit, quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem dividens [31]. » Quinam porro hi sunt, quibus talenta commendata fuerunt, age dicamus. Sunt hi perfecto animi statu præditi, quibus utique solidus cibus congruit, recte initiando idonei, atque ad omne boni studii genus semetipsos atque alios dirigentes; cujusmodi fuere divi discipuli, et qui post illos ministerium idem exceperunt. His Servator divinarum gratiarum pro rata parte numerum confert; ut sint mundi lumina, verbumque vitæ contineant. Hi dum subjectas sibi plebes monitis instruunt, talentum negotiantur, debitamque sanctis hæreditatem capiunt. — Qui noluerunt nobilem illum virum sibi dominari, jugulati ante ejus conspectum fuerunt. Hoc Israelitæ sunt experti; negato enim ab ipsis Christi regno, in extremas inciderunt calamitates, et mali male perierunt.

A σοῦ; Ἐγὼ γὰρ ἐλθὼν, ἔπραξα ἂν, τουτέστιν ἀπῄτησα, τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ. Τῶν μὲν γὰρ διδασκάλων ἐστὶ τὸ κατασπείρειν τοῖς ἀκροωμένοις τὸν ἐπωφελῆ καὶ σωτήριον λόγον· ἔργον δὲ ἰσχύος τῆς παρὰ Θεοῦ, τὸ καλεῖν εἰς εὐπείθειαν τοὺς ἀκροωμένους καὶ εὔκαρπον αὐτῶν ἀποφαίνειν τὸν νοῦν (1). — (A f. 258 b) Ὁ μὲν ὀκνηρὸς οἰκέτης νεκρὸν θεὶς τὸ χάρισμα καὶ μὴ ἐπεργασάμενος, γυμνὸς καὶ τοῦ δοθέντος ἔσται χαρίσματος· οἱ δὲ τὴν ἀμείνω βαδίσαντες ὁδὸν, ἐν προσθήκαις ἔσονται τῶν ἄνωθεν ἀγαθῶν. — (B. f. 175 b) Σημειωτέον δὲ ὅτι ὁ ἕτερος τῶν εὐαγγελιστῶν οἶδε καὶ ποσότητος διαφορὰς τῆς γενομένης τῶν ταλάντων διανομῆς. « Ὧ μὲν γὰρ, φησὶ, δέδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἓν, τοῖς B ἑκάστου μέτροις ἀναλόγως τὴν διανέμησιν ποιούμενος. » Τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ θαρσούμενοι, φέρε λέγωμεν. Οἱ τέλειοι τὴν ἕξιν, οἷς ἂν πρέποι καὶ ἡ στερεὰ τροφὴ, μυσταγωγεῖν εἰδότες ὀρθῶς, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἑαυτούς τε καὶ ἑτέρους ἀπευθύνοντες, ὁποῖοι γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους τὴν αὐτὴν διακονίαν διαδεξάμενοι· τούτοις ὁ Σωτὴρ τὴν τῶν θείων χαρισμάτων δίδωσι διαφοράν· ἵνα ὦσι φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες· οὗτοι νουθετοῦντες τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαοὺς, προσεργάζονται τῷ ταλάντῳ, καὶ τὸν τοῖς ἁγίοις πρέποντα κερδανοῦσι κλῆρον. — (A f. 259) Οἱ μὴ θελήσαντες ἐπ' αὐτοὺς βασιλεῦσαι τὸν ἄνθρωπον τὸν εὐγενῆ, κατεσφάγησαν C ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Τοῦτο πεπόνθασιν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· ἀρνησάμενοι γὰρ τὴν Χριστοῦ βασιλείαν, ταῖς ἐσχάταις περιπεπτώκασι συμφοραῖς, καὶ κακοὶ κακῶς ἀπολώλασιν.

V. 35. *Et duxerunt illum ad Jesum.*

Adducitur jumentum a duobus quos **393** Christus miserat discipulis: cui rei efficiendæ duo suffragantur ordines, prophetæ videlicet atque apostoli, a quibus pertracti fuerunt ad fidem ethnici, quorum figura jumentum erat. Adducitur autem e villa quadam, ut his quoque verbis iniquam ethnicorum denotet mentem, qui non civiliter sed rustice inculteque vivebant. Attamen ad mites mores conversi sunt, postquam docenti omnia Christo se submiserunt. Alius vero evangelista ait pueros quoque palmarum ramos præferentes Christo præcessisse, atque una cum discipulis laudes cecinisse [32]; ut in his etiam novum ex ethnicis populum, tanquam in tabula pictum videamus. Scriptum est enim: « Et populus qui creabitur laudabit Dominum [33]. » — Pœnales tenebras exteriores intelligit paratum diabolo angelisque ejus ignem. Hæc erit immisericordium sors.

Καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν.

(B f. 178 b, C f. 148) Ἄγεται ὁ πῶλος, δύο μαθητῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Χριστοῦ· ὑπηρετοῦσι γὰρ πρὸς τοῦτο αὐτῷ δύο τάγματα, προφῆται καὶ ἀπόστολοι δι' ὧν σαγηνεύεται εἰς πίστιν τὰ ἔθνη, ὧν ἐστι τύπος ὁ πῶλος· ἄγεται δὲ ἀπό τινος κώμης, ἵνα καὶ διὰ τούτων τὴν ἄδικον τῶν ἐθνῶν καταδείξῃ φρένα, οὐκ ἐννόμως, ἀλλ' ἀγρίως καὶ ἀτημελῶς ζησάντων. Πλὴν μετέστη ἐπὶ τὸ ἥμερον· γέγονε γὰρ ὑπὸ Χριστῷ τῷ πάντα διδάσκοντι. Ἕτερος δὲ εὐαγ- D γελιστὴς, καὶ παῖδας ἔφη βαΐα φοινίκων ἀνατείνοντας προτρέχειν αὐτοῦ, καὶ ὁμοῦ τοῖς μαθηταῖς δοξολογεῖν· ἵνα καὶ δι' αὐτῶν τὸν νέον καὶ ἐξ ἐθνῶν λαὸν, ὥσπερ ἐν πίνακι γεγραμμένον ἴδωμεν· γέγραπται γάρ· « Καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον. » — (I f. 106 b) Τὸν τῆς κολάσεως δηλονότι τὸν ἐξώτερον σκότον, τὸν ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ: οὗτος τῶν ἀφιλοικτιρμόνων ὁ κλῆρος (2).

[31] Matth. xxv, 15. [32] Matth. xxi, 8; Marc. xi, 8; Joan. xii, 13. [33] Psal. ci. 19.

(1) Animadverte divinæ necessitatem gratiæ ad mentes hominum permovendas; sine qua sacri concionatores frustra declamant.

(2) Fragmentum hoc citatur nominatim ex Cyrillo in Lucæ Evangelium a catena Ottob. Vat. in prophetas, p. 106. Hic autem conjecturaliter ego collocavi, quia in loco parallelo Matth. xxv, 30 (ad quem solet provocare Cyrillus) servus piger, qui talentum abscondit, in tenebras exteriores ejicitur.

Πορευομένου δὲ αὐτοῦ, κ. τ. λ.

A (A f. 260) Ἀνῄει μὲν εἰς Ἱεροσόλυμα Χριστὸς, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας καὶ ζωῆς ἀνατλῆναι σταυρόν· ἐπεκάθισέ τε τῷ πώλῳ· προσυπήντων δὲ τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι, καὶ παῖδες ἄνηβοι σὺν αὐτοῖς, καὶ πολλαῖς αὐτὸν εὐφημίαις καὶ κρότοις ἠπείγοντο στεφανοῦν· οἱ μὲν γὰρ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ τὰ ἱμάτια ἑαυτῶν, οἱ δὲ βραχεῖαν ἔτι κομιδῇ τὴν ἡλικίαν ἔχοντες, τὰ κάλυντρα (1) τῶν φοινίκων ἀνατείνοντες ὑψοῦ, ᾠδὴν ἐποιοῦντο Χριστὸν, λέγοντες· Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ· οὐκέτι τοῦ Θεοῦ ἡμῖν ἐκπεπολεμωμένου, ἀλλ' ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ περιπατοῦντος, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δοξαζομένου· ὁ γὰρ ἄνω βασιλεὺς κατέβη κάτω, καὶ μίαν ὑπακοὴν (2) πεποίηκεν.

B *Καί τινες τῶν Φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου εἶπον*, κ. τ. λ.

(A f. 260 b) Ἀλλ' οὐκ ἐδόκει συμφέρεσθαι ταῖς τοῦ πλήθους σπουδαῖς τοῖς καθηγεῖσθαι λαχοῦσιν· ὑπέτριζον γὰρ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν, καὶ πρὸς τὴν τῶν παίδων ταύτην φωνὴν ἠγανάκτουν οἱ βάσκανοι Φαρισαῖοι, ἐπειδὴ ὁρώμενος ἄνθρωπος τὴν Θεῷ πρέπουσαν ὑμνολογίαν ἐδέχετο· καὶ δὴ καὶ προσῄεσαν οἱ θρασεῖς, μονονουχὶ διαμαρτυρόμενοί τε καὶ λέγοντες· « Οὐκ ἀκούεις τί οὗτοι λέγουσι; » ἀντὶ τοῦ, Ἄνθρωπος ὢν ἀνέχῃ δοξολογούμενος καὶ ὡς Θεὸς ὑμνούμενος, καὶ τὰς Θεῷ πρεπούσας εὐφημίας δέχῃ παρὰ τῶν παίδων; Καὶ τί πρὸς ταῦτα Χριστός; Ἠγανάκτησεν ἄρα κατὰ τῶν παίδων; ἀπεσείσατο τὴν δοξολογίαν; ἐπετίμησε τοῖς εὐφημοῦσιν αὐτὸν ὡς Θεόν; C Οὐδαμῶς· ἔφη γὰρ μᾶλλον πρὸς τοὺς φιλεγκλήμονας, ἐπιστομίζων αὐτοὺς, ὅτι « Ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκράξονται. » Ὁρᾷς, ὅπως προσμεμαρτύρηκεν ἑαυτῷ τὴν τῆς θεότητος δόξαν, ὁ ἐποχούμενος τῷ πώλῳ καὶ κατὰ σάρκα υἱὸς Δαβίδ; Ἀλλ' οὐχ ἦν δόξης ἀλλοτρίας κοινωνὸς, ὡς οἱ χριστομάχοι φασὶν (3), ἀλλ' οὐδὲ ὕστερος παρὰ τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον ὡς Υἱὸς κατὰ μόνας· διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς, καὶ Κύριος, καὶ Ὕψιστος ὀνομάζεται.

Καὶ ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ, λέγων, κ. τ. λ.

(A f. 260 b) Ἔφη που διὰ φωνῆς Ἱερεμίου ὁ τῶν ὅλων Θεὸς περὶ τῶν Ἰουδαίων· « Ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτοὺς, ὅτι ἀπεδοκίμασεν αὐτοὺς ὁ Κύριος. » Καὶ πάλιν· « Ἄκουε, γῆ, ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον κακὰ, τὸν καρπὸν D ἀποστροφῆς αὐτῶν, ὅτι τῷ λόγῳ μου οὐ προσέσχον, καὶ τὸν νόμον μου ἀπώσαντο. » Καρποὶ τοίνυν γεγόνασι τῆς αὐτῶν ἀποστροφῆς, τὰ συμβεβηκότα αὐτοῖς σκυθρωπὰ δηλονότι· πλὴν καὶ οὕτως ἔχοντας γνώμης, κατηλέει Χριστὸς, « Ὃς πάντας ἀνθρώπους θέ-

V. 36. *Eunte autem illo*, etc.

Pergebat Hierosolyma Christus, ut pro omnium salute ac vita crucem pateretur. Asello autem insidebat, occurrebantque ei Judæorum turbæ unaque pueri impuberes, multisque eum acclamationibus plausibusque certabant ornare. Nam turbæ quidem vestimenta sua sternebant in via; tenera vero adhuc ætate pueri, erectas palmarum spathulas manu tenentes, canticum Christo accinebant dicentes: Pax in cœlo, quia Deus jam nobis non est adversus, sed in regione nostra, qui ei olim invisi fuimus, incedit; ideoque ab angelis collaudatur. Nam Rex supernus deorsum venit, et unum ab utroque cœtu hymnum elicuit.

V. 39. *Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt*, etc.

Sed enim principibus visum non est populi **394** studiis suffragari: nam dentibus potius stridebant, et puerorum vocem stomachabantur invidi Pharisæi, quia cum is homo appareret, convenientem Deo hymnologiam excipiebat. Quin et audacter accedebant, contestantes dicentesque: « Nonne audis quænam hi dicunt? » Nempe: Homo cum sis, pateris te glorificari et tanquam Deum hymnis celebrari? Deo, inquam, congruas laudes a pueris excipis? Quid porro ad hæc Christus? Num pueris indignatus est? num hymnum repulit? aut se veluti Deum laudantes increpuit? Nequaquam. Imo potius calumniatoribus ait, silentium indicens: « Etiamsi hi taceant, lapides ipsi clamabunt. » Viden' quomodo divinitatis gloriam proprio testimonio sibi vindicavit, is qui jumento insidebat, et Davidis filius secundum carnem erat? Sed reapse alienam a se majestatem non participabat, ut Christi hostes aiunt; neque inferior erat Dei Patris Verbo, ceu si Filius alius seorsum esset. Propterea et Deus, et Dominus, et Altissimus appellatur.

V. 4. *Et ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam, dicens*, etc.

Dixit quodam loco ore Jeremiæ universalis Deus de Judæis: « Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus reprobavit illos [34]. » Item: « Audi, terra: ecce ego adducam super populum istum mala, fructum apostasiæ ipsorum; quia sermoni meo non auscultarunt, et legem meam abjecerunt [35]. » Fructus ergo apostasiæ ipsorum fuerunt, ea quæ experti sunt tristia. Qui cum ita se haberent, eorum nihilominus miserebatur Christus, « Qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem verita-

[34] Jerem. VI, 30. [35] ibid. 19.

(1) Animadverte vocabulum, ut supra ad Luc. XIII, 35.

(2) Ὑπακοὴ, vel ὑπακουὴ, in ecclesiastico Græcorum sermone hymni genus est, de quo Cangius in Glossario, et citatus ab eo Goarius. Sane de hymno hic loqui Cyrillus videtur. Cæteroqui pervulgata notio vocabuli ὑπακοὴ *obedientia* est. Quamobrem haud scio an quis malet interpretari *cunctosque sibi obedientes fecit*.

(3) Adhuc manifeste theologiceque invehitur contra Nestorianos.

tis venire [36]. » Itaque « Videns, inquit, civitatem, flevit; » ut hinc cognoscamus, eum mœstum fuisse, si tamen quid hujusmodi de supremo Deo dicendum est. Sed nos haud sciremus Christum perversos illos fuisse miseratum, nisi humano **395** actu id manifestasset, quod nos eum pati cognoscere non poteramus. Nam lacryma emissa, tristitiæ indicium est. Sic etiam super Lazaro flevit, ut intelligamus moleste eum tulisse, hominis naturam in mortem incidisse. « Ipse enim omnia condidit ad immortalitatem; invidia autem diaboli, mors in orbem terrarum introivit [37]. » Reapse tamen haud superavit Dei voluntatem invidia diaboli; sed necesse fuit ut mandati transgressionem subsequeretur pœna, quæ ad exterminium conferret hominem, qui vitæ leges contempserat. Sic igitur flevisse Christum super Hierosolyma dicimus. Voluisset enim, ut dixit, eam urbem felicem videre, admissa erga Christum fide, et pace cum Deo conservata. In hoc ergo reprehendit civitatem Christus, aitque: « Si cognovisses quæ ad pacem tuam sunt! » Id est, quæ utilia tibi ac necessaria sunt, ut pacem cum Deo retineas. Porro hæc erant fides, obedientia, figurarum cultusque legalis omissio, proque eo ille qui in spiritu et veritate fit, id est per Christum.

V. 42. *Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.*

Non enim digni erant cognoscere, sive intelligere inspiratas Scripturas, quæ Christi sacramentum loquuntur. « Nam usque in hodiernum diem idem manet velamen in Veteris Testamenti lectione. Cum enim legitur Moyses, velamen supra cor illorum jacet non revelatum [38], » id est, quin agnoscant quoniam in Christo evacuatur; qui cum sit veritas, umbram destruit. Sed quia legis figuris non attenderunt, ideo veritatem non agnoverunt; indignosque se Christi salute Israelitæ ostenderunt. Propterea et sancto Dei decreto obtenebrati sunt; nempe abscondita Hierosolymorum urbi fuerunt, quæ ad pacem cum Deo fovendam conferebant, quorum prima est fides, impium justificans, et per sanctificationem atque justitiam Deo conjungens quicunque ea præditi sunt.

V. 44. *Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.*

Cujusnam visitationis? illius, inquam, **396** quæ a communi Servatore nostro Christo peracta fuit. Jam rei exitus exploratus est. Nam qui crediderant, extra urbis excidium fuerunt, quia visitatorem Servatoremque suum agnoverunt, nihil turbata a Romanis ipsorum pace. Quare si universa pariter civitas quæ ipsius paci conducebant agnovisset, nemo captus periisset.

V. 45. *Ingressus in templum cœpit ejicere vendentes in illo et ementes.*

Erat in templo colluvies hominum, pecuniæ scilicet negotiatores, et qui animalia legali ritu ma-

A λει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. » Καὶ γοῦν, ἰδὼν, φησὶ, τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν, ἵνα διὰ τούτου μάθωμεν ὅτι λελύπηται· εἴπερ ὅλως χρή τι τοιοῦτον εἰπεῖν περὶ τοῦ πάντων ἐπέκεινα Θεοῦ. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔγνωμεν ἡμεῖς ὅτι κακοὺς ὄντας ἠλέει, εἰ μὴ διὰ πράγματος ἀνθρωπίνου κατέστησεν ἐναργὲς, ὅπερ οὐκ ἦν ἰδεῖν πεπονθότα· δάκρυον γὰρ κατενεχθὲν, λύπης ἐστὶ σημεῖον. Οὕτω δεδάκρυκε καὶ ἐπὶ Λαζάρῳ, ἵνα συνῶμεν ὅτι λελύπηκεν αὐτὸν ἡ ἀνθρώπου φύσις πεσοῦσα πρὸς θάνατον· « Ἔκτισε γὰρ αὐτὸς ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ τὰ πάντα· φθόνῳ δὲ διαβόλου, θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. » Ἀλλ' οὐ γέγονε κρείττων τῶν τοῦ κτίσαντος θελημάτων ὁ τοῦ διαβόλου φθόνος· ἦν δὲ ἀναγκαῖον τῇ παραβάσει τῆς ἐντολῆς ἀκολουθῆσαι δίκην καταφέρουσαν εἰς φθορὰν

B τὸν ἀτιμάσαντα νόμους ζωῆς. Οὕτω τοιγαροῦν δακρῦσαι φαμὲν αὐτὸν καὶ ἐπί γε τῇ Ἱερουσαλήμ· ἤθελε γὰρ, ὡς ἔφην, εὐδοκιμοῦσαν ὁρᾷν, διὰ τοῦ τὴν πρὸς αὐτὸν προσήκασθαι πίστιν, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν εἰρήνην ἀσπάσασθαι. Αἰτιᾶται τοίνυν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ Χριστὸς, καί φησιν· « Εἰ ἔγνως τὰ πρὸς εἰρήνην σου καὶ σύ· » τουτέστι, Τὰ χρήσιμά σοι καὶ ἀναγκαῖα πρὸς τὸ εἰρηνεῦσαι πρὸς Θεόν. Ταῦτα δὲ ἦν, ἡ πίστις, ἡ ὑπακοὴ, τὸ ἀπέχεσθαι τῶν τύπων καὶ τῆς ἐν νόμῳ λατρείας· ἀνθελέσθαι δὲ μᾶλλον τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, δῆλον δὲ ὅτι τὴν διὰ Χριστοῦ.

Νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου.

(A f. 260 b) Οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι τοῦ εἰδέναι, ἤγουν συνιέναι, τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς, αἳ τὸ Χριστοῦ

C λαλοῦσι μυστήριον· « Ἄχρι γὰρ σήμερον τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης μένει· ἡνίκα γὰρ ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται μὴ ἀνακαλυπτόμενον, » ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται· αὐτὸς γὰρ ὢν ἡ ἀλήθεια, παύει τὴν σκιάν· ἐπειδὴ δὲ τοῖς τοῦ νόμου τύποις οὐ προσεσχήκασιν, οὐ τεθέανται τὴν ἀλήθειαν· ἀναξίους ἀπέφηναν ἑαυτοὺς τῆς ἐν Χριστῷ σωτηρίας οἱ ἐξ Ἰσραήλ. Ταύτῃ τοι καὶ ὁσίᾳ ψήφῳ Θεοῦ κατεκρύπτοντο· κέκρυπται τοίνυν ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὰ τῆς πρὸς Θεὸν εἰρήνης ἐμποιητικὰ, ὧν ἓν ἐστι καὶ πρῶτον ἡ πίστις, δικαιοῦσα τὸν ἀσεβῆ καὶ συνάπτουσα δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης τῷ πανάγνῳ Θεῷ τοὺς ἔχοντας αὐτήν.

Ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου.

D (A f. 261) Ποίας ἐπισκοπῆς; Τῆς διά γε, φημὶ, τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· καί φανερὰ ἡ ἔκβασις. Καὶ γὰρ οἱ πιστεύσαντες, τῆς ἁλώσεως ὑπέρτεροι γεγόνασι, γνόντες τὸν ἐλθόντα αὐτοὺς ἐπισκέψασθαι καὶ σῶσαι, καὶ ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων εἰρήνην σχόντες· ὥστε εἰ καὶ πᾶσα ἡ πόλις ἔγνω τὰ πρὸς εἰρήνην αὐτῇ συντελοῦντα, οὐδεὶς ἂν ἑάλω.

Εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας ἐν αὐτῷ καὶ ἀγοράζοντας.

(A f. 261 a b) Ἦν μὲν ἐν τῷ ἱερῷ πληθὺς, ἀργυραμοιβοὶ, καὶ οἱ τὰ θυόμενα κατὰ νόμον ζῶα πω-

[36] I Tim. II, 4. [37] Sap. II, 23. [38] II Cor. III, 14, 15.

λοῦντες. Ἀλλ' ἦν ἤδη καιρὸς τοῦ καταλῆξαι τὴν σκιὰν, ἀναλάμψαι δὲ τὴν ἐν Χριστῷ ἀλήθειαν. Διὰ τοῦτο Χριστὸς, ἅτε δὴ μετὰ τοῦ ἰδίου Πατρὸς ἐν τῷ παρ' αὐτοῖς νεῷ τιμώμενος, συστέλλεσθαι τὰ ἐν νόμῳ προστέταχεν, οἶκον δὲ προσευχῆς ἀναδείκνυσθαι τὸν ναόν. Τὸ γὰρ ἐπιπλήττειν καὶ ἀποσοβεῖν τῶν ἱερῶν περιβόλων τοὺς τὰ εἰς θυσίαν χρήσιμα διαπιπράσκοντας, τοῦτο πάντως ἐστὶ, καὶ ἕτερον οὐδέν. — (A f. 261 b, B f. 180 b) Ὁ μὲν τῶν ὅλων Σωτὴρ καὶ Κύριος χρησίμως τοῦτο ποιεῖ, ἐμφανῆ καθιστὰς τοῖς Ἰουδαίοις τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ · ὡς γὰρ ἐξουσίαν ἔχων τοῦ ναοῦ, ἐπεμελεῖτο αὐτοῦ · καὶ δὴ καὶ ὠνόμαζε Πατέρα ἴδιον τὸν Θεόν · ὡς γὰρ ἄλλος φησὶν εὐαγγελιστὴς, τοῖς ἐμπόροις ἔφη · « Μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορίου. » Καὶ πάλιν · « Γέγραπται · Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται · ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ποιεῖτε σπήλαιον λῃστῶν. » Διὰ δὲ τοῦ ἐκβάλλειν τὰ πρὸς τὴν θυσίαν ἐπιτήδεια ζῶα, δείκνυσιν ὅτι καιρὸς λοιπὸν παύσασθαι τὴν νομικὴν λατρείαν, καὶ τὴν σκιὰν καταλῆξαι τῇ τῆς ἀληθείας παρουσίᾳ. Τὸ δὲ καὶ φραγέλλιον ἐκ σχοινίων ποιῆσαι, καὶ ἀπειλῆσαι πληγὰς ἐπανατείνειν αὐτοῖς, δηλοῖ ὅτι οἱ τὴν νομικὴν τιμῶντες λατρείαν, μετὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἀνάδειξιν, ἅτε πνεῦμα δουλείας ἔχοντες, καὶ τὸ ἐλευθεροῦσθαι παραιτούμενοι, ὑπὸ μάστιγας ἔσονται δουλοπρεπεῖς. Ὅρα τὴν καταφρόνησιν αὐτῶν · ἐν τῷ ναῷ γὰρ ἐκαπήλευον, καὶ οἱ μὲν ἐπώλουν τὰ πρὸς θυσίαν ἐπιτήδεια τοῖς χρῄζουσι, πρόβατα λέγω, καὶ βόας, καὶ περιστερὰς, ὡς ὁ Ἰωάννης ἐδήλωσε, καὶ εἴ τι τοιοῦτον · οἱ δὲ ἠγόραζον. Κολλυβισταὶ δέ εἰσιν οἱ τραπεζῖται · κόλλυβος γὰρ ὁ ὀβολὸς (1), καὶ κολλυβίζω λέγεται τὸ καταλλάσσω (ὡς ἡ συνήθεια καταλλάσσει τὰ ὀνόματα) [hæc sunt in marg. cod. B]. Εἰσῆλθεν οὖν ὁ Χριστὸς εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ παῤῥησίας ὡς Δεσπότης, καὶ τὴν ἐκβολὴν τῶν ῥηθέντων ἐποιήσατο, τήν τε κατὰ πάντων ἐξουσίαν ὡς Θεὸς, ἣν εἶχε, παραγυμνῶν, καὶ τῇ ἀναμαρτησίᾳ τεθαῤῥηκὼς, καὶ τοῦτο δὲ προδηλῶν τὴν ἐκβολὴν τῶν δι' αἵματος θυσιῶν, ἅμα δὲ καὶ παιδεύων ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας παῤῥησιάζεσθαι. — (A f. 261 b) Ἔδει δὴ οὖν προσκυνῆσαι μᾶλλον αὐτῷ ὡς Θεῷ · οἱ δὲ τοῦτο μὲν οὐ πεπράχασιν · ἐζήτουν δὲ αὐτὸν ἀπολέσαι, ἀλλ' οὐχ εὕρισκον · ὁ γὰρ λαὸς ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων, φορτικωτέραν τοῖς Γραμματεῦσι καὶ Φαρισαίοις καὶ ἅπασι τοῖς ἡγουμένοις τῶν Ἰουδαίων ἀποφαίνων τὴν κόλασιν, μήτε προσιεμένοις τὴν πίστιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑτέροις ἐπισκήπτουσιν.

ΚΕΦΑΛ. Κ'.

Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς;

(A f. 261 b, C f. 148 b, D f. 65 b) Ὁ νόμος, φη-

ctanda vendebant. Sed jam tempus aderat, quo umbra desineret, veritas autem rerum Christi elucesceret. Propterea Christus, utpote in illorum templo cum suo pariter Patre cultus, cessare legalia jussit, domum vero orationis templum fieri. Nam quod increpuit sacrisque septis ejecit eos qui sacrificio idonea vendebant, id, inquam, nihil profecto aliud demonstrabat. — Communis quidem Servator ac Dominus utiliter hoc agit, suam conspicuam Judæis faciens majestatem, ut se esse Dei Filium credant. Nam tanquam templi potestatem habens, curam ejus gerebat. Quin et Deum Patrem sibi esse dicebat, atque ut alius evangelista ait, negotiatoribus dixit: « Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis [39]. » Itemque: « Scriptum est: Domus mea, domus orationis est; vos autem fecistis eam speluncam latronum [40]. » Dum autem idonea sacrificio animalia ejecit, demonstrat tempus jam adesse quo legalis cultus desineret, et umbræ finis fieret, ob veritatis præsentiam. Quod denique flagellum quoque de funiculis fecerit, plagasque Judæis imponere comminatus sit, id demonstrat eos, qui legalem reverebantur cultum, post veritatis manifestationem, ceu spiritum servitutis habentes, et liberari renuentes, plagis servilibus suppositum iri. Specta, sodes, sacri loci contemptum; namque in templo negotiabantur: et alii quidem vendebant idonea sacrificiis animalia, oves dico, boves, atque
397 etiam columbas, ut Joannes narrat [41], et alia hujusmodi: alii vero emebant. Κολλυβισταὶ autem sunt mensarii; nam κόλλυβος nummus est, et κολλυβίζω dicitur negotior (sic enim solet consuetudo nomina immutare). Introiit itaque Christus in templum cum fiducia, ut Dominus, et prædicta expulit, suamque omnium rerum quam habebat potestatem revelavit: propria simul impeccantia fretus, et quia decorem domus suæ curabat, simulque denotabat cruentarum victimarum finem; denique ut nos pro Ecclesia audere doceret. — Debuerant hunc adorare ut Deum; hi vero nedum hoc facerent, ipsum potius volebant exstinguere, quod tamen haud potuerunt; etenim populus ab ejus loquentis ore pendebat; quo facto graviorem Scribis et Pharisæis et cunctis Judæorum principibus pœnam inurebat, qui nec ipsi ad fidem accedebant, et aliis molesti erant.

CAP. XX.

V. 2. *In qua potestate hæc facis?*

Moysis lex solos, ut aiebant, attingere sacerdota-

[39] Joan. II, 16. [40] Luc. XIX, 46. [41] Joan. II, 15, 16.

(1) Prorsus ut Aristophanis scholiastes ad *Pac.* 1199: Εἶδος εὐτελοῦς νομίσματος · ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ ὀβολοῦ. Pollux quoque IX, 72. εἴη δ' ἂν κόλλυβον λεπτόν τι νομισμάτιον. Sic etiam Hesychius et Thomas Magister. Agnoscunt ipsi Latini auctores. Jam quod Phrynichus ed. Paw. p. 192, reprehendit vocabulum κολλυβιστής, contra Menandri auctoritatem, scrupulosius id facere videtur; namque et Lucæ et Cyrilli exemplis confirmatur. Et quidem Cyrillus superius scribit ἀργυραμοιβός, ut vult Phrynichus, sed tamen non rejicit κολλυβιστής, quod consuetudine ita immutatum dicitur.

lia officia Levitas mandabat : ipsi res divini templi administrabant, ipsis religiosam doctrinam tradere datum erat, et sacrorum septorum commissa potestas. Tu vero, inquiebant, ex alia oriundus tribu, quippe de Judæ posteris, cur concessos nobis usurpas honores? Quis tibi hanc potestatem contulit? Atqui si inspiratas a Deo, o insipiens Pharisæe, calleres Scripturas, meminisses utique beati prophetæ Davidis universali Servatori Christo dicentis : « Juravit Dominus, et non pœnitebit eum : Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec[62]. » Dic igitur, quæso, quisnam de Scribis aut Pharisæis Deo ministraverit secundum ordinem Melchisedeci, **398** qui Abrahamo benedixit decimasque obtulit? Ut autem sapientissimus scribit Paulus, « Sine ulla contradictione quod minus est a meliore benedicitur[63]. » Ergo radix atque origo Israelitarum, id est, progenitor Abrahamus, a Melchisedeci sacerdotio benedictionem retulit. Figura autem erat Melchisedec, ejusque sacerdotium, communis Servatoris Christi, qui factus est nobis pontifex et apostolus[64], Deo Patri offerens credentes in ipsum, per cultum qui supra legem est, perficiens sanctificationem. Cur ergo ægre fers, quod sacris septis quæ sacrificiis legalibus utilia sunt expulerit? quod ad superiorem figuris vitam, veramque in fide justificationem invitet? quod denique evangelici moris viam demonstret? Objicis, sodes, legislatori legis abrogationem, et quod propriis non obediat mandatis? Atqui supra omnem legem Deus est. Nam qui leges non tam sui quam nostri causa tulit, tempore idoneo imperata pro libito immutat, et in meliora convertit. Jam ergo tempus aderat quo figuræ desinerent, et meliora nobis patefierent. Propterea dixit Deus Isaiæ (1) voce : « Et dissipabuntur legitima populi mei : » lex enim fit cassa, novo subeunte instituto quod ipse ore proprio Filius nobis edisseruit. — Propterea his quoque interrogantibus, « In qua potestate hæc facis? » occurrit Servator, illata de Joannis baptismo mentione. Illi autem veritatem fugiunt, et impie agere non verentur. Deus quidem Pater præmisit beatum Baptistam clamantem : « Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri[65]. » De quo sapientissimus quoque evangelista dicit : « Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine[66]. » Testatus est autem dicens : « Hic est qui baptizat in Spiritu sancto, » et : « Ipse Filius Dei est[67]. » Idoneus itaque testis de Christo magnus beatus Baptista. Quia vero consuetudo erat Judæorum obtrectandi prophetis, quasi a Deo **399** minime missis, interrogavit Christus, quamnam ipsi de Baptista opinionem gererent? At illi veritatem quidem dicere metuerunt, ne forte audirent : Cur ergo ei non credidistis? Ab

A σὶν, ὁ διὰ Μωϋσέως μόνους ἐκέλευσε τῶν ἱερῶν ἅπτεσθαι σπουδασμάτων, τοὺς ἐξ αἵματος Λευΐ· αὐτοὶ διατάττουσι τὰ ἐν τῷ θείῳ ναῷ, αὐτοῖς δέδοται τὸ μυσταγωγεῖν, καὶ ἡ τῶν ἱερῶν περιβόλων ἐξουσία. Σὺ δὲ πῶς ἐξ ἑτέρας ὑπάρχων φυλῆς, (γέγονας γὰρ ἐξ Ἰούδα) τὰς ἡμῖν ἐκνεμηθείσας ἁρπάζεις τιμάς; — (A f. 262) Τίς σοι δέδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην; Ἀλλ' εἰ τὰς θεοπνεύστους ᾔδεις Γραφὰς, ὦ ἀσύνετε Φαρισαῖε, ἐμνήσθης ἂν λέγοντος τοῦ μακαρίου προφήτου Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα Χριστόν· « Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται. Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν τοῦ Μελχισεδέκ. » Φράζε δὴ οὖν, τίς ἐκ τῶν Γραμματέων ἢ Φαρισαίων λελειτούργηκε τῷ Θεῷ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ὃς ηὐλόγηκέ τε καὶ δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ; Ὡς δὲ ὁ B πάνσοφος γράφει Παῦλος, « Χωρὶς πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. » Οὐκοῦν ἡ ῥίζα καὶ ἡ ἀπαρχὴ τῆς γενέσεως τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, τουτέστιν, ὁ προπάτωρ Ἀβραὰμ, ὑπὸ τῆς τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερωσύνης ηὐλόγηται. Τύπος δὲ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ἱερωσύνη, τοῦ πάντων Σωτῆρος Χριστοῦ, ὃς γέγονεν ἡμῖν ἀρχιερεὺς καὶ ἀπόστολος, προσάγων τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τοὺς πεπιστευκότας εἰς αὐτὸν, διὰ [τῆς] ὑπὲρ νόμον λατρείας τελειῶν εἰς ἁγιασμόν. Τί τοίνυν ἀσχάλλεις, Φαρισαῖε, τῶν ἱερῶν περιβόλων ἐκπεμπομένων, ὅσα ταῖς κατὰ νόμον θυσίαις ἦν χρήσιμα, καλοῦντος εἰς τὴν ἐπέκεινα τύπων ζωὴν, καὶ εἰς ἀληθῆ δικαίωσιν, τὴν διὰ πίστεως δηλονότι τῆς εἰς Χριστὸν, καὶ παρατιθέντος τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν ὁδόν; Ἐγκαλεῖς, εἰπέ C μοι, τῷ νομοθέτῃ τοῦ νόμου τὴν λύσιν, καὶ ὅτι μὴ ταῖς ἰδίαις ἠκολούθησεν ἐντολαῖς; Ἀλλὰ νόμου παντὸς ἐπέκεινα Θεός· ὁ γὰρ τοὺς νόμους οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον ἀλλ' ἡμῖν ὁρισάμενος, μεθίστησι κατὰ καιροὺς ἐφ' ὅπερ ἂν βούλοιτο τὰ διατεταγμένα, ἀναφέρων εἰς βελτίονα. Ἦν οὖν καιρὸς τοῦ παύσασθαι τὰ ἐν τύποις, ἀναδειχθῆναι δὲ τὰ κρείττονα. Καὶ γοῦν ἔφη που Θεὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου· « Καὶ ἀφανισθήσεται νόμιμα λαοῦ μου· » Ἤργησε γὰρ τῆς νέας ἐντολῆς ἀναδεδειγμένης, ἣν δι' ἑαυτοῦ λελάληκεν ἡμῖν ὁ Υἱός. — (A f. 262, B f. 181 b) Κατὰ ταῦτα καὶ τούτοις ἐρωτῶσιν, « Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; » ἀνθυπήνεγκεν ὁ Σωτὴρ τὰ περὶ τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου. Οἱ δὲ φεύγουσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ δυσσεβοῦντες οὐ καταπεφρίκασιν. D Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς καὶ Πατὴρ προαπέστειλε τὸν μακάριον Βαπτιστὴν διακεκραγότα· « Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Περὶ οὗ φησι καὶ ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστής· « Οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός. » Μεμαρτύρηκε δὲ λέγων, ὅτι « Οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· » καὶ ὅτι « Αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. » Ἀξιόχρεως μὲν οὖν εἰς μαρτυρίαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ, μέγας ὤν, ὁ μακάριος Βαπτιστής. Ἐπειδὴ

[62] Psal. cix, 4. [63] Hebr. vii, 7. [64] Hebr. iii, 1. [65] Isa. xl, 3; Luc. iii, 4. [66] Joan. i, 7. [67] Joan. i, 33, 34.

(1) Imo dicendum est *Michææ* vi, 15. Alias hujusmodi alibi fecimus emendationes.

δὲ ἔθος ἦν τοῖς Ἰουδαίοις διαβάλλειν τοὺς προφήτας, A ὡς οὐκ ἀπεσταλμένους παρὰ Θεοῦ, ἤρετο Χριστὸς, ὁποίαν περὶ τοῦ Βαπτιστοῦ τὴν δόξαν ἐσχήκασιν. Οἱ δὲ δεδίασι μὲν εἰπεῖν τὸ ἀληθὲς, ἵνα μὴ ἀκούσωσι· Διὰ τί μὴ ἐπιστεύσατε αὐτῷ; Φεύγουσι δὲ τὸ κατηγορεῖν τοῦ Προδρόμου, δεδιότες οὐ Θεὸν, ἀλλὰ τοὺς ὄχλους. Ἐπεὶ δὲ μὴ εἰδέναι ὁπόθεν εἴη τὸ βάπτισμα Ἰωάννου προσεποιοῦντο, καὶ ἐκακούργουν, εἰκότως οὐδὲν αὐτοῖς ἀποκρίνεται.

Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, κ. τ. λ.

(A f. 262, B f. 182, C f. 149, D f. 66) Ὅλην εὑρήσει τις τὴν ἐπί γε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἱστορίαν ἐν τούτοις, ὡς ἐν βραχέσι συνενηνεγμένην. Ἀμπελὼν γὰρ, ὁ Ἰσραὴλ, ὡς ὁ Ψαλμῳδός φησιν· « Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας, ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν. » Καὶ ὁ Ἡσαΐας· « Ἀμπελὼν ἐγενήθη, φησὶ, τῷ ἠγαπημένῳ. » Τοῦτον τὸν ἀμπελῶνα φυ- B τεύσας ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ (τοῦτον γὰρ ἄνθρωπον νῦν λέγει διὰ τὸ φιλάνθρωπον καὶ τὸ τῆς παραβολῆς ἔθος), ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς· καίτοι πληροῖ τὰ πάντα, ἀπολιμπάνεται δὲ τῶν ὄντων οὐδενός· πῶς οὖν ἀπεδήμησε; Μετὰ τὸ ὀφθῆναι ἐν εἴδει πυρὸς καταβεβηκὼς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, καὶ τὴν ἄρρητον μορφὴν ἐμφανῆ δεῖξαι αὐτοῖς, οὐκέτι τὴν αὐτοῦ παρουσίαν ὀφθαλμοφανῆ δέδωκεν αὐτοῖς, ἀλλ' ὡς κατά γε τὸν τύπον τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ἔοικέ πως ἀποδημίᾳ μακρᾷ τὸ γεγενημένον. Πλὴν ὁρᾶται πεφροντικὼς τοῦ χωρίου, καὶ εἰς νοῦν ἔχειν αὐτό· οὐδεὶς γὰρ γέγονε διὰ μέσου καιρὸς, καθ' ὃν οὐκ ἀπεστέλλοντο παρὰ τοῦ Θεοῦ προφῆται καὶ δίκαιοι νουθετοῦντες· ἀλλ' ἧ φησιν Ἱερεμίας· « Ἰδοὺ τὸ ῥῆμα Κυρίου ἐγενήθη αὐτοῖς C εἰς ὀνειδισμόν· οὐ μὴ βουληθῶσιν αὐτοῦ ἀκοῦσαι. » Γεγόνασιν ἀπειθεῖς, καὶ ἀτιμάσαντες τοὺς ἀπεσταλμένους, ἐξαπέστειλαν κενούς. Διαλογίζεται δὲ καθ' ἑαυτὸν ὁ τοῦ ἀμπελῶνος δεσπότης, λέγων· « Τί ποιήσω; » Οὐχ ὡς ἑτέρων ἀπορήσας οἰκετῶν, τὸ, « Τί ποιήσω; » φησίν· οὐ γὰρ ἂν ἐπέλειψαν αὐτῷ τῶν ἁγίων αὐτοῦ θελημάτων οἱ ὑπουργοί· ἀλλ' ὡς πάσης ἰατρικῆς μεθόδου γεγενημένης, ὠφεληθέντος γε μὴν ἐκείνου μηδέν. Εἶτά φησι τὸ ἐντεῦθεν· « Πέμψω τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἐντραπήσονται. » Οἱ δὲ ἐπαγωνίζονται τοῖς μιάσμασιν, ἀεὶ τὰ πρότερα τοῖς δευτέροις ἀποκρύπτοντες· ὃ καὶ αὐτὸς δηλῶν ἔλεγε· « Πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. » Ἄνωθεν γὰρ αὐτοῖς ταῦτα ἐνεκάλουν οἱ προφῆται, λέγοντες· « Αἱ χεῖρες ὑμῶν, D αἵματος πλήρεις. » Καί· « Αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι. » Καί· « Οἰκοδομοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασιν. » Ἀλλ' οὐκ ἐσωφρονίζοντο, καίτοι ταύτην πρώτην λαβόντες τὴν ἐντολὴν, τὸ, « Οὐ φονεύσεις· » καὶ διὰ πολλῶν καὶ παντοδαπῶν, εἰς τὴν φυλακὴν τῆς ἐντολῆς ταύτης ἐναγόμενοι. Ἀλλ' ὅμως τὴν πονηρὰν ἐκείνην οὐκ ἀπέθεντο συνήθειαν· ἀλλὰ μετὰ τοὺς προφήτας, καὶ τὸν φύσει Υἱὸν ἀπεκτόνασιν. — (A f. 262 b) Ἐκβέβληνται τοίνυν οἱ τῶν Ἰουδαίων ἡγούμενοι, ὡς καὶ Δεσποτικοῖς θελήμασιν ἀντενηνεγμένοι, καὶ ἄκαρπον ἀποφήναντες τὸν ἐγχειρισθέντα αὐτοῖς

accusando autem Præcursore abstinent, non Dei sed populi timore. Jam quia se nescire undenam esset Joannis baptismus simulabant, malitioseque agebant, merito nihil eis responsum fuit.

V. 9. *Homo quidam plantavit vineam*, etc.

Totam possumus comperire filiorum Israelis his verbis breviter comprehensam historiam. Nam vinea est Israel, ut ait Psalmista : « Vitem ex Ægypto transtulisti, ejecisti gentes, et plantasti eam [48]. » Præterea Isaias : « Vinea facta est, inquit, dilecto [48*]. » Hanc vineam postquam plantavit in terra promissionis Deus Pater (hic enim dicitur hoc loco homo, propter suam erga homines benignitatem, et ob parabolæ morem), peregre fuit annis multis. Atqui Deus omnia implet, nulloque loco abest; quomodo ergo peregre fuit? Ex quo olim sub ignis specie in montem Sinam descenderat, arcanamque formam suam Hebræis visibilem ostenderat, haud ulterius præsentem se illorum oculis exhibuerat; ita ut more loquendi humano videretur in longinqua peregrinatione versari. Attamen loci ejus curam gessisse agnoscitur, et mente haud pepulisse; nullum enim fuit intermedium tempus, quo Deus prophetas justosque homines non miserit ad populum admonendum. Sed enim, ut ait Jeremias : « Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium; nolunt id audire [49]. » Obtemperare renuerunt, missosque ad se homines, vacuos remiserunt. Reputat autem secum vineæ Dominus dicens : « Quid faciam? » Non quod nullos præterea haberet famulos, ait, « Quid faciam? » nunquam enim deerunt sanctæ ejus voluntatis ministri : sed quia omnem medelæ rationem insumpserat, quin tamen utilitatis aliquid consequeretur. Deinde ait quod sequitur : « Mittam filium meum dilectum; fortasse hunc verebuntur. » Illi **400** vero augendis piaculis certant, priora semper posterioribus superantes. Quod Christus significavit dicens : « Implete mensuram patrum vestrorum [50]. » Antiquitus enim hoc illis imputabant prophetæ aientes : « Manus vestræ sanguine plenæ sunt [51]. » Item : « Sanguines sanguinibus misti sunt [52]. » Item : « Qui ædificatis Sionem in sanguinibus [53]. » Neque idcirco emendati sunt, etsi hoc præcipue in mandatis habebant : « Non occides [54]; » multisque aliis ac variis monitionibus ad hujus præcepti observantiam impulsi fuerant. Nihilo tamen minus perversam illam consuetudinem nunquam dimiserunt; sed post prophetas, naturalem quoque Dei Filium interemerunt. Ejecti ergo fuerunt Judæorum duces, ceu qui Dominicis voluntatibus adversati erant, et commissam ipsis vineam effecerant infructuosam : prædium autem sacerdotibus novi fœderis traditum est. Quos cum Scribæ ac Pharisæi au-

[48] Psal. LXXIX, 9. [48*] Isa. v, 1. [49] Jerem. VI, 10. [50] Matth. XXIII, 32. [51] Isa. I, 15. [52] Osee IV, 2. [53] Mich. III, 10. [54] Exod. XX, 13; Matth. V, 21.

dissent, dixerunt: Absit! Hinc patet intellexisse eos ænigmatis profunditatem, calamitatem a se deprecatos, et de futuris non sine metu fuisse. Sed malos casus non effugerunt, propter suam indomitam contumaciam, et quia Christo credere noluerunt.

V. 17. *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes*, etc.

Lapidem seipsum appellat, ædificatores vero magistros Judæorum. Et quidem etiam Ezechiel dicit: « Ædificantes parietem, et linientes absque compagine [55]. » Reprobatus autem fuit, quanquam lapis esset electus Servator, ab iis qui omni ope juvare debuerant, id est, a Judæorum Synagoga. « Sed factus est in caput anguli. » Angulo autem sacra Scriptura comparat conjunctionem, id est, concordiam et copulam et communem fidem duorum populorum, Israelitici, inquam, et ethnici. Condidit enim Servator duos populos in unum hominem, pacem faciens, et reconcilians ambos in uno corpore Patri [56]. Hæc ergo res similis est quodammodo angulo duos parietes conjungenti. Hunc miratur angulum, sive duorum populorum conjunctionem beatus David **401** dicens: « Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: a Domino factum est istud (id est anguli negotium), et est mirabile ante oculos nostros [57]. » Itaque salutaris quidem est lapis angulo, quem Deus construxit; contritio autem et exitium illis, qui extra hunc intellectualem spiritalemque conventum manserunt. Nam scandalum in Christo passus, in eumque impingens, Judæorum populus, contritus est. Audire noluit Isaiæ vocem dicentem: « Dominum ipsum sanctificate; ipse erit pavor tuus; et ne tanquam ad lapidem offensionis petramque lapsus impingatis in eum [58]. » Lapis itaque offensionis incredulis ethnicis Christus, petra autem scandali Judæis, nobis denique credentibus lapis fundamenti, totam Ecclesiæ crepidinem constringens: petra ob firmitatem et infallibilitatem fidei, cui allisi hæreseon fluctus in spumam solvuntur. Matthæus quidem reliqua etiam prophetiæ parte recitata, « A Domino factum est istud, » et cætera; tum prosecutus, « Ideo dico vobis, auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus, » subjungit: « Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, » et reliqua [59]. Est ergo apud Matthæum accurata rei enuntiatio; apud Lucam vero, compendium. Atque apud cunctos evangelistas hujusmodi institutum comperimus, dum rem quisque modo latius, modo brevius narrat.

V. 19. *Quærebant principes sacerdotum et Scribæ mittere in illum manus.*

Iterum exarsit in immanem iram officina Phari-

ἀμπελῶνα. Ἐκδέδοται δὲ τὸ χωρίον τοῖς τῆς καινῆς διαθήκης ἱερουργοῖς. Οἱ δὲ Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ἀκούσαντες, ἔφησαν· Μὴ γένοιτο. Ἐντεῦθεν ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι συνιέντες τῶν αἰνιγμάτων τὸ βάθος, ἀποσείονται τὸ παθεῖν, καὶ δεδοίκασι τὸ ἐσόμενον· ἀλλ' οὐκ ἔξω γεγόνασι αὐτοῦ, διὰ τὸ ἀκάθεκτον εἰς παρακοὴν, καὶ τὸ μὴ ἀνέχεσθαι πιστεῦσαι Χριστῷ.

Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, κ. τ. λ.

(A f. 264, B f. 183 b, C f. 149 b) Λίθον ἑαυτὸν καλεῖ καὶ οἰκοδόμους τοὺς τῶν Ἰουδαίων διδασκάλους. Καὶ Ἰεζεκιὴλ φησιν· « Οἰκοδομοῦντες τὸν τοῖχον, καὶ ἀλείφοντες ἀναρτύτως. » Ἀπεδοκιμάσθη δὲ καίτοι λίθος ὢν ἐκλεκτὸς ὁ Σωτὴρ παρὰ τῶν ὀφειλόντων ὠφελεῖν διὰ πάσης ὠφελείας, δηλονότι τῆς τῶν Ἰουδαίων συναγωγῆς· ἀλλὰ γέγονεν εἰς ὁμοψυχίαν τε καὶ ὁμοπιστίαν τῶν δύο λαῶν, φημὶ δὲ τοῦ Ἰσραὴλ τε καὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν· ἔκτισε γὰρ ὁ Σωτὴρ τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν Πατέρα. Ἔοικε τοίνυν τὸ χρῆμα γωνίᾳ δύο τοίχους συναπτούσῃ. Ταύτην τεθαύμακε τὴν γωνίαν, ἤτοι τῶν δύο λαῶν τὴν εἰς ταυτότητα σύνοδον, ὁ μακάριος Δαβὶδ λέγων· « Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, » ἡ γωνία δηλονότι, « καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. » Οὐκοῦν σωτήριος μὲν ὁ λίθος τῇ γωνίᾳ τῇ παρ' αὐτοῦ γεγενημένῃ, συντριβὴ δὲ καὶ ὄλεθρος τοῖς ἔξωθεν μεμενηκόσι τῆς νοητῆς ταύτης καὶ πνευματικῆς συνδρομῆς· σκανδαλισθέντες γὰρ ἐπὶ Χριστῷ, καὶ προσπταίσαντες αὐτῷ τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι συνετρίβησαν. Οὐ γὰρ ἤθελον ἀκοῦσαι τῆς Ἡσαΐου φωνῆς λεγούσης· « Κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σοι φόβος, καὶ οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσετε αὐτῷ, οὐδὲ πέτρας πτώματι. » Λίθος μὲν οὖν προσκόμματος τοῖς ἀπίστοις ἐθνικοῖς ὁ Χριστὸς, πέτρα δὲ σκανδάλου τοῖς Ἰουδαίοις, τοῖς δὲ πιστοῖς ἡμῖν λίθος τοῦ θεμελίου, τῆς Ἐκκλησίας πᾶσαν τὴν κρηπῖδα συνέχων· καὶ πέτρα διὰ τὸ στεῤῥὸν καὶ ἄπτωτον τῆς ὁμολογίας, ᾗ προσαραττόμεναι αἱ τρικυμίαι τῶν αἱρέσεων εἰς ἀφρὸν διαλύονται. Ὁ μέντοι Ματθαῖος καὶ τὸ λειπόμενον τῆς προφητείας εἰπὼν, τὸ, « Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, » καὶ τὰ ἑξῆς· εἶτα εἰπών· « Διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς· » τότε ἐπήγαγεν· « Καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον συνθλασθήσεται, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔστι τοίνυν τὰ μὲν τοῦ Ματθαίου, ἀκρίβεια ἀπαγγελίας· τὰ δὲ τοῦ Λουκᾶ, συντομία· καὶ παρὰ πᾶσι δὲ τοῖς εὐαγγελισταῖς εὑρίσκομεν τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν, ἑκάστου αὐτῶν ποτὲ μὲν ἀκριβῶς, ποτὲ δὲ συντόμως ἀπαγγέλλοντος.

Ἐζήτησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ Γραμματεῖς ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας.

(A f. 264, C f. 149 b) Ἐξεκαύθη πάλιν εἰς ἀγα-

[55] Ezech. XIII, 10. [56] Ephes. II, 15. [57] Psal. CXVII, 22, 23. [58] Isa. VIII, 13. [59] Matth. XXI, 42, 43.

λίνους ὀργὰς τὸ τῶν Φαρισαίων ἐργαστήριον, καὶ A ἀποκτεῖναι βούλονται τὸν ἐπὶ λύσει θανάτου γενόμενον ἄνθρωπον· ἀλλὰ διέκοψεν αὐτῶν τὸ ἀνόσιον ἐγχείρημα ὁ τοῦ λαοῦ φόβος· οὐ γὰρ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἦν αὐτοῖς ὁ λόγος· οὐδὲ γέγονεν αὐτοῖς χαλινὸς ἡ διὰ Μωϋσέως ἐντολὴ λέγουσα· « Ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· » προτιμῶσι δὲ μᾶλλον τῆς εἰς Θεὸν αἰδοῦς τὸν ἀνθρώπινον φόβον. Ποία δὲ αὐτοῖς ἐστιν ἡ αἰτία καὶ τῆς μανίας ἡ πρόφασις; Ἔγνωσαν, φησὶν, ὅτι πρὸς αὐτοὺς εἶπε τὴν παραβολὴν ταύτην. Καίτοι πῶς οὐ μᾶλλον ἐχρῆν μεμαθηκότας τὸ ἐσόμενον, ἔξω φέρεσθαι τοῦ κακοῦ, καὶ τῇ πίστει τιμῆσαι τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, καὶ ἀμνησικάκῳ χάριτι διασώζοντα τοὺς ταῖς ἁμαρτίαις ἐνισχημένους; Ἀλλ' οὐδὲν τῶν τοιούτων ὑπολογισάμενοι, B συκοφαντίας τῆς κατ' αὐτοῦ συλλέγουσιν ἀφορμάς.

Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους, κ. τ. λ.

(A f. 264, C f. 149 b, D f. 67) Καθῆκάν τινας ἐπιεικείας δόκησιν ἔχοντας, πονηροὺς δὲ ὄντας τὸν τρόπον· ἐπιλαθόμενοι τοῦ εἰπόντος Θεοῦ· « Τίς οὗτος ὁ κρύπτων με βουλὴν, συνέχων δὲ ῥήματα ἐν καρδίᾳ, ἐμὲ οἴεται κρύπτειν; » ὡς ἀνθρώπῳ προσιόντες κοινῷ τῷ πάντων Σωτῆρι Χριστῷ· ἀλλ' ἦν ἄμεινον ἐννοεῖν, ὅτι γέγονε μὲν ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς Θεὸς ὢν ὁ Λόγος· ἀπὸ δέ γε τῆς ὑπὲρ λόγον θεοσημείας καὶ ἀπὸ δόξης τῆς θεοπρεποῦς, οὐκ ἄνθρωπος ὢν μόνον διεδείκνυτο, ἀλλὰ καὶ Θεός. Τί δὲ δή φασιν; C

Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες· Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις, κ. τ. λ.

(A f. 264 b, C f. 149 b) Ἤθελε μὲν γὰρ ὁ Θεὸς ἀνθρωπίνης δυναστείας ἐλεύθερον εἶναι τὸν Ἰσραήλ· ἐπειδὴ δὲ τοὺς θείους πεπατήκασι νόμους, γεγόνασιν ὑπὸ χεῖρα Ῥωμαίων, οἳ καὶ δασμοὺς ἐπέθηκαν αὐτοῖς. Ἐζήτουν τοίνυν παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος· προσεδόκησαν γὰρ ὅτι πάντη καὶ πάντως ἀκούσονται λέγοντος· Οὐκ ἔξεστι φόρους δοῦναι Καίσαρι. Τί οὖν φησιν πρὸς αὐτοὺς ὁ τὰς καρδίας εἰδὼς τῶν ἀνθρώπων; Κατανοήσας αὐτῶν τὴν πανουργίαν, « Ἐπιδείξατέ μοι δηνάριον, » ἔφη. Ἐπιδειχθέντος δὲ, πάλιν ἤρετο· « Τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφήν; » Οἱ δὲ, « Καίσαρος, » φασίν. Καὶ D τί πρὸς ταῦτα Χριστός; « Ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ. » Χρημάτων μὲν γὰρ δασμοὺς ὑποῤῥίπτουσι τοῖς ὑπεζευγμένοις οἱ τὴν κατ' αὐτῶν λαχόντες ἀρχήν· οὐκ ἀπαιτεῖ δὲ παρ' ἡμῶν ὁ Θεὸς δηνάριον, ἀλλὰ πίστιν καὶ ἀγάπην, καὶ τὴν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν εὐοσμίαν. Οὐκοῦν τεθαυμάκασι μὲν τὴν ἀπολογίαν, καὶ τοῦτο ἐπὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, ἐφ' οὗ καὶ ἠρώτων· ὡς μείζονα γενέσθαι τὴν ἁμαρτίαν. Οἱ δὲ καὶ τούτων εἰς λήθην ἐνηνεγμένοι, Πιλάτῳ προσῆγον τὸν Ἰησοῦν φάσκοντες· « Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸν λαὸν, καὶ κωλύοντα φόρους διδόναι Καίσαρι. » Καὶ ὅμως θαυμάσαντες τὴν ἀπολογίαν, ἀπῆλθον κατῃσχυμμένοι.

sæorum, et interficere volunt eum qui ob mortem destruendam homo factus est. Sed abrupit impium illorum molimen timor a populo : alioqui nullam ipsi pietatis erga Deum rationem habebant. Neque illis frenum ullum injiciebat Moysis præceptum : « Insontem et justum non occides [60]. » Sed divinæ reverentiæ anteponunt hominum timorem. Quanam vero causa sic permoventur, quive tanti furoris prætextus **402** est? Cognoverunt, inquit evangelista, Christum in ipsos similitudinem hanc dixisse. Quidni vero potius oportuisset, re futura intellecta, eripere semet malo, ac fide honorare illum qui impium justificat, suaque gratia culparum immemore peccatis implicitos salvat? Sed nihil hujusmodi reputantes, calumniandi tantummodo occasiones captant.

V. 20. *Et observantes miserunt insidiatores, qui se justos simularent*, etc.

Submiserunt quosdam bonitatis speciem habentes, reapse autem improbos. Qua in re immemores fuerunt Dei dicentis : « Quis est iste qui me consilium suum celat? qui verba corde cohibens, putat me latere [61]? » Communem veluti ad hominem, accedunt ad omnium Servatorem Christum. Melius autem erat reputare, factum fuisse in similitudinem nostram qui Deus erat Verbum ; atque ab ineffabili miraculorum vi, gloriaque Deo digna, non hominem tantummodo, sed Deum esse demonstrari. Quid porro aiunt?

V. 21. *Et interrogaverunt eum dicentes : Magister, scimus quia recte dicis ac doces*, et reliqua.

Voluisset quidem Deus humano dominatu liberum esse Israelem ; sed postquam divinas conculcaverunt leges, sub Romanorum manum venerunt, qui et illis tributa imposuerunt. Moliebantur itaque ipsum tradere præsidis potestati ; namque exspectabant prorsus se a Christo audituros, tributum Cæsari pendere non licere. Quid ergo his respondit, ille qui corda hominum novit? Cognita ipsorum malitia, « Ostendite mihi, inquit, denarium. » Quo ostenso, rursus ait : « Cujus habet imaginem et inscriptionem? » Dicunt, « Cæsaris. » Quid vero ad hæc Christus? « Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo. » Nam pecuniæ tributa imponunt subjectis ii qui cum imperio sunt. A nobis vero exigit Deus non denarium, sed fidem et charitatem, et bonorum odorem operum. Quamobrem mirati sunt responsum, et quidem **403** coram universo populo, quo præsente interrogaverant ; ita ut jam majus peccatum fieret. Quippe illi horum omnium obliti, ad Pilatum pertraxerunt Jesum dicentes : « Hunc invenimus subvertentem turbas, et prohibentem tributa dare Cæsari [62]. » Nihilominus nunc responsum admirati, recesserunt.

[60] Exod. XXIII, 7. [61] Job XLII, 3. [62] Luc. XXIII, 1.

V. 27. *Accedentes autem quidam Sadducæorum*, etc.

Qualis fuerit Sadducæorum hæresis, declaravit in Actibus (Lucas) ita scribens : « Sadducæi dicunt non esse resurrectionem, neque angelum, neque spiritum; Pharisæi autem utraque confitentur [63]. » Accedunt ergo ad communem nostrum Servatorem Christum, qui vita et resurrectio est, et tamen de medio tollere conantur resurrectionem. Cumque sint contumeliosi et increduli, plenum stultitiæ commentum afferunt. Videamus jam quid ipsis dixerit Christus, eos refutans, qui in risum trahere resurrectionem volebant septem fratrum figmento qui uni uxori præmortui fuerant. Filii quidem, inquit, hujus sæculi, id est, qui mundanam corporalemque vitam vivunt, liberorum suscipiendorum causa nubunt. Sed qui nobilem et bonorum operum plenam vitam recte egerint, et deinde gloriosa resurrectione digni habiti fuerint, hi excelsiores prorsus erunt hac mundana vita : etenim vivent prout sanctos decet, et jam Deo facti sunt proximi : pares quippe angelis sunt, filiique Dei, et eum qui spiritus sanctos decet cultum Deo exhibent. Ac veluti angelica multitudo plurima quidem est, quin tamen generando sit aucta, sed ex creatione consistit; sic qui resurgunt, futuri sunt ; neque ulterius nuptiarum usus erit. Etenim hic quidem, postquam Adamus peccando immortalitatis gratiam amisit, liberorum procreatione conservatur generis successio ; quod subsidium ab omnia prævidente Deo jam inde ab initio præparatum fuit. Nam cum hominem faceret, masculum feminamque fecit. Nos vero tunc erimus conditioni nostræ **404** superiores, deposita corruptela, spiritale corpus habentes, id est, quod sola spiritus officia peragat. Tunc item mens nobis non erit ad vitium proclivis; conservante nos in sua voluntate Creatore, per sanctum Spiritum, eo prorsus modo quo angelos.

V. 37. *Quod autem mortui resurgant, Moyses quoque significavit*, etc.

Produxit illis etiam Moysen mortuorum resurrectionem probe scientem. Namque in rubo, inquit, loquentem introduxit Deum : « Ego sum Deus Abrahami, Isaaci et Jacobi [64]. » Quorumnam vero sit Deus, si prædicti non vivent, prout isti putant? Atqui Deus est viventium ; ergo omnino reviviscent, potentissima manu terrigenas omnes ad hunc statum revocante.

V. 40. *Et amplius non audebant eum quidquam interrogare.*

Initium intelligentiæ fides. Nam « Nisi credideritis, non intelligetis [65]. » Salutaris autem est dogmatum necessariorum inquisitio. Sine dubio filius simulque Dominus Davidis est Emmanuel; quonam autem modo id ipsum intelligendum sit, si quis

A *Προσελθόντες δέ τινες τῶν Σαδδουκαίων*, κ. τ. λ.

(A f. 265, C f. 150) Ὁποία τις ἡ τῶν Σαδδουκαίων αἵρεσις, διεσάφησεν ἐν ταῖς Πράξεσιν, ὧδὶ γεγραφώς· « Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ λέγουσι μὴ εἶναι ἀνάστασιν, μήτε ἄγγελον, μήτε πνεῦμα· Φαρισαῖοι δὲ ὁμολογοῦσι καὶ ἀμφότερα. » Προσίασι τοίνυν τῷ πάντων ἡμῶν Σωτῆρι Χριστῷ, ὅς ἐστι ζωὴ καὶ ἀνάστασις, καὶ ἀναιρεῖν πειρῶνται τὴν ἀνάστασιν· ὑβρισταὶ δὲ ὄντες καὶ ἄπιστοι, πλάττουσί τι μεστὸν ἀμαθίας. Ἴδωμεν δὲ ἅπερ ἔφη Χριστὸς, διελέγχων αὐτοὺς, διαγελᾷν τὴν ἀνάστασιν πειρωμένους τῷ πλάσματι τῶν ἑπτὰ ἀδελφῶν ἐπὶ μιᾶς γαμετῆς τεθνεώτων. Οἱ μὲν γὰρ υἱοὶ, φησὶ, τοῦ αἰῶνος τούτου, τουτέστιν, οἱ τὸν κοσμικὸν καὶ ἐνσώματον διαζῶντες βίον, B τεκνογονίας ἕνεκα γαμοῦσιν· οἵ γε μὴν τὴν εὐκλεᾶ καὶ ἀγάθων μεστὴν κατορθώσαντες ζωὴν, εἶτα καταξιωθέντες τυχεῖν τῆς ἐντίμου ἀναστάσεως, ἄνω που πάντως ἔσονται τῆς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ζωῆς· διαβιώσονται γὰρ ὡς ἂν ἁγίοις πρέποι, καὶ ἐγγὺς ἤδη γεγόνασι Θεοῦ· ἰσάγγελοι γάρ εἰσι καὶ υἱοὶ Θεοῦ, τὴν ἁγίοις πρέπουσαν πνεύμασι τελοῦντες λατρείαν· καὶ ὥσπερ τὸ ἀγγελικὸν πλῆθος πολὺ μέν ἐστιν, οὐ μὴν ἐκ γενέσεως αὐξηθὲν, ἀλλ' ἐκ δημιουργίας ὑπάρχον, οὕτω καὶ οἱ ἀνιστάμενοι· καὶ οὐ χρεία ἔτι γάμου· ἐπεὶ κἀνταῦθα μετὰ τὸ ἀποβαλεῖν τὸν Ἀδὰμ διὰ τὴν ἁμαρτίαν τῆς ἀθανασίας τὴν χάριν, διὰ τῆς παιδοποιίας φυλάττεται τῷ γένει τὸ διάδοχον, ἥτις βοήθεια παρὰ τοῦ πάντα C προεγνωκότος Θεοῦ προκαταβέβλητο ἤδη καὶ ἀπ' ἀρχῆς. Ποιήσας γὰρ ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν. Οὐκοῦν ἐσόμεθα μὲν ἑαυτῶν ἀμείνους, ἀποβαλόμενοι τὴν φθορὰν, καὶ πνευματικὸν ἔχοντες τὸ σῶμα, τουτέστιν εἰς μόνα βλέπον τὰ τοῦ πνεύματος (1)· καὶ νοῦς δὲ ὁ καταβιβάζων εἰς φαυλότητα οὐδεὶς ἔσται τηνικαῦτα· συνέχοντος ἡμᾶς εἰς τὸ ἑαυτοῦ θέλημα τοῦ Δημιουργοῦ, διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καθάπερ ἀμέλει καὶ τοὺς ἁγίους ἀγγέλους.

Ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροὶ, καὶ Μωϋσῆς ἐμήνυσεν, κ. τ. λ.

(A f. 265, C f. 150) Παρήγαγε γὰρ αὐτοῖς καὶ Μωϋσέα εὖ εἰδότα τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν· ἐν γὰρ τῇ βάτῳ, φησὶν, εἰσκεκόμικε λέγοντα Θεόν· « Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. » D Τίνων δὲ Θεὸς, εἰ μὴ ζήσονται κατ' ἐκείνους; Ἀλλ' ἔστι ζώντων Θεός· οὐκοῦν πάντη τε καὶ πάντως ἀναβιώσονται, τῆς πανσθενεστάτης δεξιᾶς ἀποφερούσης εἰς τοῦτο ἅπαντας τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς.

Οὐκέτι δὲ ἐτόλμησαν ἐπερωτᾷν αὐτὸν οὐδέν.

(A f. 266) Ἀρχὴ συνέσεως ἡ πίστις· « Ἐὰν γὰρ μὴ πιστεύσητε, οὐδ' οὐ μὴ συνῆτε. » Σωτήριος δὲ τῶν ἀναγκαίων ἡ ζήτησις· ἔστι μὲν ὁμολογουμένως καὶ υἱὸς καὶ Κύριος τοῦ Δαβὶδ ὁ Ἐμμανουήλ· τίνα δὲ τρόπον αὐτὸ δὴ τοῦτο προσήκει νοεῖν, εἴπερ ἔλοιτό

[63] Act. xxiii, 8. [64] Exod. iii, 6. [65] Isa. vii, 9.

(1) Animadverte pulchram definitionem corporis spiritalis post resurrectionem.

τις ἀναμαθεῖν, βαδιεῖται πάντως εἰς ἀκριβῆ θεωρίαν μυστηρίου τοῦ κατ' αὐτὸν, ὃ σεσίγηται μὲν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, πεφανέρωται δὲ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς. Οἱ μὲν οὖν Φαρισαῖοι σεσιγήκασιν ἐρομένου Χριστοῦ· ἔδρων δὲ τοῦτο δυστρόπως, μᾶλλον δὲ καθ' ἑαυτῶν, ἵνα μὴ ξεομένης τῆς ἐρωτήσεως, ὁ σωτήριος ἐν αὐτοῖς ἀναλάμψῃ λόγος· οὐ γὰρ ἤθελον εἰδέναι τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ἡμεῖς δὲ τοῖς νέοις Φαρισαίοις τὴν τοιάνδε πεῦσιν προσοίσομεν, τοῖς μήτε Υἱὸν ἀληθινὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, μήτε Θεὸν εἶναι λέγουσι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου γεγενημένον· μερίζουσι δὲ τὸν ἕνα Υἱὸν εἰς υἱοὺς δύο (1). Τίνα δὴ τρόπον ὁ υἱὸς τοῦ Δαβὶδ Κύριος αὐτοῦ ἐστι, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνῃ κυριότητι μᾶλλον, ἀλλὰ θεϊκῇ; Τὸ γὰρ ὅλως ἐκ δεξιῶν αὐτὸν καθίσαι τοῦ Πατρὸς, τὴν ἄνω δόξαν αὐτῷ προσμαρτυρεῖ· τὰ γὰρ ὁμόθρονα καὶ ἰσότιμα, καὶ ἐν ταυτότητι νοεῖται φυσικῇ· ἡ δὲ κάθισις ἐπὶ Θεοῦ σημήνειεν ἂν οὐχ ἕτερον, πλὴν ὅτι τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν τῶν πάντων ἐξουσίαν. Κάθηται δὲ ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς πάντως, κατά γε τὸν ἀπλανῆ τοῦ Σωτῆρος λόγον, ὅτι Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, καὶ ἐξ αὐτῆς ἀναφὺς τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι πρὸς αὐτὸν ὑπάρχων, γέγονε σὰρξ, τουτέστι τέλειος ἄνθρωπος, οὐκ ἐκβεβηκὼς τῶν θείων ἀξιωμάτων, μεμενηκὼς δὲ μᾶλλον, ἐν οἷς ἦν ἀεὶ, καὶ Θεὸς ὑπάρχων, κἂν εἰ γέγονε σὰρξ ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς. Κύριος τοίνυν ἐστὶ τοῦ Δαβὶδ κατά γε τὸ πρέπον τῇ θεϊκῇ φύσει τε καὶ δόξῃ καὶ ἐξουσίᾳ, υἱὸς δὲ αὐτοῦ κατὰ σάρκα. Ἔδει τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς, καίτοι μεγάλην αἴροντας τὴν ὀφρὺν ἐπὶ τῇ τῶν θείων εἰδήσει νόμων, τὰς τῶν ἁγίων προφητῶν μὴ ἀγνοῆσαι φωνάς. Ἡσαΐας γάρ φησιν· « Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν· καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Ἐμμανουὴλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, *Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός*. » Μεθ' ἡμῶν δὲ γέγονε Θεὸς ὢν ὁ Λόγος, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν ὑπελθὼν, ἵνα σώσῃ τὴν ὑπ' οὐρανόν· ἀλλ' οὐδεὶς ἦν, ὡς ἔφην, τοῖς Ἰουδαίων καθηγηταῖς, ἀληθείας ὁ λόγος· ὁποία δέ τις γέγονεν αὐτοῖς ἡ πρόφασις εἴπερ τις ἕλοιτο μαθεῖν, ἀκούσεται πρὸς ἡμῶν· ὅτι τὸ μὴ ἐθέλειν ἀποφοιτᾷν τῆς συντρόφου φιλοδοξίας, μήτε μὴν τῆς ἐπαράτου φιλοκερδείας.

Προσέχετε ἀπὸ τῶν Γραμματέων τῶν θελόντων περιπατεῖν ἐν στολαῖς, κ. τ. λ.

(A f. 266 b) Τῶν Γραμματέων ἀῤῥωστήματα ἦσαν τὸ φιλόκομπον καὶ τὸ φιλοκερδές. Ἵνα τοίνυν τῶν οὕτως αἰσχρῶν αἰτιαμάτων ἔξω που γένηται τῶν ἁγίων μαθητῶν ὁ χορὸς, παρεγγυᾷ χρησίμως, λέγων· Μὴ ἀνάσχησθε τοῖς ἴσοις ἁλῶναι κακοῖς, μηδὲ τῆς ἐκείνων ἀφιλοθεΐας γένησθε κοινωνοί. Ποῖον γὰρ ἦν τὸ ἔθος αὐτοῖς; Τὸ βαδίζειν ἐν ἀγοραῖς εὖ μὲν περιεσταλμένους, κατασύροντας δὲ βαθεῖαν ὀφρὺν, τὸ τοὺς παρὰ τῶν ὁρώντων ἐπαίνους ζητεῖν, τὸ ἐπίπλαστον ἔχειν τὸ ἦθος, τὸ βαττολογεῖν ἐν προσευχαῖς.

A velit discere, ingredietur prorsus in persubtilem considerationem mysterii ejus, quod jam inde a mundi primordiis silentio pressum fuit, apparuit autem postremis sæculi temporibus. Pharisæi itaque conticuerunt, loquente Christo. Sed et hoc malitiose egerunt (at cum proprio magis detrimento), ne forte interrogatione scalpente, salutaris ipsis emicaret sermo. Non enim cognoscere veritatem volebant. Et nos pariter neotericos Pharisæos sic interrogabimus, qui neque verum Filium Dei Patris, neque Deum esse dicunt illum de sancta Virgine natum; sed unum Filium in filios dividunt duos. Quomodo scilicet filius Davidis, Dominus ejusdem est, nec tam humano dominatu quam divino? Prorsus enim sessio ejus ad Patris dexteram, cœlestem ejusdem B majestatem testatur. **405** Nam qui consessores in throno sunt, iidem pari honore fruuntur, et ejusdem naturæ esse intelliguntur. Sessio autem Dei nil aliud significat nisi regnum, et supra res omnes potentatum. Porro sedet omnino ad Dei Patris dexteram, secundum veracem Servatoris sermonem, quatenus Verbum Deus, et ex ipsa genitus Patris Dei substantia, formamque eamdem ac paritatem cum illo habens, factus est caro, id est, homo perfectus, haud recedens divina dignitate, sed magis in statu suo permanens, et Deus esse perseverans, etiamsi caro in similitudine nostra sit factus. Dominus est itaque Davidis, quod ad naturam divinam attinet, gloriam ac potestatem; secundum vero car- C nem, ejusdem filius. Debuerant Judæorum principes, quoniam adeo propter divinarum legum peritiam attollebant supercilium, debuerant, inquam, sanctorum prophetarum oracula non ignorare. Isaias enim dicit: « Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium, et vocabunt nomen ejus Emmanuelem, quod est interpretatum, *Nobiscum Deus* [64]. » Nobiscum revera versatus est Deus, cum nostram similitudinem subiit, ut mundum salvaret. Sed enim nulla erat Judæorum principibus de veritate sollicitudo. Porro autem quinam iis esset rei prætextus, si quis discere avet, audiet a nobis; videlicet neque ab ingenito sibi gloriæ amore, neque a maledicta avaritia volebant recedere.

V. 46. *Attendite a Scribis, qui volunt ambulare* D *in stolis*, etc.

Scribarum morbi erant pompæ amor lucrique studium. Ut ergo his tam turpibus culpis sanctorum discipulorum cœtus abesset, hortatur commode dicens: Cavete ne paribus capiamini vitiis, neque illorum irreligiositatis participes sitis. Quænam enim ipsorum consuetudo erat? Ambulare in plateis bene exornatos, gravi adducto supercilio, laudes spectantium captare, simulatos præ se ferre mores, in precibus multiloquio uti.

[64] Isa. VII, 14; Matth. I, 23.

(1) Contra Arianos simul et Nestorianos.

406 CAP. XXI.

V. 1. *Respiciens autem vidit eos qui mittebant dona sua in gazophylacium divites.*

Dixit alicubi Servator: « Beati misericordes (eleemosynari), quoniam ipsi misericordiam consequentur [67]. » Hos spectat deferentes dona sua in gazophylacium. Sane, utpote ex multis opibus, multa verisimiliter erant quæ a singulis offerebantur; sed eadem vicissim exigua, et manu offerentium indigna. Mox post illos muliercula gravi paupertate laborans, symbolam suam conferebat quam vix proprio sudore corraserat, vilissimam scilicet unius diei alimoniam. Obtulit itaque duos obolos, victum quodammodo suum projiciens. O insperatum miraculum! Quæ alienam semper misericordiam implorabat, nunc mutuatur Deo, fructiferam illi ipsam quoque efficiens paupertatem. Vincit ergo reliquos, justaque Dei sententia coronatur.

V. 5. *Et quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus et donis ornatum esset*, etc.

Demonstrabant nonnulli Christo templi magnum ædificium, et donorum splendorem, putantes fore ut ipse quoque una cum illis id spectaculum miraretur, qui cæteroqui Deus erat cœlique dominator. At is, omisso de rebus his sermone, prædixit potius templum statuto tempore funditus eversum iri, cum universa urbe Jerusalem, a Romanorum exercitu, Dominicæ necis pœnas ab Israelitis exposcente. Etenim post Servatoris crucifixionem hæc illis mala perpeti contigit. — Non intellexerunt autem dictorum vim discipuli, sed de consummatione sæculi locutum illum existimantes, sciscitabantur quandonam essent hæc eventura, quodve ejus rei indicium foret? Quid ergo Christus? interrogantium menti se accommodat, omissoque deinceps de Hierosolymorum excidio sermone, pergit dicere de præsentis sæculi consummatione, aitque ante suum de cœlo reditum, præcursuros aliquos pseudochristos et pseudoprophetas, qui personam 407 ejus simulabant; quibus non sit credendum. Voluit quidem unigenitum Dei Verbum, ut terrarum orbem salvaret, nativitatem quoque carnalem ex muliere perpeti. Erat hæc autem in eo exinanitio et humiliatio. Tanquam igitur ad exinanitionem sponte demissus, latere volebat. Itaque et apostolos increpuit ante venerandam crucifixionem, quominus ipsum manifestum facerent [68]. Nam secreto indigebat ratio incarnationis, ut in adorabili cruce patiens tanquam homo mortem destrueret, et ab universali tyrannide Satanam depelleret. Secundus autem de cœlo adventus, haud clam ut primus, sed illustris plenusque terroris erit. Descendet enim stipantibus sanctis angelis, et cum Patris Dei majestate, ut mundum justo jure judicet. Itaque si quando pseudochristi aut pseudoprophetæ exsurgent, quominus eos sectemini cavete. — Vel etiam communem finem dicit, atque universi mundi con-

[67] Matth. v, 7. [68] Matth. xvii, 9.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Ἀναβλέψας δὲ εἶδε τοὺς βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον πλουσίους.

(B f. 187 b, C f. 150 b) Ἔφη που ὁ Σωτήρ· « Μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. » Τούτους ἐποπτεύει προσφέροντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον· ἀλλ' ὡς ἐκ πλούτου πολλοῦ, πολλὰ μὲν ἦσαν, ὡς εἰκὸς, τὰ παρ' ἑκάστου καρποφορούμενα· ὀλίγα δὲ πάλιν καὶ τῆς τῶν προκομιζόντων ἀνάξια χειρός. Εἶτα μετ' ἐκείνους γύναιον πτωχείᾳ δεινῇ κατηχθισμένον εἰσέθει, ἐξ ἐράνου μόλις καὶ δὴ σὺν ἱδρῶτι συλλέγον εὐτελεστάτην καὶ ἀποχρῶσαν ἡμέρᾳ διατροφήν· εἶτα δύο προσῆγεν ὀβολοὺς, ὥσπερ ἀποκτωμένη τὸν βίον. Ὢ παραδόξου θαύματος! ἡ τὸν παρ' ἑτέρου ἔλεον ζητοῦσα διηνεκῶς, αὐτὴ δανείζει Θεῷ, καρποφόρον αὐτῷ καὶ αὐτὴν ἀποφαίνουσα τὴν πτωχείαν. Νικᾷ τοιγαροῦν τοὺς ἄλλους, καὶ δικαίᾳ ψήφῳ στεφανοῦται παρὰ Θεοῦ.

Καί τινων λεγόντων περὶ τοῦ ἱεροῦ, ὅτι λίθοις καλοῖς καὶ ἀναθήμασι κεκόσμηται, κ. τ. λ.

(C f. 151, D f. 69) Ἐπεδείκνυόν τινες τῷ Χριστῷ τὰς ἐν τῷ ναῷ μεγαλουργίας, καὶ τὸν τῶν ἀναθημάτων κόσμον· ᾠήθησαν γὰρ ὅτι θαυμάσει σὺν αὐτοῖς τὰ ὁρώμενα, καίτοι Θεὸς ὢν καὶ θρόνον ἔχων τὸν οὐρανόν. Ὁ δὲ ἀφίησι μὲν τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, προμεμήνυκε δὲ ὅτι ἐκ βάθρων πεσεῖται κατὰ καιροὺς, κατακομιζούσης εἰς τοῦτο αὐτὸν τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, καὶ ἅπασαν Ἱερουσαλὴμ τὰς τῆς κυριοκτονίας δίκας ἐξαιτούσης τὸν Ἰσραήλ· μετὰ γάρ τοι τὸν τοῦ Σωτῆρος σταυρὸν, ταῦτα συνέβη παθεῖν αὐτούς. — (A f. 268 b) Οὐ συνίεσαν δὲ οἱ μαθηταὶ τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν, ἀλλὰ περὶ συντελείας τοῦ αἰῶνος εἰρῆσθαι νομίσαντες, ἤροντο πότε ταῦτα ἔσται, καὶ τί τὸ σημεῖον ὅταν μέλλῃ γίνεσθαι. Τί οὖν ὁ Χριστός; Ἕπεται τῷ σκοπῷ τῶν προσαγόντων τὴν πεῦσιν, καὶ ἀφίησι μὲν τέως τοὺς περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων λόγους· τοὺς δὲ περὶ συντελείας τοῦ παρόντος αἰῶνος ὑφαίνει, καί φησιν ὅτι πρὸ τῆς ἐξ οὐρανῶν αὐτοῦ καθόδου, προδραμοῦνταί τινες ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ἑαυτοῖς περιπλάττοντες, οἷς οὐ χρὴ πείθεσθαι. Ἠθέλησε μὲν γὰρ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἵνα σώσῃ τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ γέννησιν ὑπομεῖναι τὴν κατὰ σάρκα ἐκ γυναικός· ἦν δὲ τὸ χρῆμα αὐτῷ κένωσις καὶ ταπείνωσις· ὡς οὖν ἑαυτὸν καθεὶς εἰς κένωσιν λανθάνειν ἠξίου· καὶ γοῦν ἐπετίμα τοῖς ἀποστόλοις πρὸ τοῦ τιμίου σταυροῦ, ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν· ἐδεῖτο γὰρ τοῦ λαθεῖν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ τρόπος, ἵνα καὶ τὸν τίμιον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομείνας σταυρὸν ὡς ἄνθρωπος, καταργήσῃ τὸν θάνατον, καὶ τῆς κατὰ πάντων τυραννίδος ἀποσοβήσῃ τὸν Σατανᾶν. Ἡ δὲ δευτέρα καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταφοίτησις, οὐ λεληθότως ἔσται καθὰ καὶ πρὸ τούτου, ἀλλ' ἐπίσημός τε καὶ φόβου μεστή· καταβήσεται γὰρ δορυφορούντων αὐτὸν τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. Οὐκοῦν ὅταν

τινὲς ἐγερθῶσι ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, μὴ πορευθῆτε ὀπίσω αὐτῶν.— (A f. 269, C f. 151) Ἢ καὶ τέλος τὸ κοινόν φησι; καὶ τὴν παγκόσμιον συντέλειαν. Δίδωσι σημεῖα σαφῆ τε καὶ ἐναργῆ τῆς συντελείας τοῦ κόσμου. Πόλεμοι γὰρ ἔσονται, φησὶν, καὶ καταστασίαι, καὶ λιμοὶ καὶ φόβητρα ἀπ' οὐρανοῦ. Ὡς γὰρ ἕτερός φησι τῶν εὐαγγελιστῶν, πάντα τὰ ἄστρα πεσεῖται, εἱλιχθήσεται ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον, αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται. Διὰ μέσου μέντοι τίθησιν ὁ Σωτὴρ τὰ περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ τὸν λόγον κεράννυσι λέγων·

Πρὸ δὲ τούτων πάντων ἐπιβαλοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς τὰς χεῖρας αὐτῶν καὶ διώξουσι, κ. τ. λ.

(C f. 151, D f. 69 b) Πρὸ γὰρ τῶν τῆς συντελείας καιρῶν, ἥλω μὲν ἡ τῶν Ἰουδαίων χώρα, καταδραμούσης αὐτὴν τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, ἐμπέπρησται δὲ ὁ ναὸς, κατεσείσθη τὰ παρ' αὐτοῖς βασίλεια, πέπαυται τῆς κατὰ νόμον λατρείας ἡ δύναμις. Πρὶν δὲ ταῦτα συμβῆναι, ἐδιώχθησαν παρ' αὐτῶν οἱ μακάριοι μαθηταὶ, δεσμῶται γεγόνασι, ἤχθησαν ἐπ' ἄρχοντας, ἐπέμφθησαν ἐπὶ βασιλέας· ἀπεστάλη γοῦν ὁ Παῦλος εἰς Ῥώμην πρὸς Καίσαρα, καὶ Φήστῳ παρέστη καὶ Ἀγρίππᾳ· πλὴν γέγονεν αὐτοῖς εἰς μαρτύριον, τουτέστιν, εἰς μαρτυρίου δόξαν, τὰ ἐπενηνεγμένα.

Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν μὴ προμελετᾷν ἀπολογηθῆναι.

(C f. 151, D f. 69 b) Παρεγγυᾷ, ὅτι Μὴ προμελετᾶτε μέλλοντες ἀπολογεῖσθαι. « Λήψεσθε γὰρ, φησὶ, παρ' ἐμοῦ σοφίαν καὶ γλῶσσαν ἄμαχον καὶ ἀκαταγώνιστον τοῖς ἀντικειμένοις ὑμῖν. » Ἀποκείρων δὲ καὶ τῆς ἀνθρωπίνης μικροψυχίας τὰς ἀφορμὰς, παραδοθήσεσθαί φησιν αὐτοὺς παρὰ τῶν οἰκειοτάτων, πλὴν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως σωθήσονται παρ' αὐτοῦ· ἐπάγει γοῦν· « Παραδοθήσεσθε δὲ καὶ ὑπὸ γονέων, καὶ ἀδελφῶν, καὶ φίλων, καὶ τῶν ἐκ γένους. » — (A f. 270, C f. 151) Πλὴν ὅτι πάντη τε καὶ πάντως σωθήσονται παρ' αὐτοῦ. « Θρὶξ γὰρ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑμῶν οὐκ ἀπολεῖται, » φησί. Σαφεστέραν δὲ ποιῶν τὴν προαγόρευσιν τῆς ἁλώσεως, ἐπάγει· » Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικε ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. » Εἶτα μεθίστησι πάλιν τοὺς λόγους ἐπὶ τὸν τῆς συντελείας καιρόν. Γέγραπται ἐν ταῖς Πράξεσιν, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐγένετο λιμὸς μέγας ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος, καὶ σεισμοὶ πολλοὶ ἐγένοντο. Ἃ γὰρ ἑωράκατε ἐπ' ἐμοὶ γινόμενα, προσδοκήσατε καὶ ἐφ' ὑμῖν.

Ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν.

(B f. 191 b) Ἀρχομένης γὰρ ὥσπερ τῆς κτίσεως ἐναλλάττεσθαι, συνοχή τις ἔσται δεινὴ καὶ ἀπόψυξις εἰς θάνατον· τὸ γὰρ ἐπερχόμενον ἀφόρητον δεῖμα, πολλοῖς ἀρκέσει πρὸς ὄλεθρον.

Τότε ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμενον ἐν νεφέλῃ.

(A f. 272, C f. 151 b, E f. 515) Πῶς δὲ ἐλεύσεται; πῶς ἥξει; Ὡς αὐτὸς ἐδήλωσεν [καὶ] ἀλλαχοῦ λέγων· « Καὶ τότε ὄψονται τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἐρχόμε-

A summationem. Manifesta atque evidentia signa dat mundi consummationis; nam bella erunt, inquit, seditiones, fames, et de cœlo terriculamenta. Etenim ut alius evangelista dicit, stellæ omnes cadent, et cœlum ceu liber convolvetur, virtutes cœlorum commovebuntur [69]. Interponit Servator Hierosolymitani excidii narrationem, sermonemque permiscet dicens :

V. 12. *Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, et persequentur*, etc.

Ante enim temporum consummationem, capta est Judæorum regio, invadente eam Romanorum B exercitu, combustum est templum, regalia illorum palatia eversa, legalisque cultus jus cessavit. Sed prius quam hæc evenirent, persecutionem experti sunt a Judæis beati discipuli, conjecti in vincula, pertracti ad judices, et regibus præsentati. Missus est ergo Romam Paulus, qui et ante Festum constiterat atque Agrippam. Verumtamen hæc eis evenerunt in testimonium, id est, ad testimonii gloriam, quæcunque sunt passi.

408 V. 14. *Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari quemadmodum respondeatis.*

Hortatur, ut ne velint præmeditari quid responsuri sint. « A me enim accipietis, inquit, sapientiam, linguamque invictam, et adversariis vestris C insuperabilem. » Tum et humanæ pusillanimitatis occasionem præcidens, ait eos traditum iri a suis proximis, sed tamen ab ipso omnino fore salvandos. Pergit itaque dicere : « Trademini etiam a parentibus ac fratribus et amicis atque agnatis. » — Verumtamen incolumes illos se præstiturum affirmat. « Capillus enim, inquit, de capite vestro non peribit. » Manifestiorem autem inferens excidii prædictionem, addit : « Cum vero videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote proximam esse vastitatem ejus. » Deinde transfert demum sermonem ad tempus consummationis. Scriptum est enim in Actibus [70], post Domini resurrectionem, magnam sub Claudio Cæsare famem exstitisse : multique etiam terræ motus fuerunt. Quæ enim in D mê facta vidistis, vobismet pariter exspectate.

V. 25. *In terris pressura gentium.*

Cum res creatæ incipient velut immutari, tunc pressura quædam fiet et exanimatio ad mortem usque. Nam superveniens intolerabilis pavor multis sufficiet ad interitum.

V. 27. *Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube.*

Quomodo veniet ? Nempe aderit quomodo ipsemet alibi quoque dixit : « Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus, cum virtute et gloria

[69] Matth. xxiv, 29; Marc. xiii, 25. [70] Act. xi, 28.

multa [71]. » Veniet enim nequaquam demissus et A humilis humano more, sed cum gloria ac virtute deitatis. Porro de utraque qualitate vocabulum *multa* intelliges : nam et multa cum virtute, et simul multa cum gloria secundam faciet theophaniam, quandoquidem primam cum infirmitate et obscuritate fecit, quantum quidem vulgo visum est. Cur autem in nube? quia sic apparere solet **409** Deus : « Nubes enim et caligo circa eum sunt [72]. » Item : « Dominus sedet in nube levi [73]. » Et rursus : « Qui ponit nubem ascensum suum [74]. » Item : « Nubes eripuit eum ab oculis ipsorum [75]. » Item : « Sicuti Filius hominis veniens in nubibus [76]. » Sic videlicet eum vidit Daniel. Sic et tum veniet haud latenter, sed uti Deus et Dominus cum gloria Deo digna, atque omnia in melius reformabit. B Reviviscent enim mortui, exuetque corruptionem terrenum corpus his passionibus olim obnoxium ; induetque immortalitatem, Christo ejusdem datore, et eos qui ipsi credunt conformes efficiente corpori gloriæ suæ. Quare et rem hujusmodi redemptionem nostram appellat dicens : « His autem fieri incipientibus, respicite et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. » Veluti enim si quis dicat de homine, quod a patre acceperit animal esse rationale, hoc ipso eumdem significat rationalem genitum a rationali ; sic etiam Unigenitus de Deo Deus, ex eo qui universum judicat mundum judex processit. Nec quia omne judicium commisit Filio Pater, idcirco dominatione C minutus est : indivisus enim a Deo Unigenitus est, sicuti lux a sole. Inest enim ipsi naturaliter ; ita ut omnia quæ Pater habet, Filii sint ; et vice versa.

νον ἐν νεφέλαις, μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. » Ἐλεύσεται γὰρ οὐκέτι ἐν ὑφέσει, οὐδὲ ἐν μικροπρεπείᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ καὶ δυνάμει θεότητος. Κατ' ἀμφοτέρων δὲ ἀκούσῃ τὸ *πολλῆς*· μετὰ δυνάμεως γὰρ πολλῆς καὶ δόξης πολλῆς τὴν δευτέραν αὐτοῦ ποιήσεται θεοφάνειαν, ἐπεὶ τὴν προτέραν μετὰ ἀσθενείας καὶ ἀτιμίας ἐποιήσατο, ὅσον κατὰ τὸ τοῖς πολλοῖς ὁρώμενον. Διὰ τί δὲ ἐν νεφέλῃ, Ὅτι οὕτως ἀεὶ φαίνεται ὁ Θεός· « Νεφέλη γὰρ καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ. » Καί· « Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης. » Καὶ πάλιν· « Ὁ τιθεὶς νέφος τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ. » Καὶ, « Νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. » Καὶ, « Ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἐπὶ τῶν νεφελῶν. » Οὕτω γοῦν αὐτὸν καὶ Δανιὴλ θεωρεῖ· οὕτω καὶ τότε ἐλεύσεται οὐ λεληθότως, B ἀλλ' ὡς Θεὸς καὶ Κύριος ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, καὶ πάντα μεταστήσει πρὸς τὸ ἄμεινον· ἀναβιώσονται γὰρ οἱ νεκροὶ, καὶ ἀποδύσεται τὴν φθορὰν τὸ ἐκ γῆς τοῦτο εὐάλωτον τοῖς πάθεσι σῶμα· ἐνδύσεται δὲ τὴν ἀφθαρσίαν, Χριστοῦ νέμοντος αὐτὴν, καὶ συμμόρφους τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ἀποφαίνοντος. Διὸ καὶ ἀπολύτρωσιν ἡμῶν αὐτὸς τὸ πρᾶγμα καλεῖ, λέγων· « Ἀρχομένων δὲ τούτων γίνεσθαι, ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, διότι ἐγγίζει ἡ ἀπολύτρωσις ὑμῶν. » Ὥσπερ γὰρ εἰ λέγοι τις περὶ ἀνθρώπου, ὅτι παρὰ τοῦ Πατρὸς ἔλαβε τὸ λογικὸς εἶναι, ἐκ λογικοῦ σημαίνει καὶ αὐτὸν λογικὸν γεννηθῆναι· οὕτω καὶ ὁ μονογενὴς ἐκ Θεοῦ Θεὸς, καὶ ἐκ τοῦ κρίνοντος πᾶσαν τὴν γῆν προῆλθε κριτής. Καὶ οὐκ ἐπειδὴ πᾶ- C σαν τὴν κρίσιν δέδωκεν τῷ Υἱῷ ὁ Πατὴρ, αὐτὸς τῆς δεσποτείας ἐψίλωται· ἀχώριστος γὰρ ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ, ὡς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ φυσικῶς· καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστι, καὶ ἀνάπαλιν.

V. 29. *Videte ficulneam et omnes arbores*, etc.

Exposita ficulneæ parabola, statim addit : « Cognoscite prope adesse regnum Dei. » Hoc autem docet, quia nondum ad supremum finem res devenerant, dum hæc dicerentur, sed tamen ad terminum properabant, sicut ad fructum gignendum properat ficulnea, cum ramos mollit et folia germinat; ita Domini præsentia quemlibet principatum ac potestatem perimens, regno Dei orbem terrarum parat. D Deinde ait : « Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. » *Generationem* vero dicit non viventes tunc homines, sed moribus similes. Dum autem dicit fieri non posse ut verba ejus prætereant, **410** elementorum quoque consummationem prædicit. Impossibile est enim sermones meos præterire, quanquam ipsa elementa prætereunt. Ego enim vere dico diem adfore, quo hæc evenient ; et quæ dico, impossibile est quominus fiant. « Cavete, inquit, ne vestræ mentis oculi graventur. » Nam mundana sollicitudo, crapula,

Ἴδετε τὴν συκῆν καὶ πάντα τὰ δένδρα.

